This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

BERKELEY
LIBRARY
UNIVERSITY OF
CALIFORNIA

BATZ MEMORIAL LIBRARY,
THE ABBEY OF
GETHSEMANI, KY.

THEOLOGIA

DOGMATICA ET MORALIS.

Propriété.

LONS-LE-SAUNIER, IMPRIMERIE ET LITHOGRAPHIE DE A. ROBERT.

THEOLOGIA

DOGMATICA ET MORALIS

AD USUM SEMINARIORUM,

AUCTORE

J. J. FRAIGNIER

S. THEOLOGIÆ PROFESSORE IN SEMINARIO LÆDONENSI

(DIOCESIS SAN-CLAUDIANENSIS.)

BATZ MEMORIAL LIBRARY, THE ABBEY OF GETHSEMANI, KY.

DE LOCIS THEOLOGICIS.

LÆDONE,

IN MAJORI SEMINARIO.

PARISIIS,

APUD J. LECOFFRE ET SOCIOS BIBLIOPOLAS,

Viâ vulgò dictâ du Vieux-Colombier, 29.

MDCCCLIII.

LOAN STACK





BX1751
F7
v.3

DE

LEGE JUSTITIÆ

Seu potiùs,

DE JURE

ET

EJUS CONSECTARIIS.

Negato jure, eo ipso negatur lex justitiæ; affirmato jure, sequitur necessariò legis justitiæ existentia, ut ex infrà dicendis constabit. Jus est proindè conditio *sine quâ non* simul et principium Legis Justitiæ.— Titulo De lege Justitiæ, qui solùm materiam tractatùs indicat, substituendus ergo sequens: De Jure et ejus consectariis, qui materiam et ordinem logicum exprimit.

Naturaliter in duas partes dividitur: 1° De Jure; 2° De Juris consectariis.

PRIMA PARS

DE JURE.

Tractandum : 1° De Jure in genere ; 2° De Jure in specie.

DISPUTATIO I.

DE JURE IN GENERE.

Dicendum: 1° De Juris conditionibus; 2° de existentiâ; 3° de proprietatibus generalibus.

I. DE JURIS CONDITIONIBUS.

Unum quæritur : *Quænam sint juris conditiones?*

Sub hâc voce : « Conditiones juris » comprehenduntur omnia quæ supponenda sunt ad explicandam juris existentiam. — Ut conditio juris sit essentialis, ex naturâ seu definitione juris fluat necesse est.

Porro, jus est: POTESTAS LEGITIMA AD ALIQUID, AUT IN ALIQUID.

POTESTAS: id est, capacitas — vel *activa*, seu agendi; v. g. disponendi, utendi de re aliquâ — vel *passiva*, seu recipiendi — vel *negativa*, seu omittendi actum.

Legitima : sub duplici respectu, 1° ratione tituli ; 2° ratione effectuum.

Ratione tituli : id est, nixa titulo valido, seu sufficienti ad explicandum jus et ejus effectus.

Ratione effectuum : id est, vi cujus jure gaudens potest in rem sibi vinculo juris obligatam 1° exercere actus in se licitos ; 2° exercere potestatem quasi legislativam, scilicet : permittere usum licitum rei, validè de eâ disponere, obligatoriè usum rei prohibere et ejus restitutionem præcipere. Indè jure privatus habet de objecto potestatem physicam tantùm, jure verò gaudens potestatem physicam et moralem. — Dixi : « actus in se licitos ; » quamvis enim actus limites juris non excedat, ideòque sit justus et licitus quoàd objectum, fieri potest illicitus ratione finis aut circumstantiarum.

Ad aliquid, aut in aliquid : quibus verbis duo exprimuntur, 1° juris de quo agitur materia, quæ est res et non persona, ut distinguatur à jure *jurisdictionis ;* 2° generaliores juris species, *jus in re*, et *jus ad rem*, (de quibus infrà) ut definitio ad omne definitum se extendat.

Ex definitione prædictâ tria ad constituendum jus essentialiter requiruntur : 1° subjectum capax ; 2° objectum aptum ; 3° titulus legitimus.

1° *Subjectum capax :* Jus est facultas ; facultas autem non potest in se existere, sed exigit subjectum capax in quo recipiatur. Porro, ut ens sit juris capax, requiritur et sufficit ut sit morale, seu liberum ; siquidem jus est potestas moralis, cujus est capax omne et solum ens morale.

Requiritur : Undè bruta animalia et res eis inferiores sunt juris incapacia.

Suffieit : Undè Deus; Angelus; homo individualiter sumptus, si usu libertatis gaudeat, sunt evidenter juris capaces.— Capaces sunt etiam puer et amens. Nam, licèt ad usum juris requiratur usus rationis, non exigitur ad jus habituale, quod immediatè fundatur in potentiis ; aliàs dormiens vel ebrius jus amitteret. — Capax est etiam homo collectivè sumptus, id est societas, sive civilis, sive ecclesiastica ; quia societas est quasi persona, una, vi relationum socialium ; moralis, utpotè directa à superiore, qui sub respectu morali societatem repræsentat.

2° *Objectum aptum* : Alioquin jus esset inutile, quod impossibile est; siquidem jus quodlibet in Deo, aut à Deo; atqui in Deo aut à Deo nil inutile.

Porro, ut objectum sit juri aptum, requiritur et sufficit : 1° Ut subjectum habeat in objectum potestatem physicam immediatam aut mediatam, seu exercendam per se aut per alios; nam, deficiente hâc conditione, jus esset inutile ; 2° Ut habeat capacitatem tituli legitimi, quo deficiente, potestas non esset moralis, sed merè physica.

Indè 1° defectu tituli, impossibile est jus ad malum, quod repugnat naturæ Dei, qui malum nec admittere in se, nec creaturis permittere potest. 2° Objectum aptum juri tùm divino, tùm humano, esse potest : vel *intrinsecum*, facultates subjecti ; vel *extrinsecum*, res à subjecto distinctæ. Nam Deus et homo habent in facultates suas et res à se distinctas potestatem physicam, ut patet ; simulque capaces sunt tituli legitimi, ut infrà constabit.

3° *Titulus legitimus:* Alioquin facultas moralis, quâ jus propriè constituitur, existeret absque ratione, quod impossibile est.

Tituli autem possibiles sunt: 1° Asseitas, vi cujus Ens *à se* jus habet in facultates suas. Nam, si Ens sit *à se*, ergo independens; si independens, ergo sui juris. — 2° Creatio et conservatio, vi quarum Ens *à se* habet jus in res à facultatibus productas, proindè in res à se distinctas, cùm ab Eo creatæ fuerint et quasi perpetuâ creatione conserventur. — 3° Concessio creatoris immediata aut mediata, vi cujus ens creatum jus acquirit in suas facultates et res à se distinctas. Nam Deus, vi asseitatis, Supremum dominium habens, legitimè potest concedere enti creato jus in facultates suas et in res à se distinctas.

II. DE JURIS EXISTENTIA.

Ex dictis jus supponit necessariò subjectum in quo recipiatur, objectum in quod exerceatur. Quæstio de existentiâ juris non potest ergo abstractè, sed solùm concretè proponi. — Porro subjectum juris: Deus, Angelus, Homo; objectum juris: facultates subjecti, res à subjecto distinctæ.

Undè triplex quæstio: 1° *Utrùm Deus habeat jus in se et res à se distinctas;* 2° *Utrùm Angelus...;* 3° *Utrùm homo...?*

Ex his quæstionibus secundam omittimus, quia nihil conferre potest ad tractatum; retinemus verò tertiam et primam. — Tertiam, quia jus hominis est ratio im-

mediata legis justitiæ ; — primam, quia jus Dei ultima ratio est juris humani.

Pro Responsione sit propositio sequens : *Deus et homo jus habent in facultates suas et in res à se distinctas.*

Prob. Posità possibilitate juris Dei et hominis in facultates suas et res à se distinctas, ejus realitas constabit, modò probetur unumquodque jus prædictum titulo legitimo niti. Porro hoc certum est.

1° Jus Dei in facultates : Nam Deus est Ens *à se*.

2° Jus Dei in res creatas : Nam Deus creavit et conservat.

3° Jus hominis in facultates suas et res à se distinctas : Nam Deus concessit homini jus in se et in res à se distinctas, quod probatur argumentis ex ratione et scripturâ sumptis.

Ex Ratione. 1. Si Deus homini jus in facultates suas et res à se distinctas non concessisset, injusta esset omnis actio voluntatis in facultates et res externas; quod repugnat. — 2. Deus exigit ut homo tendat ad finem, ergo concessit homini jus ad ea quæ sunt necessaria ad finem ; alioquin sibi contradiceret, cùm ex unâ parte præciperet finem ex hypothesi, et ex aliâ parte prohiberet consecutionem finis, ut primâ probatione constat. Ergo Deus homini concessit jus in facultates et res à se distinctas, si usus facultatum et rerum sit homini ad finem necessarius ; porro hoc certum est. — Usus facultatum : Nam cognitio, amor et servitium Dei, per quæ tendit homo ad finem, sunt usus facultatum. — Usus rerum externarum : Nam actus prædicti, ut adimpleantur in tempore juxta voluntatem Dei, sup-

ponunt vitam corporis, quæ ipsa supponit usum rerum externarum, ut facto constat.

Ex Scripturâ sacrâ. Deus concessit homini jus in facultates: Hæc enim habet Scriptura, Eccli., 15, 14: « *Deus ab initio constituit hominem, et reliquit illum in manu consilii sui;* » id est, curam commisit illi de directione suâ; ergo. — Deus concessit homini jus in res exteriores: Hæc enim habet Scriptura, Gen. 1, 28: « *Benedixitque illis Deus, et ait: .... replete terram, et subjicite eam, et dominamini... universis animantibus, quæ moventur super terram... Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen super terram et universa ligna quæ habent in semetipsis sementem generis sui, ut sint vobis in escam.* » Dominium homini dedit Deus in terram, animantia, herbas et ligna. Ergo concessit illi jus in res exteriores.

III. DE PROPRIETATIBUS JURIS GENERALIBUS.

Pendent aliæ ex naturâ, aliæ ex finibus juris.

I. Ex naturâ. Jus, ex dictis, est facultas legitima ad aliquid aut in aliquid.

Indè proprietates sequentes:

1° Inter subjectum et objectum jure constituitur relatio moralis, vi cujus objectum fit quasi-extensio subjecti, ita ut objectum lædi non possit, quin simul lædatur subjectum.

Sic, vi juris hominis in se, facultates spirituales fiunt instrumentum voluntati liberæ moraliter unitum.— Vi juris in res exteriores, corpora, quæ in naturâ continentur, fiunt instrumentum morale unitum corpori,

facultatibus spiritualibus et ultimò voluntati.— Ergo inter subjectum et objectum existit relatio, seu unio. *Moralis* dicitur, quia subjectum juris, primus hujus unionis terminus, est ens morale ; quia unio differt ab unione corporeâ ; quia producit effectus morales.

Undè evidenter patet objectum lædi non posse, quin simul lædatur subjectum juris.

2° Titulus est juris mensura, scilicet, tenore tituli judicatur de juris extensione.

3° Valor juris à qualitate subjecti est independens ; v. g. jus pauperis æquivalet juri divitis, et vice versâ.

4° Juris duratio tituli durationem adæquat.

Ideò admittendæ tres proprietates prædictæ, quia titulus est ratio juris ; porro ex ratione rei pendent non solùm rei existentia, sed etiam proprietates.

5° Jus violentiâ nec minui, nec destrui potest. Siquidem jus est realitas ordinis moralis, quæ vi physicâ attingi non potest.

II. Ex finibus Juris. Jus ad hos fines ordinatur, ut possessio et usus objecti possint esse subjecto 1° legitima ; 2° quantùm fieri potest, tuta simulque, durante titulo, permanentia. Undè proprietates sequentes.

Ex priori fine : Juris subjectum potest licitè et validè intra limites juris objecto uti et de eo disponere.

Ex posteriori fine : 1° Jure gaudens obligatoriè prohibere potest actus juri suo oppositos ; alioquin tuta et secura non essent ipsi objecti possessio et usus. — 2° Juris subjectum obligatoriè exigere potest redditionem objecti. Secùs possessio et usus non essent permanentia durante titulo qui, cùm sit quid morale, cessare non potest separatione subjecti ab objecto.

DISPUTATIO II.

DE JURE IN SPECIE.

Jura inter se conveniunt proprietatibus suprà expositis; inter se differunt caracteribus propriis, qui species constituunt.

De speciebus juris dicendum; quia, cùm lex justitiæ exigat ut actio hominis sit juri omninò adæquata, cognoscenda sunt cujusque subjecti jura, istorumque jurium proprietates. Varia autem jura, variæ jurium proprietates optimè cognosci et exprimi non possunt absque notionibus et terminis prævièe exponendis. Undè,

NOTIONES PRÆVIÆ.

Conditiones juris essentiales sunt: *Subjectum, Objectum, Titulus.* Porro sub hoc triplici respectu jus à jure essentialiter differre potest.

I. Ratione subjecti. — Jus inhæret vel Deo; vel homini individuo, sociali.

II. Ratione objecti. — Jus personæ est, vel in facultates, vel in res extrinsecas à facultatibus distinctas.

III. Ratione tituli. — Titulus considerari potest in se, et quoàd consectaria.

Sub priori respectu, jus oritur vel ex asseitate; vel ex creatione et conservatione objecti ab Ente necessario; vel ex divinà concessione objecti immediatà aut mediatà. Quæ omnia patent ex dictis.

Sub posteriori respectu, consectarium tituli est potestas moralis per titulum creata; quæ potestas iterùm examinari potest *quoàd extensionem*, *quoàd durationem*. Differentiæ juris à jure sub hoc duplici respectu à tenore titulorum pendent; quia, ut diximus, juris mensura est tituli extensio.

1° *Quoàd extensionem*, Jus dividi potest in strictum, et non strictum.— Jus *strictum* est facultas exigendi objectum juris medio tribunalium, si existant et ad ea recurri possit; coactione, si tribunalia non existant aut ad ea recurri non possit.— Jus *non strictum* à præcedenti differt in eo quòd non det facultatem objectum juris strictè exigendi. (De hoc jure in præsenti tractatu non agitur.)

Jus strictum esse potest vel Administrationis, vel Proprietatis. — Jus *administrationis* dat subjecto facultatem quosdam actus exercendi in objectum, ad utilitatem alterius. — Jus *proprietatis*, utendi objecto ad proprium commodum.

Jus proprietatis et administrationis esse possunt *ad rem*, aut *in re*. — Jus *ad rem* dat subjecto facultatem exigendi ut res fiat sua. Jus *in re* objectum reddit ipso facto rem subjecti. — Proindè jus *ad rem* dat subjecto actionem immediatam in personam, mediatam ad objectum. Jus *in re* dat actionem immediatam in objectum.

Jus proprietatis, seu dominii, potest esse perfectum aut imperfectum.— *Perfectum* dat subjecto facultatem disponendi de re et omnibus fructibus rei tanquàm suis; *imperfectum* dat facultatem disponendi de re vel de ejus fructibus.— Appellatur *directum*, si ejus objectum sit res ipsa; *utile*, si fructus.

Jus utile potest esse jus usûs, usufructûs, servitutis. — *Usûs*, jus utendi re alienâ in propriam tantùm utilitatem, salvâ rei substantiâ. — *Usufructûs*, jus utendi et fruendi rebus alienis tanquàm ipse proprietarius, salvâ earum substantiâ. — Indè usuarius et usufructuarius possunt uti re alienâ; sed usuarius, in utilitatem suam tantùm; usufructuarius insuper in utilitatem alienorum. — *Servitutis*, onus prædio impositum in usum vel utilitatem prædii ad alterum proprietarium pertinentis.

2° *Quoàd durationem*, jus potest esse :— 1. *Perpetuum*, si ejus durationi nullus terminus; *temporarium*, si terminus per titulum imponatur. — 2. *Alienabile*, si ab uno ad alium possit transmitti; *inalienabile*, si non possit. — 3. *Revocabile*, si voluntate alienâ possit cessare; *irrevocabile*, si non possit.

Quibus præmissis,

Nunc dicendum de variis jurium speciebus.—Sepositio Angelo, duplex est juris subjectum : Deus; homo. Indè 1° De jure Dei; 2° De jure hominis.

I. DE JURE DEI.

De juris Dei existentiâ et titulo, jam anteà diximus; de ejus *extensione* et *duratione* quærendum.

Ad quæstionem positam, quatenùs *extensioni* relativa est :

Resp. Deus in facultates suas et in omnes creaturas habet dominium perfectum et absolutum, vi cujus in eas exercere potest moraliter omnes et solos actus perfectionibus suis non repugnantes.

Prob. Deus habet dominium in facultates : Deus enim est *à se*.—In omnes creaturas : nam actu independenti eas creavit et conservat.— Dominium perfectum : nam tituli prædicti sufficientem assignant rationem juris, tùm in res prædictas, tùm in earum fructus.—Dominium absolutum : Deus est absolutè independens, ergo et jus illius. — Vi cujus exercere potest omnes actus non repugnantes : nam qui jus habet potest moraliter in objectum juris quod potest physicè.—Solos actus... : nam Deus, utpotè essentialiter perfectus, impotens est ad ea quæ perfectioni suæ repugnant.

Ad quæstionem, quatenùs ad *durationem* attinet :

Resp. Jus Dei est perpetuum, inalienabile, irrevocabile.

Prob. 1° Ratione generali.— Si jus Dei esset temporarium, alienabile, revocabile, posset cessare Ipsius in omnia dominium, ac proindè Summa perfectio; quod absurdum.

2° Rationibus specialibus. — *Perpetuum* est jus in facultates : (perpetuum, id est æternum.) Siquidem ejus titulus, asseitas; ejus objectum, facultates, sunt necessaria et æterna. Item jus in creaturas : (Perpetuum, id est, tandiù durat quandiù creatura.) Siquidem per totam creaturarum durationem, Deus est earum creator et conservator. — *Inalienabile* : Inalienabiles sunt tituli, scilicet asseitas, creatio et conservatio; jus ergo inalienabile est. — *Irrevocabile :* A nullo pendet Deus, ergo jus Dei à nullo potest revocari.

Corol. Ex principiis circa durationem juris divini sequitur, jura hominis omnia, etiam plenissima, à Supremo Dei dominio omninò pendere, hominemque, relativè ad Deum, usufructuarii magis quàm domini personam gerere; imò usufructum homini concessum esse essentialiter revocabilem, si solùm attendatur ad jus Dei Supremum.

II. DE JURIBUS HOMINIS.

Jus homini concedi potest à Deo immediatè, aut mediatè. Undè duplex jurium classis: 1° Jura *immediatè* à Deo homini concessa; 2° Jura *mediatè* à Deo homini concessa.

I. CLASSIS.

DE JURIBUS IMMEDIATÈ A DEO HOMINI CONCESSIS.

Tractandum de jure homini concesso,

1° In vitam et facultates. 2° In res à facultatibus productas. 3° In res à facultatibus non productas.

De quolibet jure quærendum: 1° *Utrùm Deus in-*

mediatè homini jus concesserit; 2° *In hypothesi affirmativâ, quænam sint hujus juris proprietates, quoàd extensionem, et durationem?*

I. SPECIES.

De jure homini concesso in vitam et facultates.

Homo habet in vitam et facultates jus — quoàd originem, *immediatè* concessum — quoàd extensionem, jus *usufructûs* — quoàd durationem, *perpetuum*, *alienabile*, *revocabile*.

Prob. per partes. Homo habet in vitam et facultates jus,

Quoàd originem, *immediatè* concessum: — 1° *Ex Ratione.* Deus, hominis creator, vitam et facultates ipsi concedere non potest, quin simul ipsi præcipiat finem, præbeatque jus ad media necessaria ad hunc finem obtinendum. Porro, ut suprà diximus, usus vitæ et facultatum est medium ad finem necessarium. — 2° *Ex Scripturâ.* Sap. 16, 13. « *Tu es... qui vitæ et mortis habes potestatem.* » Ergo Deus sibi reservavit dominium speciale, et non generale tantùm in vitam hominis; ergo solus potest jus in vitam et facultates concedere.

Quoàd extensionem, jus *usufructûs*: — 1° *Ex Ratione.* Res ità est, si jus homini concessum non sit dominii, nec simplicis usûs. Atqui,—Non est veri dominii: Siquidem, in hâc hypothesi, homo vitâ et facultatibus ad arbitrium disponere, sibi vitam et facultates adimere

posset. Porro hoc falsum est; nam constat suicidium et mutilationem esse in se illicita. — Non est simplicis usûs: Alioquin homo vitâ et facultatibus uti non posset ad utilitatem aliorum. Indè, locatio operum, v. g. contractus ad famulatum obligans, esset naturâ suâ nullus; quod sensui hominum communi repugnat. — 2° *Ex Scripturâ.* Eccli. 15, 14. « *Reliquit illum* (hominem) *in manu consilii sui.* » Hæc verba sunt generalia, nullam, nisi probatam, exceptionem patiuntur. Intelligenda sunt ergo de jure post dominium plenissimo; porro hoc jus est usufructûs.

Quoàd durationem, *perpetuum* : Nullus enim terminus ejus durationi per titulum est appositus.— *Alienabile:* Usufructuarius enim objecto juris sui uti potest non solùm in utilitatem suam, sed etiam in utilitatem alienam.— *A Deo revocabile:* Hæc proprietas, ut diximus, essentialis est omni juri divinitùs concesso.

II. SPECIES.

De jure in res à facultatibus productas.

Homo habet in res à facultatibus productas jus — quoàd originem, *immediatè* à Deo concessum—quoàd extensionem, *dominii perfecti* — quoàd durationem, *perpetuum, alienabile, à Deo revocabile.*

Prob. per partes. Homo habet in res à facultatibus productas jus,

Quoàd originem, *immediatum:* Nam, qui dat jus in facultates, eo ipso dat jus in res à facultatibus productas,

nisi limitetur concessio; porro in casu præsenti non limitatur.

Quoàd extensionem, jus *dominii perfecti*: Siquidem usufructus est jus perfectum in vi productivà; usufructuarius ergo est rei ab eâ productæ dominus: « *Res* enim *fructificat domino.* » Insuper propositio nostra ab omnibus admittitur.

Quoàd durationem, jus *perpetuum, alienabile, à Deo revocabile:* ob rationes superiùs expositas.

Corol. Homo habet dominium perfectum famæ suæ, cùm eam actibus suis justè meritus sit. (Jus etiam in famam, licèt non actibus partam, haberet homo, vi accessionis. Nam homo jus dominii perfecti acquirit in res sibi accedentes sine alterius injuriâ.)

III. SPECIES.

De jure in res à facultatibus non productas.

Jura homini à Deo concessa in res à facultatibus non productas, sequenti tabulâ comprehenduntur.

JURA :

1° *In res Spirituales.*	2° *In res Corporeas :*		
	1. Concessa Generi humano.	2. Concessa homini Individuo:	3. Concessa Auctoritati publicæ :
		Jus Occupationis. Jus Usufructûs. Jus Proprietatis.	Civili. Ecclesiasticæ.

CAPUT I.

De jure hominis in res spirituales.

Per hanc vocem : « Res spirituales, » intelligimus media necessaria aut utilia ad vitam spiritualem, sive naturalem, sive supernaturalem. Sic veritas naturalis, sive per societatem proponatur, sive medio facultatum suarum eam detegat homo à societate educatus, est medium ad vitam spiritualem ordinis naturalis necessarium et utile. Sic veritas supernaturalis, prædicatione aut aliis mediis communicata. Sic gratia actualis, aut habitualis ; sic sacramenta, etc., sunt media ad vitam supernaturalem necessaria et utilia.

Quibus positis, ad quæstiones superiùs enuntiatas, scilicet : 1. *Utrùm Deus concesserit jus...*; 2. *Quænam sint proprietates... quoàd extensionem et durationem?*

Resp. In res spirituales Deus immediatè concessit homini jura, quæ,

1° Considerata *in se* et *quoàd extensionem*, sunt :

1. Jus *occupationis* spiritualis, seu jus facultates suas rebus spiritualibus informandi ; jus attingere valens res *spirituales* necessarias et utiles, ordinis, tùm naturalis, tùm supernaturalis, etiamsi ab alio occupentur, modò sint occupabiles.

Hoc jus occupationis spiritualis attingere valet res spirituales necessarias et utiles, — Ordinis naturalis : Nam in ordine naturali, Deus immediatè dedit hominis animæ capacitatem indefinitam vitæ ; ergo jus occupationis in omnia ad hanc vitam et ad ejus perfec-

tionem necessaria et utilia.— Ordinis supernaturalis : Deus exigit ut homo vivat vitâ supernaturali, tendat ad perfectionem ; ergo illi dedit jus in media ad hunc finem necessaria et utilia.— Etiamsi ab aliis jam sint occupata : Nam bona ordinis spiritualis sunt inexhausta, et ab omnibus intelligentiis simul occupari possunt. — Modò sint occupabiles : Nam, si res spiritualis, v. g. veritas, omninò sit inaccessa intellectui, homo non potest eam occupare realiter, nec proindè in eam jus habere.

2. Jus *utendi* rebus spiritualiter occupatis ad suam et aliorum utilitatem : Nam, ex dictis, hæc media concedit Deus, ut homo his utatur ad vitam et perfectionem spiritualem, ordinis tùm naturalis, tùm supernaturalis, suam primùm, et aliorum, cùm mandaverit Deus unicuique de proximo suo.

3. Jus *dominii* in res productas per facultates, rebus seu auxiliis spiritualibus informatas: Homo enim, vi concessionis divinæ, est usufructuarius tùm facultatum tùm rerum spiritualium. Ergo jus habet in earum vim productivam, cùm contrarium non constet ; jus proindè dominii in res productas à facultatibus auxiliis spiritualibus informatas.

2° Considerata *quoàd durationem*, jura hominis in res spirituales sunt, pro circumstantiis, inalienabilia aut alienabilia ; à Deo revocabilia ; perpetua.— *Perpetua* et *revocabilia* : propter rationes jam suprà expositas.— *Alienabilia* aut *inalienabilia* pro circumstantiis: Si homo non potest alteri homini communicare gratiam quam à Deo recepit. E contrà homo edoctus scientiam aut artem acquisitam alium edocere potest.

Ex jure dominii hominis in res productas per facultates, spiritualibus auxiliis informatas, sequitur :

I. Corol. Homo dominium habet in bona spiritualia, quæ, adjuvante gratiâ, facultatibus suis acquisivit.

II. Corol. Homo dominium habet in fructum suæ industriæ et ingenii.

Undè auctor operis manuscripti jus habet prohibendi ne typis edatur sine suo consensu. Hoc constat apud omnes. — Idem dicendum de lectionibus publicis professoris, de concione oratoris (1).

Controvertitur autem utrùm, libro semel edito, auctor ejus proprietatem exclusivè conservet.

De hâc controversiâ, attento solo *jure naturali*, triplex opinio : — 1ª Opinio affirmat proprietatem perpetuam auctoris. Nam liber est ejus facultatum fructus, in eum ergo habet dominium perfectum, ac proindè perpetuum. — 2ª Opinio negat. Siquidem ex alterâ sententiâ sequeretur societatem, pro arbitrio auctoris aut ejus successorum, posse perpetuò privari usu veritatum quæ ab ipso inventæ sunt. Porro hoc falsum est ; jus enim bono societatis adversum, non potest individuo concedi à Deo societatis auctore. — Juxta 3ªm opinionem, in librum editum jus habet 1. Auctor : nam liber est *ejus* facultatum fructus ; 2. societas : siquidem auctori suppeditavit media ad producendum opus necessaria, v. g. cognitiones, verba, etc. Aliundè ex proprietate exclusivâ auctoris sequerentur incommoda in secundâ opinione exposita. Indè libri utilitas dividenda inter auctorem et societatem.

(1) Vid. D. Carrière, *De Jure*, T. 1, n. 16.

Huic rei providit potestas *civilis* per leges de proprietate litterariâ, quibus in praxi standum est. Lex enim præsumitur justa, nisi contrarium constet. Porro in materiâ præsenti contrarium non constat, cùm quæstio sit controversa (1).

Nota. Quæ dicta sunt de auctore libri, de inventoribus artium etiam dicenda.

CAPUT II.

De jure hominis in res Corporeas.

Tractandum sub titulo præsenti, ut in tabulâ superiùs indicatum est, de juribus à Deo concessis 1° humano generi ; 2° homini individuo ; 3° auctoritati publicæ.

ARTICULUS I.

De juribus humano generi concessis.

Generi humano in res sublunares Deus concessit jus — quoàd originem, *immediatum* — quoàd extensionem, *dominii* in omnes res sublunares — quoàd durationem, *perpetuum*, *inalienabile* et *à Deo revocabile*.

1° Jus quoàd originem, *immediatum* : 1. Deus hominem creando, eo ipso vult immediatè ejus finem, et proindè jus ad ea quæ sunt ad finem necessaria ; porro saltem

(1) De hâc controversiâ et de dispositionibus juris civilis, cfr. Renouard, *Traité des droits d'auteur*. Tom. 1, part. 1.; D. Carrière, *De Jure*, Tom 1, n. 55 et seq.

usus rerum corporearum est necessarius.— 2. Verba Geneseos superiùs citata ad probandum jus hominis in res corporeas, à Deo ipso prolata sunt ; ergo jus per ea concessum est immediatum.

2° Quoàd extensionem, jus *dominii* in omnes res sublunares: — Talis extensio juris ratione probari non potest. Ex ratione quidem sequitur à Deo concedenda esse homini jura necessaria, non verò simpliciter utilia, cùm Deus ad melius non teneatur. Porro homini non est necessarium jus dominii, jus in omnes res sublunares, sed sufficit jus usûs in res absolutè necessarias.— Probatur autem, ex textu suprà citato, concessione positivâ ; Gen. 1,28 : *Replete et subjicite eam, et dominamini piscibus maris, et volatilibus cœli, et universis animantibus, quæ moventur super terram.... Ecce dedi vobis omnem herbam.... et universa ligna....* » Indè 1. Jus à Deo concessum est dominii, siquidem non limitatur ; imò est plenissimum « *subjicite, dominamini.* » 2. Est universum ; includit enim tria naturæ regna, scilicet, minerale « *terram,* » vegetale « *herbam,* » animale « *animalia.* »

3° Quoàd durationem, est *perpetuum, à Deo revocabile:* ob rationes suprà dictas.—*Inalienabile:* non defectu juris, quod, ex dictis, est plenum ; sed quia in orbe nulla existit entium species cui genus humanum jus suum transmittere possit.

ARTICULUS II.

De juribus homini individuo concessis.

Triplex jus, scilicet, 1° jus Occupationis ; 2° jus Usu-

fructùs; 3° jus Dominii directi individualis, seu Proprietatis in sensu stricto.

Punctum I. *De jure Occupationis.*

Deus concessit homini jus occupationis— quoàd originem, *immediatum* — quoàd extensionem, *attingere valens quidquid est occupabile et non occupatum* — quoàd durationem, *perpetuum, alienabile, à Deo revocabile.*

1° Deus homini concessit jus occupationis *immediatum:* Siquidem jus utendi rebus corporeis est à Deo immediatè concessum, ut ex infrà dicendis constabit; ergo etiam jus occupandi, cùm usus rei sit impossibilis sine hujus rei occupatione.

2° Quoàd extensionem, *attingere valens res occupabiles et non occupatas:* Jus occupationis attingere non potest res quæ occupari nequeunt, v. g. totum lumen, totum aerem; jus enim supponit potestatem physicam subjecti in objectum — res quoque jam occupatas; alioquin jus juri opponeretur, quod imposibile est.— Attingere verò potest omnes res occupabiles et non occupatas; nam jus utendi his rebus est universale, ac proindè jus eas occupandi.

3° Quoàd durationem, est *perpetuum, alienabile, à Deo revocabile:* ob rationes generales.

Punctum II. *De jure Usufructùs.*

In res occupatas homo habet, saltem *dominium utile*— quoàd originem, *immediatum*—quoàd extensionem, jus saltem *usufructùs*, attingere valens omnes res occupatas moraliter et physicè, modo immediato aut mediato—

quoàd durationem, pro variis opinionibus, *perpetuum* et *alienabile*, vel *temporarium* et *inalienabile*; *à Deo revocabile*.

1° Homo habet, saltem *dominium utile* in res occupatas, quoàd originem, *immediatum*: Dominium in res sublunares generi humano à Deo immediatè concessum esset inutile, si homini individuo Deus simul non concessisset facultatem saltem utendi rebus speciei concessis. Ergo Deus immediatè concedendo dominium generi humano, immediatè concessit jus usûs individuo.

2° Quoàd extensionem, jus saltem *usufructûs*: Hoc jus est saltem usufructûs, si non usûs simplicis; atqui res ità est. Jus enim in fructus rei possessæ nullâ ratione limitatur; possessor ergo iis uti potest, tùm ad suam, tùm ad aliorum utilitatem. Aliundè extensio hujus juris ab omnibus sic intelligitur. Dixi: « *Saltem* usufructûs. » Nam, juxta eos qui contendunt jus proprietatis immediatè à Deo oriri, jus per possessionem acquisitum est dominii, ut infrà videbitur.

Attingere valens omnes res occupatas: Cùm enim dominium omnes res sublunares comprehendat, usufructus eamdem extensionem habere debet. — Occupatas *moraliter et physicè*: Requiritur occupatio *Moralis*, seu voluntas occupandi ad utilitatem suam; siquidem jus est relatio moralis inter objectum et subjectum, cujus creatio supponit actum ordinis moralis, seu liberum. — *Physica;* Nam, si occupatio moralis sufficeret, omnes affirmare possent se habuisse intentionem occupandi, de jure proindè non posset constare, et lites innumeræ orirentur. — Hæc occupatio physica potest esse vel *immediata*, seu absque instrumento

intermedio ; vel *mediata*, id est, per instrumentum, aut quasi instrumentum loco personæ occupans, v. g. fructus laboris, etc.

3° Quoàd durationem, *perpetuum et alienabile*, vel *temporarium* et *inalienabile*, pro variis opinionibus :

De jure per occupationem acquisito, ut jam indicavimus, duplex opinio. 1. Alii sentiunt jus acquisitum esse *dominium directum* ; illi scilicet, juxta quos proprietas immediatè à Deo oritur per occupationem debitam. 2. Alii dicunt hoc jus esse tantùm *usufructùs* ; illi scilicet, juxta quos proprietas explicari debet per conventionem primariam inter homines aut per legem, limitant enim jus primarium occupationis ad jus usufructùs. — In primâ hypothesi, jus per occupationem productum est *perpetuum* et *alienabile* ; tales sunt enim proprietates dominii directi. — In secundâ hypothesi, non est perpetuum ; cessat enim cum occupatione. Non est alienabile ; nam, cessante occupatione, cessat etiam jus, quod proindè transmitti non potest. Possessor equidem occupationi renuntiare potest, ut alius succedat, et sic renuntiatio erit conditio sine quâ non possessionis legitimæ successoris ; successor autem jus acquirit vi occupationis suæ, non verò concessione antecessoris.

A Deo revocabile : Nam revocabilia sunt omnia à Deo concessa.

Corol. Ergo homo jus dominii habet in fructus rei possessæ. Res patet. Jus enim usufructùs dominio fructuum æquivalet, cùm usufructuarius eis ad arbitrium uti possit. Hoc proindè jus sortitur proprietates, dominii, scilicet perpetuitatem, alienabilitatem, revocabilitatem.

PUNCTUM III. *De jure Dominii individualis, seu Proprietatis strictè dictæ.*

Ex dictis, jus dominii directi est: *Legitima potestas disponendi de re tanquàm suâ.* Tractandum 1° de Legitimitate; 2° de Origine Proprietatis.

I. DE LEGITIMITATE.

Legitimitatem proprietatis negârunt hæretici plures, à primævis Ecclesiæ sæculis, usquè ad XVI^um^, quo Muncer spoliationem divitum prædicabat. Sed multò magis in ordine ad scopum nostrum referri merentur recentiores, qui hanc legitimitatem impugnârunt; J.-J. Rousseau, Babœuf, et præsertim Communistæ nostri temporis. Contra quos sit propositio sequens:

Legitimum est dominium directum individuale, seu *jus proprietatis.*

Probatur propositio directè et indirectè.

PROBATIONES DIRECTÆ.

Prob. I. A Deo permittitur triplex modus acquirendi dominium, scilicet: 1° appropriatio per occupationem; 2° translatio dominii per actus inter vivos; 3° translatio per transmissionem hæreditariam. Ergo.

1° A Deo permittitur appropriatio per occupationem debitam.

1ª Ratio. Sepositis legibus civilibus, Deus, ex dictis, homini concessit jus occupandi res exteriores, jus applicandi facultates rebus ab ipso occupatis; in iis proindè quid suum deponendi; eas proindè per medium istud perpetuò occupandi, et sic perpetuò, et exclusis aliis, appropriandi.

2ª Ratio. Deus non potest obstare societatis perfectioni. Ergo debet saltem permittere bonorum appropriationem, si bonorum appropriatio magis faveat bono societatis, quàm communitas bonorum. Atqui res ità est. Nam 1., positâ rerum appropriatione, proprietarii specialiter interest agri sui cultura et amelioratio ; indè fructus uberiores, qui primùm domino, secundariò societati prosunt. Sublatâ verò proprietate, cùm nullius specialiter intersit fructuum adundantior productio, omittitur plerùmque, saltem negligitur agricultura ; indè divitiarum individualium et socialium attenuatio. Pari ratione, divitiæ industriales augentur, positâ proprietate ; sublatâ verò, minuuntur.—2. In statu communitatis, nullum jus determinatum et fixum ; quisque pari jure cujuslibet rei non occupatæ possessionem ambire potest ; indè discordiæ et jurgia pacis publicæ et societatis destructiva. In statu verò proprietatis, jurium determinatio et fixitas causam horum malorum non tollunt quidem, sed valdè minuunt.— 3. Positâ proprietate, homo cumulare potest divitias ; quibus possit necessitatibus suis providere absque labore molesto, et securè vacare studiis intellectualiter et moraliter perficientibus ; quibus possit pecunias profundere ad favendam augendamque industriam innumerabilium divitiarum originem. In statu verò communitatis, homo labore operoso et absque securitate, nec divitias cumulare, nec studiis vacare, nec industriæ favere potest.— Ergo proprietas perfectioni societatis consideratæ sub respectu materiali, intellectuali et morali magis favet quàm communitas bonorum. Ergo Deus non potest obstare...

2° *A Deo permittitur translatio dominii per actus inter vivos, donationem scilicet, commutationem et venditionem.*

1ª Ratio. Per dominium directum Deus objectum juris proprietario plenissimè subjicit. Ergo de re suâ dominus omni modo possibili disponere potest; proindè illam alienare per donationem, commutationem et venditionem.

2ª Ratio. Gratior potest esse proprietario dominii sui donatio, quàm conservatio; utilior pecunia, quàm possessio, aut vice versâ; utilior et gratior talis possessio, quàm alia possessio. Ergo, si Deus non permitteret dominii translationem per actus inter vivos, obstaret bono societatis, quod impossibile est. Ergo permittit ejus alienationem.

3° *A Deo permittitur translatio dominii per transmissionem hæreditariam.*

1ª Ratio. Si Deus non permitteret translationem dominii per hæreditatem, sibi contradiceret. Nam, ex unâ parte, instinctu ineluctabili impelleret hominem ad transmittendum personis sibi caris, præcipuè filiis, fructum laboris sui; ex alterâ parte, hanc transmissionem prohiberet.

2ª Ratio. Si supprimatur jus hæreditatis, — homo multò minùs inclinatur ad laborem, sciens fructus laboris sui personis sibi caris non esse transmittendos; indè divitiarum particularium et socialium diminutio; — magnas divitias difficillimè cumulare potest; indè impossibilitas industriam augendi et perficiendi, et privatio divitiarum industrialium; — bona defunctorum fiunt primi occupantis; indè communitatis bonorum

incommoda. — Ergo, si Deus non permitteret translationem dominii medio hæreditario, obstaret bono societatis.

Prob. II. Si dominium directum sit illegitimum; ergo errârunt qui ejus legitimitatem admisêre; ergo erravit genus humanum; ergo erravit Christus, Deus-Homo; ergo erravit Ecclesia, Verbi divini infallibilis interpres. Porro hæc impossibilia sunt.

Prob. III. Communismus naturâ suâ destruit individui personalitatem. — Scopum attingere non potest, quin minuat prosperitatem individualem et socialem; — lædat justitiam et libertatem; — obstet perfectioni sociali; — familiam destruat. — Ergo falsa est communistarum opinio; ergo vera propositio nostra.

Prob. Anteced. per partes.— Destruit individui personalitatem: Nam, in opinione communistarum, omnia bona ad societatem pertinent; individuus homo ab eâ solâ habere potest alimenta, materiam et instrumenta laboris; sine eâ ergo nec vivere nec agere potest, ejus vita et actio ac proindè personalitas à communitate est quasi absorpta.

Scopum attingere non potest, — *Quin minuat prosperitatem individualem et socialem:* Communistæ tendunt ad æqualitatem divitiarum inter homines. Ergo, ut scopum obtineant, æqualem omnibus subventionem distribuere debent; ergo, qui modo utiliori laboraverunt, nullam pro laboris excessu et perfectione mercedem accipient, porro ea est hominum natura et indoles, ut non nisi utilitate propriâ moti ad laborem industrialem excitentur. Diligentiores ergo pigrioribus quoàd laborem suum sese accommodabunt; indè laboris ac proindè divitiarum ab eo productarum diminutio.

Quin lædat justitiam : Divitiæ primariæ ad omnes æqualiter pertinent, augentur inæquali membrorum societatis labore. Plus ergo meretur qui plus et utilius laborat ; æqualitas ergo subventionis singulis concedendæ juxta communistas justitiæ repugnat.

Quin lædat libertatem : Si homini liceat privatim laborare et vivere, ardentiùs laborabit, parciùs vivet ut peculium augeat. Cùm autem hic agendi modus æqualitati opponatur, cogendus ergo civis vel ad laborem et vitam communem, vel subjiciendus examini minutissimo, quod libertati et humanæ dignitati est oppositum.

Quin obstet perfectioni societatis: Societatis perfectio absoluta exigit perfectionem moralem, intellectualem, industrialem. Ista iterùm perfectio pendet ab infinitis propemodùm specialibus perfectionibus. Unaquæque perfectio specialis varias vocationes, varia talenta, varios labores requirit. Ex variis vocationibus, talentis et laboribus variæ nascuntur professiones. Ex his professionibus oriuntur varii mores, variæ necessitates quoàd societatem, quoàd victum ; quibus uno et æquali vivendi modo satisfieri non potest. Societatis perfectio exigit ergo inæqualitatem inter cives ; supprimenda proindè, si scopum suum attingere velint communistæ.

Quin destruat familiam : Hominis cordi innatus est amor prolis ; instinctu naturali inclinantur parentes ad favendum filiis, ad eos ditandos fructu laboris sui ; indè, ni ponatur obstaculum, brevi orietur inæqualitas. — Destruendæ ergo relationes amoris mutui inter parentes et filios ; quod impossibile est, si parentes filios cognoscere possint. Abrogandum ergo matrimonium, quo manifestatur paternitas, et ipsi substituenda brutorum promiscuitas.

Prob. conseq. Ergo falsa communistarum opinio. Nam, ex antecedentibus, noxia est individuo et societati. Ergo vera esse non potest: istud solùm socialiter verum esse potest, quod conducit ad societatis bonum et perfectionem.

Ergo vera propositio nostra. Nam communismo est contradictoria; porro, si ex duabus contradictoriis una probetur falsa, alia necessariò est vera.

PROBATIO INDIRECTA.

Legitimitas dominii directi possidet; facto constat. Possidet cum titulis non invalidis, patet ex dictis. Ergo retinenda, nisi validioribus momentis nitatur communistarum opinio. Porro levissimi ponderis sunt præcipuæ eorum rationes, quod ex earum expositione et refutatione constabit.

Objiciunt 1° Deus in primâ rerum origine communitatem bonorum instituit; ergo prohibet eorum appropriationem.

Resp. Nihil probat communitatem bonorum fuisse in origine mundi à Deo institutam; probabilius est autem, ut infrà videbimus, Deum instituisse talem regulam, ut qui rem debito modo occupâsset, ejus dominus fieret. Etiamsi Deus communitatem instituisset, non indè sequeretur appropriationem bonorum ab eo prohibitam fuisse; multa enim, quamvis immediatè ab eo non instituta, legitima tamen sunt.

Objic. 2° Societas est unio civium, exigit ergo societatis natura, ut nulla sit inter cives separatio; porro per proprietatem cives alii ab aliis separantur.

Resp. Societas, fatemur, est unio ; sed aliud est unio, aliud confusio. Unio et confusio inter se conveniunt in eo, quòd ex separatis faciunt quid unum; confusio verò ab unione distinguitur in eo, quòd individualitatem rerum inter se junctarum annihilat, dùm unio hanc non destruat, imò supponat. — Equidem, si societas foret civium confusio, esset cum proprietate incompatibilis; quia, vi proprietatis, sua cuique manet individualitas socialis. Si autem societas sit simplex unio, non destruit, sed supponit individualitatem socialem cujusque civis. Porro societas non est civium confusio. Hæc opinio opponitur cordi humano, cui vividus inest personalitatis sensus ; opponitur etiam bono societatis, cùm destruat motiva utilitatis propriæ, sine quibus homo ad laborem efficaciter excitari non potest, ut anteà diximus. Societas ergo est unio civium, sub auctoritate legum et potestatis publicæ ad protectionem jurium cujusque civis præcipuè institutâ ; supponit ergo jura individualia, ad ea ordinatur, nedùm ea destruat.

Objic. 3° Deus homines creavit æquales ; ergo prohibet proprietatem, si sit inæqualitatis causa ; porro res ità est.

Resp. Equidem homines, sub respectu originis, naturæ *et finis*, sunt inter se æquales; inæquales verò et valdè inæquales sunt sub respectu dispositionum et facultatum. Porro, ex hâc inæqualitate nativâ inter facultates oritur alia inæqualitas inter fructus ab his facultatibus productos, ac proindè inter jura, cùm Deus homini dederit jus in facultates et in res à facultatibus productas. Ergo, nedùm inæqualitas inter homines oriatur primariò ex divitiis, ut supponit objectio contra inæqualitatem divitiarum, oritur ex inæ-

qualitate nativâ facultatum à Deo institutâ. Nedùm proindè inæqualitas divitiarum voluntàti divinæ contradicat, et sit injusta; è contra æqualitas divitiarum voluntati divinæ et justitiæ opponeretur.

Objic. 4° Deus omnibus hominibus concessit jus ad laborem, ac proindè jus ad instrumenta laboris, seu ad ea sine quibus labor est impossibilis. Porro, positâ proprietate, pauperes, qui numero divites multùm superant, instrumentis ad laborem, proindè mediis ad victum necessariis, privantur.

Resp. Deus reverà concessit jus ad laborem, ità ut sine injustitiâ homo usu facultatum privari non possit, nisi adsit causa sufficiens.— « Ergo concessit omnibus jus ad instrumenta laboris : » Vera est hæc consequentia, in eo sensu quòd absque injuriâ homines privari non possint facultate instrumenta justis mediis acquirendi; non verò in eo sensu quòd exigere possint cessionem instrumentorum quæ labore suo justè non acquisierunt.— Non indè sequitur pauperes instrumentis laboris necessariò privandos esse; pauperis nempè labor tàm necessarius est diviti, quàm pauperi necessaria sunt instrumenta laboris ad divitem pertinentia. Insuper Deus lege charitatis diviti præcipit, ut subveniat pauperis necessitatibus, ei præbendo instrumenta laboris, aut ea quæ ad victum sunt necessaria. Tandem extremæ necessitati provisum est permissione concessâ omnibus qui sunt in hoc statu sibi appropriandi, etiam invito domino, ea quæ sibi aliisque necessaria sunt.

Objic. 5° Divitiæ per laborem creantur, laborantibus proindè debentur; porro, admissâ proprietate, sæpè divitiis otiosi fruuntur.

Resp. Equidem primariò divitiæ per laborem creantur, nam bona naturalia paucos fructus utiles sponte suâ producunt. — « Proindè laborantibus debentur: » Vera consequentia, modò intelligatur in hoc sensu, scilicet, laborantibus debentur divitiæ labore suo, sed non alieno, acquisitæ. — « Porro sæpè otiosi divitiis fruuntur: » Falsum subsumptum, si divites opes suas labore suo comparaverunt; siquidem fructibus laboris sui fruuntur. Verum subsumptum, si agatur de divitibus otiosis, qui opes suas viâ hæreditariâ obtinuerunt. Sed nihil indè contra jus laborantium, qui obtinent divitias labore suo comparatas; nihil etiam contra jus societatis, si prædicti viâ hæreditariâ divitibus otiosis justè successerint. Atqui rem ità esse superiùs probavimus.

Objic. 6° Æquum est divitias merito proportionari; porro proprietas obstat huic justæ divitiarum distributioni, injusta proindè.

Resp. Si per meritum intelligatur valor laboris, vera est major; justum est enim ut merces laboris sit ejus valori moraliter æquivalens.—Falsa verò, si per meritum intelligantur excellentia et cultura facultatum, abstracto illarum exercitio; — quia 1. facultates otiosæ, cùm nihil producant, nullum jus in res productas habent; — quia 2. norma meriti in posteriori sensu intellecta distributioni divitiarum applicari non potest, cùm impossibile sit de merito omnium justè judicare; inconstans est, cùm meritum quotidiè variet, undè jurium incertitudo et societatis perturbatio; destrueret jus transmissionis hæreditariæ naturæ tamen hominis consentaneum; destrueret incitamentum ad laborem, cùm remuneratio à facultatibus non à labore penderet;

ambitionem foveret, dispendio tranquillitatis publicæ, cùm quisque justam meriti mensuram mente suâ excedat.

Objic. 7° Ex proprietate oriuntur divitiæ, ex divitiis innumera mala; ergo Deus proprietatem permittere non potest.

Resp. Malum in societate oritur non ex divitiis, sed ex earum abusu; culpanda proindè tantùm prava hominum voluntas.

Objic. 8° Homo ditescere non potest, quin aliis egestatem afferat; opponitur ergo justitiæ proprietas.

Resp. Falsum antecedens; nam, si divitiæ per laborem sint creatæ, summam bonorum augent, non solùm individui, sed etiam societatis.

Objic. 9° Positâ proprietatis legitimitate, proùt à societate actuali admittitur, licet proprietario rem suam locare, ex eâ emolumentum percipere; porro hoc injustum, ergo et proprietas injusta est.—*Min.* probatur duabus præcipuis rationibus : 1ª. Res per se non est productiva, sive sit immobilis, sive sit mobilis; ergo proprietarius ex eâ nullum emolumentum percipere potest, quin lædat operarium.

Resp. Si res operario tradita sit de se frugifera, ut ager, arbor, etc., ad fructuum productionem concurrunt simul res possessoris et labor cultoris; æquum est proindè fructus inter eos dividi pro ratione concursûs. Si res tradita sit de se sterilis, necessaria tamen et utilis ad lucrum faciendum aut vitandum damnum, mutuans, qui se privat illâ utilitate pretio æstimabili in gratiam mutuarii, jus habet ad compensationem æquivalentem damno quod patitur, ad percipiendam proindè partem

lucri. Cæterum, de hâc quæstione uberiùs dicemus, cùm de *Mutuo* agemus, ubi De contractibus.

Inst. Saltem injustum est usum rei suæ multoties vendere; porro in statu actuali res ità est, cùm pretium locationis quotannis exigatur.

Resp. Non multoties venditur usus rei. Siquidem post primum annum proprietarius exigit pretium usûs rei suæ per hunc annum. Cùm autem res permaneat sua secundo, tertio, quarto anno, quotannis dominus jus habet ad pretium æquivalens valori usûs per secundum, tertium, quartum annum, etc.

2ª Ratio. Si liceat proprietario emolumentum ex re suâ percipere, operarius rem à se productam emens tenetur ad pretium superius pretio ipsi concesso ad ejus fabricationem; porro hoc injustum.

Resp. Nihil est in hâc necessitate iniquum. Res enim producta duo repræsentat, valorem scilicet laboris et valorem mutuanti debitum; ergo justum est ut operarius, rem à se productam redimens, reddat pretium sibi pro fabricatione concessum, et solvat valorem mutuanti debitum et expensas factas ad conservationem, venditionem rei, etc.

II. De Origine.

Quær. *Quæ sit origo juris dominii directi?*

Certum est dominium directum individuale, sicut et omnia hominis jura, à concessione divinâ originem habere.—Duplici autem modo Deus jus concedere potest, immediatè aut mediatè. Hæc est ergo quæstio:

Utrùm dominium directum individuale oriatur ex concessione divinâ immediatâ, aut mediatâ; et, in secundâ hypothesi, quo medio sit concessum?

Sub hàc quæstione comprehendimus, non solùm jus dominii in se ; sed etiam ejus appendices naturales, scilicet, alienabilitatem per actus inter vivos, per transmissionem hæreditariam. Indè triplex quæstio.

Quæst. 1ª *Utrùm jus dominii directi oriatur ex concessione Dei immediatâ, an mediatâ ?*

Duplex est opinio : — Alii affirmant originem immediatam dominii directi individualis ; ad hanc explicationem accedunt multi jurisperiti (1).— Alii negant.

I. Juxta affirmantes, Deus, non solùm concessit generi humano dominium in res sublunares, individuo in eas res jus occupationis et usufructûs ; sed etiam dominii directi. Sic assertionem probant.

1° Injustitiam non infert qui rem nullius occupat cum intentione eam faciendi suam. Ergo occupans acquirit concessione divinâ immediatâ jus in eam, cùm Deus immediatè concedat homini jus in actiones quæ jus alterius non lædunt. — 2° Deus immediatè instituit ea quæ sunt generi humano moraliter necessaria ; ergo immediatè instituit proprietatem individuam, si proprietas sit moraliter necessaria. Porro res ità est; siquidem, ut anteà diximus, ex ejus absentiâ innumera orirentur mala, jurgia inter cives, agriculturæ negligentia, etc. — 3° Deus immediatè concessit individuo jus occupandi res nullius, iis facultates suas applicandi ; in eis proindè quid suum deponendi, eas proindè perpetuò occupandi, et omnes alios excludendi, seu, quod idem est, eas faciendi suas, saltem sub conditione laboris.

II. Secundæ opinionis sectatores unanimi ore negant

(1) Cfr. Carrière, *De jure* T. 1, n. 26.

dominii directi individualis originem immediatam. — His argumentis nituntur.

Origo immediata rejicienda est, si probari non possit; et aliundè repugnet perfectioni divinæ. Porro 1° Probari non potest— Neque *Ratione* : Nam proprietas individua est utilis quidem, sed non necessaria absolutè ; — Neque *Scripturâ* : Equidem scriptura probat dominium directum concessum fuisse speciei humanæ, scriptura autem tacet de concessione dominii individuo factâ.—2° Origo immediata repugnat attributis divinis : Siquidem, posito jure divino occupationis, homo quilibet, modò faveant circumstantiæ, posset immensas regiones occupare et earum usu alios homines privare; quod opponitur bonitati, sapientiæ et æquitati divinæ.

Dissentiunt autem hujus secundæ opinionis sectatores in designatione medii quo Deus instituit proprietatem individuam.

1° Juxta quosdam, oritur è *Contractu* (1). Deus, inquiunt, omnibus hominibus jus æquale occupationis et usufructûs in res omnes primitùs concesserat. Ex hâc institutione innumera propemodùm incommoda scaturierunt. Quibus ut obviaretur, pactum explicitum, aut saltem tacitum, inter se inière homines, vi cujus quisquis individuus, renuntians in favorem communitatis juri omnia indeterminatim occupandi, in compensationem accepit jus permanenter et exclusivè possidendi bonorum communium partem determinatam. Sic nata est proprietas.

2° Juxta alios, proprietas à *Lege* nascitur. Nihil aliud

(1) Huic sententiæ præest Puffendorf, *de Jure natur. et Gentium*, l. IV, c. IV, § 4, et seq.

est enim proprietas, quàm juris stabilitas et securitas ; porro à lege solâ proprietas stabilis et secura esse potest (1).

Cæterùm, cujusque opinionis sectatores — 1° exigunt ad acquisitionem dominii occupationem sufficientem ad rei appropriationem. Ut autem occupatio sit sufficiens, requiritur et sufficit : ut res sit occupabilis ; non sit ab alio occupata ; ut occupatio sit moralis, id est, in quæstione præsenti, fiat cum animo habendi rem ut propriam ; ut occupatio sit physica, id est, ponatur factum quo manifestetur voluntas sibi rem appropriandi. Affirmationes prædictæ nituntur rationibus suprà expositis, ubi *de jure occupationis et usufructûs.* — 2° Admittunt cessationem dominii erga homines in extremâ necessitate positos, qui rebus alienis uti possunt in quantùm exigit hæc necessitas ; quia nec Deus, nec contrahentes, nec lex (proùt admittitur origo divina, conventionalis, aut legalis,) potuerunt privare homines mediis ad vitam necessariis ; proindè limitare debuerunt jus dominii in hoc casu.

Quibus positis,

Ad quæst. *Resp.* Opinio *affirmans* proprietatis individualis originem immediatam est contradictoriâ *probabilior.* Nam opinio affirmans, validis rationibus nixa, parvi ponderis argumentis oppugnatur ; è contrà opinio negans, infimi valoris probationibus nixa, magni ponderis argumentis oppugnatur.

(1) Hanc explicationem propugnant non pauci è publicistis recentioribus, inter quos Montesquieu, Bentham, et alii, quorum testimonia refert Comte, *Traité de la Propriété*, T. II, p. 358 et sq.

I. Opinio affirmans validis rationibus nititur.

Prima ratio equidem falsa foret, si adversarii probavissent proprietatem à Deo concessam fuisse societati, excluso individuo ; individuus enim qui, in hâc hypothesi, rem occuparet animo proprietarii, læderet jus societatis, partem bonorum ejus sibi appropriando. Sed, cùm nullâ ratione probetur exclusio, eo ipso rejicienda est, vi hujus principii : « *Licitum est quod nullâ lege prohibetur; justum est quod nulli juri opponitur.* » — Secunda ratio absolutissima esset, si proprietas individua esset in sensu stricto necessaria ; cùm autem ejus necessitas sit tantùm moralis, argumentum ex illâ ratione deductum est solùm probabile. — Tertia ratio rigorosè deducitur ex principiis adversariorum, scilicet, ex jure occupationis in res inoccupatas et jure utendi rebus occupatis.

Argumentis parvi ponderis impugnatur opinio affirmans.

Adversarii falsò affirmant 1° opinionem nostram nullis probationibus niti, ex dictis constat. — Item falsò affirmant 2° jus appropriationis à Deo immediatè concessum repugnare attributis divinis, quia ex eo sequeretur exclusio multorum hominum à proprietate. Inæqualitas *enim divitiarum*, quorumdam exclusio à proprietate sunt consectaria necessaria proprietatis, quæcumque sit ejus origo. Ista proindè ratio non potest opponi ab iis qui proprietatis legitimitatem admitterent. Communistis autem opponimus rationes suprà expositas ad illam probandam.

II. Opinio negans infimi valoris rationibus nititur.

Prima explicatio proprietatis, scilicet, per contrac-

tum : Debcret probari, vel historiâ vel auctoritate, vel ratione. Atqui non potest probari — Historiâ : historia enim omninò tacet de contractu supposito. — Auctoritate : Nam de eo silet scriptura, traditio. A pluribus quidem doctis proponitur ; sed non unanimiter, et solùm tanquam simplex opinio.— Non ratione : Hâc solùm viâ ratio probare posset opinionem prædictam, scilicet, ostendendo proprietatem aliâ viâ explicari non posse. Porro hæc affirmatio falsa est ; nam origo divina immediata multò magis arridet intellectui simplicitate et soliditate.

Secunda explicatio per legem : Verum est quidem proprietatem à lege accipere stabilitatem et securitatem ; sed non indè sequitur proprietatem à lege oriri ; aliud est enim proprietatem creare, aliud proprietatem consolidare.

Argumentis magni ponderis oppugnatur opinio negans.

Prima explicatio per contractum : Nam, in hoc systemate, omnes omnium generationum homines primariò habuissent à Deo jus omnia occupandi, rebus occupatis utendi. Porro primi contrahentes ad obtinendam proprietatem cessissent, non solùm jus suum, sed etiam jus generationum subsequentium ; institutâ nempè proprietate cessat facultas omnia occupandi, omnibus fruendi.

Secunda explicatio per legem supponit rem explicandam. Nam, si proprietas non existat, securitate non indiget. Si existat lex, ergo societas, ergo territorium, ergo proprietas socialis à lege quoàd existentiam sunt independentia. Si autem proprietas socialis à lege

non pendeat, cur proprietas individua? — Hujus explicationis consectaria periculis plena sunt. Nam, si proprietas à lege oritur, ergo lege destrui potest, cùm potestas socialis non censeatur, imò non possit juri suo absolutè renuntiare, quandò proprietatis individualis abrogatio utilior societati judicatur. Porro ex proprietatis destructione sequitur communismus cum suis absurditatibus et infaustis effectibus.

Quæst. 2ª *Utrùm alienabilitas proprietatis per actus inter vivos, immediatè aut mediatè à Deo oriatur?*

Resp. Alienabilitatis per actus inter vivos, et dominii directi, eadem est origo; cùm alienabilitas per actus inter vivos sit proprietas inhærens dominio directo. Indè oritur à Deo immediatè, vel mediatè per contractum aut legem, proùt proprietati ipsi assignatur alterutra ex his causis.

Juxta nostram sententiam, oritur *immediatè* à Deo.

Quæst. 3ª *Utrùm alienabilitas per testamentum oriatur immediatè aut mediatè à Deo; et, in hypothesi originis mediatæ, quænam sit hæc origo?*

De hâc quæstione duplex opinio.

Prima opinio affirmat alienabilitatem per testamentum *esse* naturalem, seu, quod idem est, inhærentem proprietati. Undè eadem origo proprietatis simul et alienabilitatis tùm per actus inter vivos, tùm per testamentum. — In hâc opinione, facultas testandi oritur immediatè, vel mediatè à Deo, proùt proprietati alterutra ex his causis assignatur, ut suprà diximus (1).

(1) Hâ, inter theologos, Molina, *De Justitia et Jure*, Tr. II, D. CXXIV, n. 12; D. D. Gousset, *in notis ad Collat. Andegav.*; D. D. Bouvier, *de Justitia et Restitutione*; inter jurisperitos, Grotius, *De Jure belli ac pacis*, lib. II, tit. X.

Juxta *secundam* opinionem, proprietas non est naturaliter alienabilis per testamentum. Hanc proprietatem acquirit vi legis, aut contractûs (1).

Prima opinio est posteriori probabilior, ut patebit ex comparatione rationum.

Sic argumentantur *secundæ* opinionis sectatores :

Alienabilitas per testamentum oritur à contractu aut à lege; si translatio hæreditaria proprietatis non possit, seposito contractu aut lege, posito verò contractu aut lege, possit explicari.

Atqui 1° Seposito contractu aut lege, non explicatur translatio hæreditaria per testamentum : — Testamentum enim est usque ad mortem revocabile ; proindè testator manet dominus rei transmittendæ dùm vivit; hæreditaria translatio non fit ergo nisi post mortem. Impossibilis ergo naturaliter translatio per testamentum, si homo post mortem fiat incapax omnis contractûs. Porro res ità est. Nam 1. morte interveniente, homo amittit omnes proprietates ; siquidem mortuo jus omne in res sublunares fit inutile, atqui nullum jus inutile existere potest. 2. In omni contractu voluntas partium exteriùs et humano modo exprimi debet, quod defuncto impossibile est.— Ergo transmissio proprietatis per testamentum est naturaliter impossibilis.

2° Interveniente contractu aut lege, explicatur translatio hæreditaria.— Contractu : Siquidem homines potuerunt de hoc inter se convenire, ut qui proprietatem possideret posset eam successoribus transmittere. —

(1) Ità, inter theologos, Wirceburgenses, part. I, *de Jure*, n. 457, Haunold. T. II, tr. VI, n. 14 ; inter jurisperitos, Puffendorf, D'Agueseau, Delvincourt, Toullier, et alii.

Lege : Defuncto enim alicujus proprietatis domino, bona ejus fiunt vacantia, ad primum occupantem ergo pertinent. Porro societas, voluntate permanente et perpetuâ, ante omnes alios occupat, jus plenum in possessiones defuncti acquirit ; eas proindè legitimè potest transmittere, et facto transmittit hæredi vel testamento vel dispositionibus legis designato.— Ergo per contractum aut legem facilè explicatur transmissio proprietatis hæreditaria.

Hæ sunt rationes *primæ* opinionis.

1° Ad explicandam alienabilitatem naturaliter, id est absque interventu contractûs et legis, tria requiruntur et sufficiunt scilicet, ut moriens *possit, velit, velit debito modo* proprietatem suam transmittere ultimo instanti vitæ suæ. Atqui hæc tria certa sunt. — 1. Potest : Nam proprietatem conservat usque ad mortem. — 2. Vult. (saltem voluntate moraliter perseveranti), si testamentum confecerit : Nam ex unâ parte vult, ut testamento constat, conservare proprietatem suam usque ad mortem ; ex aliâ parte vult eam ad hæredem designatum transmittere ; censetur ergo velle eam ultimo vitæ instanti transmittere. Vult, etiamsi testamentum omiserit : Nam eo ipso pro testamento habet legis dispositiones, vult proindè proprietates suas ex earum tenore transmittere. — Dixi : « voluntate saltem moraliter perseveranti ; » voluntas enim testatoris censetur perseverare donec retractata fuerit.— 3. Debito modo : Potest nempè supponi et reverà supponitur voluntas testatoris vestita omnibus conditionibus ad valorem contractûs requisitis. Aliundè, ex dicendis sub titulo DE CONTRACTIBUS, patebit suppositionem non esse gratuitam.

2° Si alienabilitas per testamentum non sit naturalis; ergo explicanda per contractum, aut per legem. Atqui neutrum dici potest. — Non prius : propter rationes quibus impugnavimus originem proprietatis per contractum.—Non posterius : Nam, si alienabilitas per testamentum oriretur à lege, à lege abrogari posset. Porro, abrogatâ successione hæreditariâ, mortuis hominibus qui nunc proprietate fruuntur, abrogaretur proprietas individualis ; abrogatâ autem proprietate individuali, nascitur communismus.

Ex dictis circa quæstionem præsentem concludimus alienabilitatem per testamentum *probabiliùs* esse naturalem ; proindè oriri *immediatè* à Deo, juxta opinionem à nobis suprà adoptatam de origine proprietatis.

Ex præcedenti doctrinâ circa originem proprietatis et ejus appendicium, spontè fluunt corollaria sequentia.

Corol. I. Dominium in res sublunares generi humano à Deo concessum in principio indivisum non est indivisibile. Siquidem potest ab individuo per occupationem debitam appropriari, et reverà fuit appropriatum.

Corol. II. Occupatio, ad quam immediatâ Dei concessione homo jus habet, non est solummodò temporaria, ità ut cesset occupatione physicâ cessante ; sed moraliter perpetua est, ità ut, re semel debito modo occupatâ, perseveret occupatio moralis independenter ab occupatione physicâ. Alioquin proprietas esset impossibilis.

Corol. III. Jus ex occupatione procedens est, vi concessionis divinæ immediatæ, non tantùm jus usufructûs

temporarium ; sed potest esse, arbitrio occupantis, dominium perfectum, seu appropriatio strictè dicta, vi cujus occupans jus habet perpetuò et exclusis aliis rem possidendi, re fruendi, de re disponendi etiam per testamentum.

His corollariis doctrina nostra superiùs posita de juribus à Deo in res sublunares homini concessis completur ; distinguitur à placitis adversariorum, quorum alii negant, cum jure dominii individualis, divisibilitatem dominii generi humano concessi, occupationis moralis legitimitatem et ejus perpetuitatem, transmissionem hæreditariam ; alii originem immediatè divinam jurium prædictorum.

ARTICULUS III.

De Dominio alto auctoritatis publicæ.

Duplex auctoritas publica : 1° Civilis ; 2° Ecclesiastica.— De alto dominio utriusque dicendum.

PUNCTUM I. *De dominio alto auctoritatis Civilis.*

De hoc dominio tria quæruntur : 1° Legitimitas ; 2° Origo ; 3° Extensio.

I. DE LEGITIMITATE.

Facto constat auctoritatem civilem exercere in jura individualia potestatem, quæ appellatur *Jus* seu dominium *altum*.

Quær. *Utrùm hæc potestas legitimè exerceatur ?*

Affirmant plerique. — Negant quidam, profitentes independentiam ab omni auctoritate. Contrà quos sit propositio sequens :

Auctoritas civilis potestatem habet in jura individualia, seu admittendum est dominium altum.

Prob. Ex probatis sub titulo DE LEGIBUS, Deus instituit auctoritatem publicam, ipsi concessit omnem potestatem societati necessariam et utilem, ergo dominium altum in jura individua, si hæc potestas sit societati necessaria et utilis. Atqui res ità est. Nam, v. g., si auctoritas publica nullam habeat potestatem in jura individualia; non potest — tributa exigere, nec proindè societatem dirigere,— valorem præscriptioni communicare, nec proindè titulis amissis supplere, conscientias pacificare, jurgiis et litibus inter cives obstare,— exigere proprietatis individualis cessionem ad utilitatem publicam, nec proindè majori societatis bono providere, etc., etc.; quod repugnat.

Prob. A theologis et jurisconsultis *communiter* admittitur propositio nostra.

II. DE ORIGINE.

Quær. *Utrùm Dominium altum oriatur à Deo immediatè, an mediatè; et, in secundâ hypothesi, quo medio oriatur?*

Duplex quæstio: 1° Utrùm à Deo immediatè, vel mediatè institutum fuerit dominium altum; 2° Utrùm immediatè aut mediatè fuerit personæ illud exercenti communicatum?

Ad 1^am^ quæst. part., scilicet: *Utrùm à Deo immediatè vel mediatè institutum fuerit?*

Resp. Dominium altum quoàd originem non distinguitur ab aliis juribus auctoritati publicæ in bonum societatis à Deo concessis. Porro, sub titulo DE LEGIBUS probavimus, cum omnibus theologis catholicis, auctori-

tatem publicam non fuisse per Contractum creatam, ut volunt Athei et Deistæ; sed à Deo immediatè fuisse concessam.

Ad 2^am^, scilicet: *Utrùm immediatè vel mediatè fuerit personæ illud exercenti communicatum?*

Resp. Circa modum communicationis auctoritatis publicæ scinduntur theologi.— Juxta quosdam, Deus, positâ electione, auctoritatem publicam immediatè concedit subjecto electo, si agatur de societate constituendâ; subjecto in constitutione designato ad regendam societatem, si agatur de societate jam constitutâ.—Juxta alios, auctoritas immediatè à Deo conceditur societati, quæ illam transmittit electo suo.

Quod diximus de Origine auctoritatis publicæ in genere, de dominio alto dicendum.

III. De Extensione.

De Extensione Dominii alti, triplex opinio.

1° Quidam dominium altum ultra modum exagerant. Affirmant enim dominium altum esse jus proprietatis; proindè rempublicam de bonis privatis absolutè disponere posse, validè semper, licitè quotiès requirit utilitas socialis.

Ad hanc doctrinam extremam referri potest opinio Socialistarum. Attribuunt enim reipublicæ administratoribus jus inæqualitatem divitiarum sensim attenuandi per tributa enormia divitibus imposita in utilitatem pauperum. Hoc evidenter excedit limites puræ administrationis; proindè in bona individua concedunt jus dominii, limitatum quidem facto, logicè verò illimitatum; nam, si jus dominii quoàd partem legitime negari possit, propter identitatem rationis, absolutè negari debet.

2° Quidam econtrà dominium altum ultra debitos limites attenuant, denegando auctoritati publicæ jura ipsi saltem utilia ad societatis bonum, v. g. jus exigendi tributum ex justitiâ, invalidandi contractus, etc.

3° Juxta alios tandem, jus dominii alti non est jus dominii propriè dicti; sed administrationis, vi cujus auctoritas publica potest omnia societati utilia.

Quærendum ergo : *Utrùm jus altum sit jus dominii propriè dicti, an tantùm jus administrationis ; et, in secundâ hypothesi, quid possit auctoritas publica vi dominii alti?*

Ad 1^am^ quæst. part. *Resp.* Jus dominii alti non est jus dominii propriè dicti, sed *administrationis.*

Prob. I. Si jus altum sit dominium propriè dictum; ergo jus proprietatis individualis est tantùm jus usufructûs revocabile ; ergo auctoritas publica potest illud revocare, communismum proindè inducere, quod falsum est, ut suprà demonstravimus.

Prob. II. Si jus altum sit dominium propriè dictum, ergo auctoritas publica proprietatem privatam sine injustitiâ lædere potest, quod falsum est.— Hoc aliundè agnoscit Codex civilis (1).

Prob. III. Theologi et jurisconsulti communiter admittunt propositionem nostram.

Ad 2^am^, scilicet : *Quid possit auctoritas publica, vi dominii alti?*

Resp. In genere, vi dominii alti, auctoritas publica in individuorum jura potest omnia bono communi ne-

(1) Cod. civ. art. 545. Nul ne peut être contraint de céder sa propriété, si ce n'est pour cause d'utilité publique, et moyennant une juste préalable indemnité.

proprietarius : Indè usufructuarius potest — exigere ut rei dominus nihil efficiat ex quo conditio sua fiat deterior, 599; non autem ut reficiat quod vetustate aut casu fortuito exciderit, 607; — frui per alium, 595; — rem consumere, si sit usu consumptibilis, cum onere reddendi rem similem, vel pecuniæ summam æquivalentem, 587; — re uti, quamvis usu deterioretur, quin teneatur de deterioratione, modò absit fraus et dolus, 589; — facere suos fructus naturales qui pendentes sunt, ineunte, et colliguntur, durante usufructu; civiles percipere prorata temporis, 582, 585, 586; — uti sylvis, alluvionibus, servitutibus, fodinis, modo determinato regulis specialibus, 590... 598 (1).

(1) ART. 599. Le propriétaire ne peut, par son fait, ni de quelque manière que ce soit, nuire aux droits de l'usufruitier,

De son côté, l'usufruitier ne peut, à la cessation de l'usufruit, réclamer aucune indemnité pour les améliorations qu'il prétendrait avoir faites, encore que la valeur de la chose en fût augmentée.

Il peut cependant, ou ses héritiers, enlever les glaces, tableaux et autres ornements qu'il aurait fait placer, mais à la charge de rétablir les lieux dans leur premier état.

ART. 607. Ni le propriétaire, ni l'usufruitier, ne sont tenus de rebâtir ce qui est tombé de vétusté, ou ce qui a été détruit par cas fortuit.

ART. 587. Si l'usufruit comprend des choses dont on ne peut faire usage, sans les consommer, comme l'argent, les grains, les liqueurs, l'usufruitier a le droit de s'en servir, mais à la charge d'en rendre de pareille quantité, qualité et valeur, ou leur estimation, à la fin de l'usufruit.

ART. 589. Si l'usufruit comprend des choses qui, sans se consommer de suite, se détériorent peu à peu par l'usage, comme du linge, des meubles meublants, l'usufruitier a le droit de s'en servir pour l'usage auquel elles sont destinées, et n'est obligé de les rendre, à la fin de l'usufruit, que dans l'état où elles se trouvent, non détériorées par son dol ou par sa faute.

Salvâ rerum substantiâ : Indè usufructuarius frui debet, boni patris-familiàs instar, 601 ; — rem reddere

ART. 582. L'usufruitier a le droit de jouir de toute espèce de fruits, soit naturels, soit industriels, soit civils, que peut produire l'objet dont il a l'usufruit.

ART. 585. Les fruits naturels et industriels, pendans par branches ou par racines au moment où l'usufruit est ouvert, appartiennent à l'usufruitier.

Ceux qui sont dans le même état au moment où finit l'usufruit, appartiennent au propriétaire, sans récompense de part ni d'autre des labours et des semences, mais aussi sans préjudice de la portion des fruits qui pourrait être acquise au colon partiaire, s'il en existait un au commencement ou à la cessation de l'usufruit.

ART. 586. Les fruits civils sont réputés s'acquérir jour par jour, et appartiennent à l'usufruitier, à proportion de la durée de son usufruit. Cette règle s'applique aux prix des baux à ferme, comme aux loyers des maisons et autres fruits civils.

ART. 590. Si l'usufruit comprend des bois taillis, l'usufruitier est tenu d'observer l'ordre et la quotité des coupes, conformément à l'aménagement ou à l'usage constant des propriétaires, sans indemnité toutefois en faveur de l'usufruitier ou de ses héritiers, pour les coupes ordinaires, soit de taillis, soit de baliveaux, soit de futaie, qu'il n'aurait pas faites pendant sa jouissance.

Les arbres qu'on peut tirer d'une pépinière sans la dégrader, ne font aussi partie de l'usufruit qu'à la charge par l'usufruitier de se conformer aux usages des lieux pour le remplacement.

ART. 591. L'usufruitier profite encore, toujours en se conformant aux époques et à l'usage des anciens propriétaires, des parties de bois de haute futaie qui ont été mises en coupes réglées, soit que ces coupes se fassent périodiquement sur une certaine étendue de terrain, soit qu'elles se fassent d'une certaine quantité d'arbres pris indistinctement sur toute la surface du domaine.

ART. 592. Dans tous les autres cas, l'usufruitier ne peut toucher aux arbres de haute futaie : il peut seulement employer, pour faire les réparations dont il est tenu, les arbres arrachés ou brisés par accident ; il peut même, pour cet objet, en faire abattre, s'il est nécessaire, mais à la charge d'en faire constater la nécessité avec le propriétaire.

in statu in quo reperiri debet post bonam administrationem (1).

Sub conditione impensarum...: Indè tenetur facere impensas conservatorias, 605; — solvere ex integro onera et debita quæ fruitionem attingunt, 608; — ea verò quæ proprietatem totam afficiunt dividere cum pro-

ART. 593. Il peut prendre, dans les bois, des échalas pour les vignes; il peut aussi prendre, sur les arbres, des produits annuels ou périodiques; le tout suivant l'usage du pays ou la coutume des propriétaires.

ART. 594. Les arbres fruitiers qui meurent, ceux mêmes qui sont arrachés ou brisés par accident, appartiennent à l'usufruitier, à la charge de les remplacer par d'autres.

ART. 595. L'usufruitier peut jouir par lui même, donner à ferme à un autre, ou même vendre ou céder son droit à titre gratuit. S'il donne à ferme, il doit se conformer, pour les époques où les baux doivent être renouvelés, et pour leur durée, aux règles établies pour le mari à l'égard des biens de la femme, au titre *du Contrat de mariage et des Droits respectifs des époux.*

ART. 596. L'usufruitier jouit de l'augmentation survenue par alluvion à l'objet dont il a l'usufruit.

ART. 597. Il jouit des droits de servitude, de passage, et généralement de tous les droits dont le propriétaire peut jouir, et il en jouit comme le propriétaire lui-même.

ART. 598. Il jouit aussi, de la même manière que le propriétaire, des mines et carrières qui sont en exploitation à l'ouverture de l'usufruit; et néanmoins, s'il s'agit d'une exploitation qui ne puisse être faite sans une concession, l'usufruitier ne pourra en jouir qu'après en avoir obtenu la permission du Roi.

Il n'a aucun droit aux mines et carrières non encore ouvertes, ni aux tourbières dont l'exploitation n'est point encore commencée, ni au trésor qui pourrait être découvert pendant la durée de l'usufruit.

(1) ART. 601. Il donne caution de jouir en bon père de famille, s'il n'en est dispensé par l'acte constitutif de l'usufruit; cependant les père et mère ayant l'usufruit légal du bien de leurs enfants, le vendeur ou le donateur, sous réserve d'usufruit, ne sont pas tenus de donner caution.

prietario juxta modum assignatum, 609 et 612; — et, ut certior evadat obligationum adimpletio, inventarium conficere, 600, et fidejussorem exhibere, 601 et sq. (1).

(1) ART. 605. L'usufruitier n'est tenu qu'aux réparations d'entretien.

Les grosses réparations demeurent à la charge du propriétaire, à moins qu'elles n'aient été occasionnées par le défaut de réparations d'entretien, depuis l'ouverture de l'usufruit; auquel cas l'usufruitier en est aussi tenu.

ART. 608. L'usufruitier est tenu, pendant sa jouissance, de toutes les charges annuelles de l'héritage, telles que les contributions et autres, qui dans l'usage sont censées charges des fruits.

ART. 609. A l'égard des charges qui peuvent être imposées sur la propriété pendant la durée de l'usufruit, l'usufruitier et le propriétaire y contribuent ainsi qu'il suit:

Le propriétaire est obligé de les payer, et l'usufruitier doit lui tenir compte des intérêts.

Si elles sont avancées par l'usufruitier, il a la répétition du capital à la fin de l'usufruit.

ART. 612. L'usufruitier, ou universel, ou à titre universel, doit contribuer avec le propriétaire au paiement des dettes, ainsi qu'il suit:

On estime la valeur du fonds sujet à usufruit; on fixe ensuite la contribution aux dettes à raison de cette valeur.

Si l'usufruitier veut avancer la somme pour laquelle le fonds doit contribuer, le capital lui en est restitué à la fin de l'usufruit, sans aucun intérêt.

Si l'usufruitier ne veut pas faire cette avance, le propriétaire a le choix, ou de payer cette somme, et, dans ce cas, l'usufruitier lui tient compte des intérêts pendant la durée de l'usufruit, ou de faire vendre jusqu'à due concurrence une portion des biens soumis à l'usufruit.

ART. 600. L'usufruitier prend les choses dans l'état où elles sont; mais il ne peut entrer en jouissance qu'après avoir fait dresser, en présence du propriétaire, ou lui dûment appelé, un inventaire des meubles et un état des immeubles sujets à l'usufruit.

ART. 602. Si l'usufruitier ne trouve pas de caution, les immeubles sont donnés à ferme ou mis en séquestre;

Les sommes comprises dans l'usufruit sont placées;

Quoad durationem, temporarium : Cessat — per mortem naturalem aut civilem usufructuarii, 617; — per interitum rei, 617; sed, si pars tantùm perierit, continuatur usufructus in eo quod superest, 623; — per consolidationem, id est, si usufructuarius fiat dominus rei, 617; — elapso tempore designato; — post triginta annos, si communitati concedatur absque termini determinatione; — per non usum per triginta annos; — per renuntiationem usufructuarii; — per omnimodam mutationem rei (1).

Alienabile : Usufructuarius jus suum alteri vendere, locare aut donare potest.

Les denrées sont vendues, et le prix en provenant est pareillement placé ;

Les intérêts de ces sommes et les prix des fermes appartiennent, dans ce cas, à l'usufruitier.

ART. 603. A défaut d'une caution de la part de l'usufruitier, le propriétaire peut exiger que les meubles qui dépérissent par l'usage soient vendus, pour le prix en être placé comme celui des denrées ; et alors l'usufruitier jouit de l'intérêt pendant son usufruit : cependant l'usufruitier pourra demander, et les juges pourront ordonner, suivant les circonstances, qu'une partie des meubles nécessaires pour son usage lui soit délaissée, sous sa simple caution juratoire, et à la charge de les représenter à l'extinction de l'usufruit.

ART. 604. Le retard de donner caution ne prive pas l'usufruitier des fruits auxquels il peut avoir droit ; ils lui sont dus du moment où l'usufruit a été ouvert.

(1) ART. 617. L'usufruit s'éteint,

Par la mort naturelle et par la mort civile de l'usufruitier ;

Par l'expiration du temps pour lequel il a été accordé ;

Par la consolidation ou la réunion sur la même tête, des deux qualités d'usufruitier et de propriétaire ;

Par le non usage du droit pendant trenteans ;

Par la perte totale de la chose sur laquelle l'usufruit est établi.

ART. 623. Si une partie seulement de la chose soumise à l'usufruit est détruite, l'usufruit se conserve sur ce qui reste.

Revocabile : — ob abusum, interveniente sententiâ judicis, 618; — si clausulam revocabilitatis contineat contractus ex quo usufructus originem habet (1).

5° *Usus* et *habitatio*. Usus est—quoàd *extensionem*, jus utendi re alienâ in suam tantùm utilitatem, salvâ ejus substantiâ;—quoàd *durationem*, est temporarium, sed potest esse perpetuum; inalienabile; revocabile.

Si objectum usûs sit domus, appellatur *habitatio*.

In his differt jus usûs et habitationis à jure usufructûs, scilicet, est magis restrictum. Usufructuarius fruitur; usuarius autem solummodò utitur in quantùm necessarium est ad suam aut familiæ indigentiam quotidianam. Usuarius non fert onera etiam fructuaria, nisi proportione habitâ fructuum quibus fruitur (2).

(1) 618. L'usufruit peut aussi cesser par l'abus que l'usufruitier fait de sa jouissance, soit en commettant des dégradations sur le fonds, soit en le laissant dépérir faute d'entretien.

Les créanciers de l'usufruitier peuvent intervenir dans les contestations pour la conservation de leurs droits : ils peuvent offrir la réparation des dégradations commises, et des garanties pour l'avenir.

Les juges peuvent, suivant la gravité des circonstances, ou prononcer l'extinction absolue de l'usufruit, ou n'ordonner la rentrée du propriétaire dans la jouissance de l'objet qui en est grevé, que sous la charge de payer annuellement à l'usufruitier, ou à ses ayant cause, une somme déterminée, jusqu'à l'instant où l'usufruit aurait dû cesser.

(2) ART. 627. L'usager, et celui qui a un droit d'habitation, doivent jouir en bons pères de famille.

ART. 628. Les droits d'usage et d'habitation se règlent par le titre qui les a établis, et reçoivent d'après ses dispositions, plus ou moins d'étendue.

ART. 629. Si le titre ne s'explique pas sur l'étendue de ces droits, ils sont réglés ainsi qu'il suit :

ART. 630. Celui qui a l'usage des fruits d'un fonds, ne peut en exiger qu'autant qu'il lui en faut pour ses besoins et ceux de sa famille.

6° *Servitus realis*, activè sumpta, est — quoàd *extensionem*, jus competens domino fundi, vi ipsius fundi, ad aliquam utilitatem percipiendam ex prædio alterius, — quoàd *durationem*, pro circumstantiis perpetuum aut temporarium; alienabile; irrevocabile aut revocabile.

Jus ad aliquam utilitatem percipiendam: Jus illud determinatur titulo. Tituli autem sunt: voluntas individualis manifestata per conventionem aut destinationem patris-familiàs, 692, 694; lex; præscriptio, 690, 691. — In genere autem jure servitutis gaudens potest quidquid necessarium est ad usum servitutis. Potest proindè perficere opera ad hunc finem necessaria, 696, 697, 698; modo fiant suis expensis et caveat ne durior conditio servientis reddatur, 702. Potest proindè obstare omnibus quibus impediretur vel imminueretur jus suum (1).

Il peut en exiger pour les besoins même des enfants qui lui sont survenus depuis la concession de l'usage.

ART. 631. L'usager ne peut céder ni louer son droit à un autre.

ART. 632. Celui qui a un droit d'habitation dans une maison peut y demeurer avec sa famille, quand même il n'aurait pas été marié à l'époque où ce droit lui a été donné.

ART. 633. Le droit d'habitation se restreint à ce qui est nécessaire pour l'habitation de celui à qui ce droit est concédé, et de sa famille.

ART. 634. Le droit d'habitation ne peut être ni cédé, ni loué.

ART. 635. Si l'usager absorbe tous les fruits du fonds, ou s'il occupe la totalité de la maison, il est assujetti aux frais de culture, aux réparations d'entretien, et aux paiements des contributions, comme l'usufruitier.

S'il ne prend qu'une partie des fruits, ou s'il n'occupe qu'une partie de la maison, il contribue au prorata de ce dont il jouit.

ART. 636. L'usage des bois et forêts est réglé par des lois particulières.

(1) ART. 692. La destination du père de famille vaut titre à l'égard des servitudes continues et apparentes.

Quoàd durationem, perpetuum, si servitus oriatur à lege; aut temporarium pro tenore contractùs, si servitus sit conventionalis.

Jus autem extinguitur, sive servitus sit conventionalis, sive sit legalis,—per mutationem talem ut ille cui servitus debetur eâ uti non possit, 703, 704. (Si dividatur prædium ad cujus utilitatem servitus constituta est, unicuique parti debetur servitus, modo pejor non fiat conditio domini prædii servientis, 700);—per consolidationem, 705;—per præscriptionem triginta annorum, 706,707; — per alios modos quibus generatim extinguuntur obligationes (1).

ART. 694. Si le propriétaire de deux héritages entre lesquels il existe un signe apparent de servitude, dispose de l'un des héritages sans que le contrat contienne aucune convention relative à la servitude, elle continue d'exister activement ou passivement en faveur du fonds aliéné ou sur le fonds aliéné.

ART. 690. Les servitudes continues et apparentes s'acquièrent par titre, ou par la possession de trente ans.

ART. 691 Les servitudes continues non apparentes, et les servitudes discontinues, apparentes ou non apparentes, ne peuvent s'établir que par titres.

ART. 696. Quand on établit une servitude, on est censé accorder tout ce qui est nécessaire pour en user.

Ainsi la servitude de puiser de l'eau à la fontaine d'autrui, emporte nécessairement le droit de passage.

ART. 697. Celui auquel est due une servitude a droit de faire tous les ouvrages nécessaires pour en user et pour la conserver.

ART. 698. Ces ouvrages sont à ses frais, et non à ceux du propriétaire du fonds assujetti, à moins que le titre d'établissement de la servitude ne dise le contraire.

ART. 702. De son côté, celui qui a un droit de servitude ne peut en user que suivant son titre, sans pouvoir faire, ni dans le fonds qui doit la servitude, ni dans le fonds à qui elle est due, de changement qui aggrave la condition du premier.

(1) 703. Les servitudes cessent lorsque les choses se trouvent en tel état qu'on ne peut plus en user.

Alienabile: Nam vendi et redimi potest.

Revocabile esse potest, si servitus sit conventionalis; irrevocabile est autem, si legalis.

II. Valor in foro conscientiæ.

Prædictæ definitiones ac determinationes valent in foro conscientiæ; — aliæ, quia nihil aliud sunt, nisi mera juris naturalis explicatio; — aliæ etiam, quamvis simpliciter positivæ; nam auctoritas civilis eas instituere potuit, cùm, civibus omnibus impositæ, nullius jura lædant, et aliundè aptæ sint ad cavendas lites.

Quibus præmissis,

Tractandum de juribus mediatè à Deo homini concessis,

1° per Contractum. 2° per Legem Civilem. 3° per Legem Ecclesiasticam.

Art. 704. Elles revivent, si les choses sont rétablies de manière qu'on puisse en user; à moins qu'il ne se soit déjà écoulé un espace de temps suffisant pour faire présumer l'extinction de la servitude, ainsi qu'il est dit à l'article 707.

Art. 700. Si l'héritage pour lequel la servitude a été établie vient à être divisé, la servitude reste due pour chaque portion, sans néanmoins que la condition du fonds assujetti soit aggravée.

Ainsi, par exemple, s'il s'agit d'un droit de passage, tous les copropriétaires seront obligés de l'exercer par le même endroit.

Art. 706. La servitude est éteinte par le non usage pendant trente ans.

Art. 707. Les trente ans commencent à courir, selon les diverses espèces de servitude, ou du jour où l'on a cessé d'en jouir, lorsqu'il s'agit de servitudes discontinues, ou du jour où il a été fait un acte contraire à la servitude, lorsqu'il s'agit de servitudes continues.

I. SPECIES.

De juribus per Contractum concessis.

Contractus, modò sint vestiti conditionibus generaliter et specialiter ad validitatem requisitis, producunt, etiam abstrahendo à statu societatis publicæ, ac proindè à lege civili, jura varia quoàd naturam et modificationes. De contractibus ergo, cùm sint prima juris origo mediata, nunc dicendum esset. — Hanc materiam tamen post expositionem Legis Justitiæ transferimus; quia 1° sub titulo DE CONTRACTIBUS, tractandum foret de Contractibus in genere, de Contractibus in specie, quod præsentem materiam complicaret; quia 2° tractatus de Contractibus multas continet quæstiones, quarum solutio supponit principia generalia legis justitiæ.

II. SPECIES.

De juribus per Legem Civilem concessis.

De præcipuis tantùm hìc agemus.
Sub titulis sequentibus comprehendi possunt:
1° Jus Administrationis;
2° Jus Dominii, seu proprietatis;
3° Jus Administrationis simul et Usufructûs;
4° Jus Usufructûs simplicis;
5° Jus Servitutis;
6° Jus Monopolii.

De istis juribus, ut suprà, 1° explicanda legis concessio; 2° quærendum utrùm legis concessio valeat in foro conscientiæ.

CAPUT I.

De jure Administrationis.

In antecessum quædam notanda :

1° *Interdicti* dicuntur qui judicis sententiâ declarantur incapaces actus civiles exercendi, vel ob statum imbecillitatis aut dementiæ, vel ob damnationem ad triremes, ad detentionem. — Minori non emancipato et interdicto assignatur tutor, cui onus incumbit dirigendi personam minoris, seu pupilli et interdicti, eorumque bona administrandi.

2° Personis moralibus, sive ordinis civilis, sive ordinis ecclesiastici, (*communes, fabriques, établissements publics*) assignantur administratores qui, sub tutelâ auctoritatis superioris, earum communitatum bona administrent.

Quibus positis,

I. Explicatio legis.

Jure naturali, bonorum administratio ad dominum pertinet.

Lex autem *civilis* concedit tutori in bona pupilli aut interdicti, administratoribus societatum particularium in bona communitatis, jus — quoàd *extensionem*, exercendi sub quibusdam oneribus omnes actus administratorios, quibusdam exceptis; — quoàd *durationem* jus generaliter temporarium, inalienabile, revocabile.

Ad hujus propositionis explicationem legantur 1° Tit. X Cod. civ., *De tutelâ*; 2° leges speciales de administratione bonorum societatum particularium.

II. Valor in foro conscientiæ.

Duplex jus per hanc legem conceditur, scilicet: 1° tutori, quocumque nomine appelletur, jus administrandi bona pupilli; 2° pupillo, quâcumque etiam appellatione designetur, jus exigendi à tutore compensationem damnorum ex malâ administratione sibi obvenientium.

Porro utrumque jus valet in conscientiâ. Siquidem auctoritas publica potuit et voluit eis concedere valorem in foro conscientiæ.— Potuit : Ex unâ enim parte, utilis et moraliter necessaria est pupillis administratio tutoris. Ex alterâ parte, sæpè inutilis, imò et noxia foret administratio tutorum, si non tenerentur de damnis ex malâ administratione sequentibus. — Voluit : Tenore legis constat.

Attamen non indè sequitur pupillum usurpantem bonorum suorum administrationem, et tutorem bona pupilli malè administrantem, eo ipso ad restitutionem teneri. Hoc patebit ex dicendis sub titulo DE RESTITUTIONE.

CAPUT II.

De jure Dominii, seu Proprietatis.

Lex civilis concedit dominium perfectum, omnibus proprietatibus hujusmodi juris quoàd extensionem et durationem vestitum, in objecta sub titulis sequentibus exponenda :

cessaria et utilia. Hæc affirmatio sequitur evidenter ex dictis sub titulo DE LEGIBUS.

Ex propositione præcedenti fluunt corollaria sequentia.

COROL. I. Auctoritas publica potest proprietarium cogere, sub conditione indemnitatis præviæ, ad concessionem sui dominii, quandò publicorum operum exigit exsecutio; imò proprietatem ab uno ad alium transmittere, etiam omissâ indemnitate, si id absolutè exigat bonum societatis.

COROL. II. Auctoritas publica potest exigere strictè et ex justitiâ tributum, modò justè impositum. — Potest exigere : Nam 1° sine tributis societas stare non potest. 2° Rom. 13, 5, 6: « *Subditi estote, non solùm propter iram, sed etiam propter conscientiam. Ideò enim et tributa præstatis.* » — Ex justitiâ : Nam 1° auctoritas habet titulum legitimum ad illud exigendum; justum est enim ut onera reipublicæ proportionatè inter cives distribuantur, cùm institutiones sociales omnibus prosint. 2° Matth 22, 21 : « *Reddite... quæ sunt Cæsaris, Cæsari...* » Rom. 13, 7 : « *Reddite omnibus debita : cui tributum, tributum : cui vectigal, vectigal.* » Ergo tributum est *res* Cæsaris, *debita* Cæsari; quæ verba indicant debitum ex justitiâ strictâ. 3° Theologi communissimè propositionem nostram admittunt. — Modò justè impositum : Evidens est restrictio. — Porro, ut sit justum, tria requiruntur : 1. exigatur ab auctoritate legitimâ ; 2. ob causam justam, nempè pro necessitate et utilitate societatis; 3. æqualitas inter subditos servetur, habitâ ratione cujusque facultatum.

Corol. III. Auctoritas publica potest conventiones civium conditionibus validitatis subjicere, reddendo quasdam personas ad contrahendum inhabiles, quædam objecta indisponibilia, instituendo formas ad validitatem absolutè requisitas; effectus naturales contractuum modificare; cùm illæ dispositiones bonum societatis procurare possint.

Dicta sub hoc titulo resumentes, affirmare possumus: Existit jus dominii alti — quoàd originem, societati saltem *immediatè* concessum — quoàd extensionem, *administrationis*, vi cujus auctoritas civilis in jura privata potest omnia societatis bono necessaria et utilia. His addimus:—quoàd durationem, *perpetuum*: Nam societas est perpetua, ac proindè auctoritas publica et jura ipsi in utilitatem societatis concessa, — *inalienabile*: Nam auctoritas publica alienare non potest jus sibi in utilitatem societatis concessum; porro dominium altum auctoritati publicæ, non in suam, sed in societatis utilitatem à Deo concessum est; — à solo Deo *revocabile*.

Punctum II. *De Dominio alto auctoritatis Ecclesiasticæ* (1).

Dicendum, ut suprà, 1° de Legitimitate; 2° de Origine; 3° de Extensione.

I. De Legitimitate.

Facto constat, et ab omnibus admittitur, actus quosdam exerceri à S. Pontifice in omnia bona ecclesiastica,

(1) De hâc quæstione latè tractat De Carrière, *De Justitiâ et jure*, T. I, à n. 93 ad. 119.

ab Episcopis in bona Ecclesiarum suarum.— Controvertitur autem horum actuum legitimitas.

Hanc negârunt hæretici, qui contendebant Christum interdixisse Ecclesiæ possessiones temporales ; Arnaldus de Brixiâ, 1139 ; Valdenses, 1210 ; Marsilius Paduanus, 1327 ; Wiclefus, 1450.— Hanc affirmant catholici. Undè,

Quær. *Utrùm S. Pontifex et Episcopi jus habeant in bona societatum ecclesiasticarum ?*

Resp. Affirmativè.

Prob. Vera propositio nostra, si 1° societates ecclesiasticæ verum in quædam bona habeant dominium ; si 2° auctoritas ecclesiastica in bona Ecclesiæ jus aliquod habeat ; si 3° jus illud exerceatur per S. Pontificem, et Episcopos sub dependentiâ S. Pontificis. Atqui hæc tria certa sunt.

1° Societates ecclesiasticæ verum in quædam bona dominium habent : Societates ecclesiasticæ sunt capaces dominii, cùm sint personæ morales. Habent titulos legitimos dominii, facto enim constat earum possessiones iisdem titulis niti quibus possessiones individuales, v. g. occupatione, actibus inter vivos, testamentis. Hi tituli objectum habent dominio aptum, ut evidens est. Ergo.

2° In bona ecclesiastica jus quoddam habet auctoritas ecclesiastica : 1. Si auctoritas ecclesiastica in hæc bona nullum jus haberet, de iis ne disponere quidem posset, exigente bono Ecclesiæ ; porro hoc falsum est, cùm auctoritas ecclesiastica possit omnia Ecclesiæ bono necessaria vel utilia, ut vidimus sub titulo DE LEGIBUS. —2. A primis sæculis, testante historiâ, auctoritas eccle-

siastica jus exercuit, non reclamante imò approbante Ecclesiâ; ergo— 3. Jure canonico constat jus auctoritatis Ecclesiasticæ.

3° Jus de quo agitur exercetur per S. Pontificem *in* bona universæ Ecclesiæ; per Episcopos in bona diœceseon suarum, sub dependentiâ summi Pontificis: 1. Ex constitutione divinâ Ecclesiæ, auctoritas ecclesiastica competit Episcopis in suas diœceses, sub dependentiâ S. Pontificis; S. Pontifici in universam Ecclesiam absolutè.—2. Ex historiâ et jure canonico personis prædictis, et in sensu exposito, attribuitur dominium altum in bona Ecclesiæ.

II. De origine.

Certum est dominium altum auctoritatis ecclesiasticæ à Deo oriri.

Quæritur autem : *Utrùm immediatè, an mediatè; et, in secundâ hypothesi, quo medio ?*

De eâ quæstione duplex opinio.

Prima affirmat originem immediatam. Sequenti ratione nititur. Deus immediatè instituit auctoritatem ecclesiasticam, immediatè ei concessit omnia jura bono societatis necessaria et utilia. Porro dominium altum in possessiones ecclesiasticas necessarium et utile est auctoritati ad bonum societatis religiosæ ; sic inter innumeras hujus juris applicationes, cessio à S. Pontifice facta, anno 1801, bonorum ecclesiasticorum in Galliâ usurpatorum anno 1789. Ergo.

Secunda affirmat dominium altum Ecclesiæ à concessione legis civilis aut principum oriri. Quia 1. omne jus dominii à lege oritur et pendet; proindè dominium altum Ecclesiæ, quod supponit dominium proprium.—

2. Hæc bona Ecclesiæ collata sunt in utilitatem publicam ; proindè sunt pars fortunæ publicæ, cujus administratio primariò pertinet ad auctoritatem civilem.—3. Societates ecclesiasticæ sunt corpora moralia, quorum existentia à potestate civili pendet ; quo posito, potestas civilis ea destruere, à fortiori de eorum bonis disponere potest.

Quibus præmissis,

Resp. Non à potestate civili, sed *à Deo immediatè* oritur dominium altum auctoritatis ecclesiasticæ.

Prob. 1ª *p.* Non oritur à potestate civili :

Temeraria est adversariorum assertio. Concluditur enim—1. Ex origine legali proprietatis: Porro suprà probavimus hanc originem esse falsam, cùm ad communismum conducat. —2. Ex eo quòd bona Ecclesiæ collata sint in utilitatem publicam : Atqui hoc falsum est in sensu adversariorum ; nam ex titulis concessionis evidenter constat prædicta bona concessa fuisse Ecclesiæ ad ipsius utilitatem exclusivè, et mediatè tantùm ad utilitatem societatis civilis.— 3. Ex eo quòd societatum ecclesiasticarum existentia à potestate civili pendeat : Sed falsum suppositum ; nam Ecclesia, à Deo immediatè instituta, independens est à potestate civili quoàd suam administrationem, proindè legitimè potest in sinu suo constituere societates particulares absque consensu auctoritatis civilis. Porro, cùm illæ societates indigeant bonis temporalibus ad obtinendum finem, naturale jus habent ad eorum acquisitionem.—Ad summum auctoritas civilis potest denegare protectionem suam Ecclesiæ juribus. Sed, aliud est posse protectionem suam alicui juri denegare ; aliud, posse jus destruere, et de objecto juris ad arbitrium disponere.

2ª *p.* Oritur à Deo *immediatè* : Destructis adversariorum rationibus, dicere possumus, ut suprà in expositione opinionum : Necessarium et utile est dominium altum auctoritatis ecclesiasticæ ; ergo à Deo immediatè est concessum.

III. De Extensione.

Quær. *Utrùm dominium altum sit jus proprietatis, an tantùm administrationis ; et, in secundâ hypothesi, quid possit auctoritas ecclesiastica ?*

De 1ª quæst. part.. duplex opinio : 1° Quidam affirmant dominium altum S. Pontificis esse jus proprietatis ; quia S. Pontifex potest bona alienare, quod supponit dominium (1).— 2° Alii, S. Pontifici denegantes jus proprietatis, illud societatibus particularibus attribuunt.

Nos verò, cum *D. Thoma*, cujus sententiæ accedunt multi theologi (2),

Resp. Dominium altum auctoritatis ecclesiasticæ et S. Pontificis non est jus proprietatis, sed *administrationis.*

Prob. 1° Dominium altum auctoritatis ecclesiasticæ est solùm jus administrationis, si bona pertineant ad societates particulares ; atqui res ità est, ut ex dictis constat. Societates enim sunt capaces dominii, iisque, non S. Pontifici, concessum est dominium in hæc bona, ut ex titulis constat. — 2. Si S. Pontifex esset bonorum ecclesiasticorum proprietarius, maximè quia posset ea alienare. Porro hæc ratio nulla est ; nam,

(1) Hæc est multorum Canonistarum sententia, texte Fagnano, lib. III. Decret., Cap. *Relatum ne Clerici.*, n. 26 et sq.

(2.) Thom. Sum. 2ª 2ae, q. C., art. 1, ad 7.

in quibusdam circumstantiis, simplex administrator proprietatem alienare potest.

Ad 2am quæst. part., scilicet: *Quid possit auctoritas ecclesiastica?*

Resp. Vi dominii alti, S. Pontifex potest omnia bono Ecclesiæ necessaria et utilia. Talis est enim extensio omnium jurium ipsi à Deo concessorum, ut vidimus sub titulo DE LEGIBUS.

Prædicta resumentes, affirmamus: A Deo immediatè auctoritati ecclesiasticæ, specialiter summo Pontifici, concessum fuit jus dominii alti — quoàd extensionem, jus *administrationis*, vi cujus in possessiones Ecclesiæ potest omnia societatis bono necessaria et utilia. Quibus addimus: — quoàd durationem, *perpetuum* et *inalienabile* — *à solo Deo revocabile*, propter rationes in articulo præcedenti expositas.

II. CLASSIS.

DE JURIBUS MEDIATÈ A DEO HOMINI CONCESSIS.

Ex suprà dictis, 1° Jura homini concessa immediatè à Deo sunt alienabilia, proindè transmitti possunt per contractum. — 2° Dominium altum habent auctoritas civilis in jura individuorum, auctoritas ecclesiastica in bona societatum ecclesiasticarum, proindè jura ab his auctoritatibus per legem transmitti possunt.

Porro jura per Contractum transmissa à Deo oriuntur: Deus enim jus simul et alienabilitatem juris primi-

tùs immediatè concessit. Oriuntur mediatè : siquidem transmittuntur mediante præcedentis possessoris voluntate.—Idem dicendum de juribus concessis per legem, sive civilem, sive ecclesiasticam. Oriuntur à Deo : à Deo enim dominium altum. Oriuntur mediatè : cùm concessario veniant mediante lege, seu voluntate auctoritatis, sive civilis, sive ecclesiasticæ.

Triplicis ergo speciei existunt jura mediatè à Deo concessa, si quoàd originem considerentur, scilicet : 1° jura ex contractu ; 2° jura ex lege civili ; 3° jura ex lege ecclesiasticâ manantia. De quibus nunc agendum.

NOTIONES PRÆVIÆ.

Cùm voluntate hominis et lege civili transmittantur res corporales, incorporales ; mobiles, immobiles ; jus proprietatis, usufructûs, usûs, habitationis, servitutis; in antecessum — 1° explicanda sunt horum verborum sensus et extensio juxta legem civilem ; ex iis enim pendet ipsius concessionis sensus et extensio ; — 2° quærendum utrùm illæ definitiones et determinationes legis civilis valeant in foro conscientiæ ; hæc enim cognitio pertinet ad theologum, cùm sit necessaria ad conscientiæ directionem.

I. Explicatio verborum juxta legem civilem.

Nota. Rem summatim absolvemus, quosdam tantùm indicantes articulos legis. Omnes transcribere, illosque explicare non aggredimur ; omissis enim jurisperitorum interpretationibus, quarum expositionem limites tractatûs non permittunt, plerumquè periculosum

est. De quæstionibus ergo ad legem civilem pertinentibus codicem civilem fusiùs legat theologus; et, si qua de ejus sensu maneat obscuritas, jurisperitos adeat.— Hæc observatio in genere applicanda est in decursu tractatûs, legum civilium explicationi.

1° Res *corporales* sunt res, quæ tangi possunt, v. g. fundus, vestis;—*incorporales*, quæ tangi non possunt, sed in jure consistunt et solo intellectu percipiuntur, v. g. obligatio, hæreditas, servitus, abstracto objecto.

2° Res sunt *mobiles* et *immobiles*, aliæ naturâ suâ, aliæ legis dispositione.

Naturâ suâ sunt — *mobiles*, res quæ seipsas movent, ut animalia; vel quæ è loco in locum moveri possunt, ut pecunia, supellex, navis;—*immobiles*, quæ moveri non possunt.

Dispositione legis sunt — *immobiles*, res corporeæ quæ, naturâ suâ mobiles, immobiles tamen lege designantur, ratione suæ destinationis vel objecti ad quod referuntur — *mobiles* aut *immobiles*, res incorporeæ, proùt afficiunt rem mobilem aut immobilem (1).

(1) Art. 516. Tous les biens sont meubles ou immeubles.

Art. 517. Les biens sont immeubles, ou par leur nature, ou par leur destination, ou par l'objet auquel ils s'appliquent.

Art. 518. Les fonds de terre et les bâtiments sont immeubles par leur nature.

Art. 520. Les récoltes pendantes par les racines, et les fruits des arbres non encore recueillis, sont pareillement immeubles.

Dès que les grains sont coupés et les fruits détachés, quoique non enlevés, ils sont meubles.

Si une partie seulement de la récolte est coupée, cette partie seule est meuble.

Art. 521. Les coupes ordinaires des bois taillis ou de futaies mises en coupes réglées, ne deviennent meubles qu'au fur et à mesure que les arbres sont abattus.

3° *Proprietas*, si consideretur — quoàd *extensionem*,

ART. 522. Les animaux que le propriétaire du fonds livre au fermier ou au métayer pour la culture, estimés ou non, sont censés immeubles tant qu'ils demeurent attachés au fonds par l'effet de la convention.

Ceux qu'il donne à cheptel à d'autres qu'au fermier ou métayer, sont meubles.

ART. 523. Les tuyaux servant à la conduite des eaux dans une maison ou autre héritage, sont immeubles et font partie du fonds auquel ils sont attachés.

ART. 524. Les objets que le propriétaire d'un fonds y a placés pour le service et l'exploitation de ce fonds sont immeubles par destination.

Ainsi sont immeubles par destination, quand ils ont été placés par le propriétaire pour le service et l'exploitation du fonds :

Les animaux attachés à la culture ;

Les ustensiles aratoires ;

Les semences données aux fermiers ou colons partiaires ;

Les pigeons des colombiers ;

Les lapins de garennes ;

Les ruches à miel ;

Les poissons des étangs ;

Les pressoirs, chaudières, alambics, cuves et tonnes ;

Les ustensiles nécessaires à l'exploitation des forges, papeteries et autres usines ;

Les pailles et angrais.

Sont aussi immeubles par destination tous effets mobiliers que le propriétaire a attachés au fonds à perpétuelle demeure.

ART. 525. Le propriétaire est censé avoir attaché à son fonds des effets mobiliers à perpétuelle demeure, quand ils sont scellés en plâtre, ou à chaux, ou à ciment, ou lorsqu'ils ne peuvent être détachés sans être fracturés et détériorés, ou sans briser ou détériorer la partie du fonds à laquelle ils sont attachés.

Les glaces d'un appartement sont censées mises à perpétuelle demeure, lorsque le parquet sur lequel elles sont attachées fait corps avec la boiserie.

Il en est de même des tableaux et autres ornements.

Quant aux statues, elles sont immeubles lorsqu'elles sont placées dans une niche pratiquée exprès pour les recevoir, encore qu'elles puissent être enlevées sans fracture ou détérioration.

est jus de re aliquâ utendi, et de eâ quovis modo dis-

ART. 526, Sont immeubles, par l'objet auquel ils s'appliquent :
L'usufruit des choses immobilières ;
Les servitudes ou services fonciers ;
Les actions qui tendent à revendiquer un immeuble.

ART. 527. Les biens sont meubles par leur nature ou par la détermination de la loi.

ART. 528. Sont meubles par leur nature les corps qui peuvent se transporter d'un lieu à un autre, soit qu'ils se meuvent par eux-mêmes, comme les animaux ; soit qu'ils ne peuvent changer de place que par l'effet d'une force étrangère, comme les choses inanimées.

ART. 529. Sont meubles par la détermination de la loi les obligations et actions qui ont pour objet des sommes exigibles ou des effets mobiliers ; les actions ou intérêts dans les compagnies de finance, de commerce ou d'industrie, encore que des immeubles dépendants de ces entreprises appartiennent aux compagnies. Ces actions ou intérêts sont réputés meubles à l'égard de chaque associé seulement, tant que dure la société.

Sont aussi meubles par la détermination de la loi les rentes perpétuelles ou viagères, soit sur l'Etat, soit sur des particuliers.

ART. 531. Les bateaux, bacs, navires, moulins et bains sur bateaux, et généralement toutes usines non fixées par des piliers, et ne faisant point partie de la maison, sont meubles : la saisie de quelques-uns de ces objets peut cependant, à cause de leur importance, être soumise à des formes particulières, ainsi qu'il sera expliqué dans le Code de la procédure civile.

ART. 532. Les matériaux provenant de la démolition d'un édifice, ceux assemblés pour en construire un nouveau, sont meubles jusqu'à ce qu'ils soient employés par l'ouvrier dans une construction.

ART. 533. Le mot *meuble*, employé seul dans les dispositions de la loi ou de l'homme, sans autre addition ni désignation, ne comprend pas l'argent comptant, les pierreries, les dettes actives, les livres, les médailles, les instruments des sciences, des arts et métiers, le linge de corps, les chevaux, équipages, armes, grains, vins, foins et autres denrées ; ils ne comprend pas aussi ce qui fait l'objet d'un commerce.

ART. 534. Les mots *meubles meublants* ne comprennent que les meubles destinés à l'usage et à l'ornement des appartements, comme tapisseries, lits, siéges, glaces, pendules, tables, porcelaines et autres objets de cette nature.

ponendi, nisi obstet lex aut conventio, *Cod. civ.* 544(1); — quoàd *durationem*, est jus perpetuum, plerumquè irrevocabile. —Diximus : « *plerumquè* alienabile, irrevocabile ; » nam lex civilis quandoquè instituit inalienabilitatem et revocabilitatem quarumdam proprietatum. Sic, olìm *majoratus* erant inalienabiles ; actualiter donationes sunt revocabiles, v. g. ob ingratitudinem donatarii.

4° *Usufructus* est — quoàd *extensionem*, jus fruendi rebus alienis tanquàm ipse proprietarius, salvâ earum substantiâ, et sub conditione impensarum quæ ad usum necessariæ sunt ; — quoàd *durationem*, temporarium, alienabile, in quibusdam circumstantiis revocabile.

Quæ propositio sic explicatur summatìm ex Codice civili :

Usufructus est jus fruendi rebus alienis tanquàm ipse

Les tableaux et les statues qui font partie du meuble d'un appartement y sont aussi compris, mais non les collections de tableaux qui peuvent être dans les galeries ou pièces particulières.

Il en est de même des porcelaines : celles seulement qui font partie de la décoration d'un appartement sont comprises sous la dénomination de *meubles meublants*.

ART. 535. L'expression *biens meubles*, celle de *mobilier* ou d'*effets mobiliers*, comprennent généralement tout ce qui est censé meuble d'après les règles ci-dessus établies.

La vente ou le don d'une maison meublée ne comprend que les meubles meublants.

ART. 536. La vente ou le don d'une maison, avec tout ce qui s'y trouve, ne comprend pas l'argent comptant, ni les dettes actives et autres droits dont les titres peuvent être déposés dans la maison ; tous les autres effets mobiliers y sont compris.

(1) ART. 544. La propriété est le droit de jouir et disposer des choses de la manière la plus absolue, pourvu qu'on n'en fasse pas un usage prohibé par les lois ou par les réglements.

1° *In res ipsas :*	2° *In rerum Accessiones :*	
1. in Bona vacantia et derelicta. 2. in Thesauros et res amissas. 3. in Successiones (juxta unam opinionem.) 4. in Res præscriptas. 5. in Bona Nobilium qui migrârunt. 6. in Spolia bellica.	1. in Fructus rerum, id est, in ea quæ ab ipsâ re producuntur.	2. in ea quæ uniuntur, Bonis Mobilibus. Bonis Immobilibus.

ARTICULUS I.

De jure Proprietatis in res ipsas.

PUNCTUM I. *De jure in Bona vacantia et derelicta.*

I. Explicatio legis.

Jure naturali, bona vacantia ad primum occupantem pertinent.

Jure autem ***civili,*** bona vacantia et derelicta, quibusdam exceptis, ad rempublicam pertinent, 539,713.

Bona vacantia : id est, quæ censentur nunquàm dominum habuisse.— Derelicta : quibus dominus renuntiavit. Censetur derelicta hæreditas ad quam nemo jus habet vi legis vel testamenti, aut quæ fuit repudiata, 539.— Quibusdam exceptis : Excipiuntur 1. bona communia, v. g. aer, aqua, lumen, 714; 2. in genere bona mobilia. (Sic Art. 713 interpretantur jurisperiti.) Dixi : « in genere ; » nam legibus specialibus determinatur jus in res inventas in mari vel in fluminibus (1).

(1) ART. 539. Tous les biens vacans et sans maître, et ceux de

II. Valor in foro conscientiæ.

Theologi generaliter supponunt aut affirmant legem prædictam valere in foro conscientiæ. Tali enim dispositione, auctoritas rempublicam repræsentans utitur jure occupationis, quod societati sicut individuo competit ; obstat litibus et jurgiis quæ sequerentur, si jus occupationis in prædicta bona civibus relinqueretur.

Observ. Cùm jus occupationis homini primitùs concessum quoàd bona mobilia per legem civilem modificatum non fuerit, hæc bona sunt primi occupantis, positis ponendis.

Corol. Ex hoc principio, animalium occupationi applicato, sequentia deducuntur :

Animalia triplicis sunt generis : 1° naturaliter mansueta, seu *domestica ;* — 2° *cicurata*, quæ, ex naturâ suâ sylvestria seu fera, mansueta et domestica facta sunt, v. g. columbæ, apes ; — 3° sylvestria, seu *fera*, quæ libera vagantur super terram, volant in aere, natant in aquis.

Porro 1° Animalia *domestica* legitimè occupari et appropriari non possunt, nisi per exceptionem libertatem recuperaverint ; siquidem, cùm sint domestica, perpetuò ad dominum pertinent.

2° Animalia *cicurata* legitimè occupari et appropriari non possunt quandiù non amiserunt consuetudinem

personnes qui décèdent sans héritiers, ou dont les successeurs sont abandonnés, appartiennent au domaine public.

Art. 713. Les biens qui n'ont pas de maître appartiennent à l'Etat.

Art. 714. Il est des choses qui n'appartiennent à personne et dont l'usage est commun à tous.

Des lois de police règlent la manière d'en jouir.

revertendi ad dominum ; ob rationem præcedentem.— In hypothesi contrariâ, fiunt alterius primi occupantis, nisi fraude attracta fuerint ; nullius enim sunt. Non judicatur autem prædicta animalia fraude attrahere, qui suis duntaxat melius præbet pabulum, aut locum opportuniorem ædificat ; secùs, qui cibo omninò extraordinario seu valdè exquisito uteretur.

Nota. 1. Durante tempore seminum et messis, à quolibet in agro suo columbæ occidi possunt et retineri in compensationem damni illati. Item in quovis tempore, si graviter noceant, et aliter abigi non possint.

2. Examen apum, quod ex alveario avolat, ad dominum pertinet, quandiu in ejus conspectu manet, et difficilis non est ejus prosecutio. Aliter, *jure naturali*, est primi occupantis. *Jure* autem *Gallico* pertinet ad dominum fundi in quo stetit (1).

3. Animalia *sylvestria*, quæ libertatem suam aut nunquàm amiserunt, aut recuperaverunt, legitimè occupari et ab occupante appropriari possunt.

Aliter dicendum, si libertatem amiserint, nec recuperaverint.

Porro animal censetur amisisse libertatem, — 1. si contineatur in loco clauso, ità ut indè exire non possit ; secùs, si locus sit apertus et pervius. Undè animal pertinet ad dominum loci, si locus sit clausus ; ad primum occupantem, si non sit clausus.— 2. Si sit laqueo captum in loco pervio. Undè animal pertinet ad primum occupantem, si è laqueo evadere potuerit. Pertinet ad dominum laquei, si ità sit laqueo captum, ut non sit

(1) Loi du 6 octobre 1791.

evasurum ; etiamsi alius habeat jus venationis aut piscationis in loco occupationis. Nam, in quàlibet hypothesi, animalia libertatem possident, ad nullum pertinent ; sunt ergo primi occupantis.— Nihilominùs, si venator aut piscator valorem juris venationis aut piscationis minuisset, ad compensandum damnum à se illatum teneretur. — 3. Si animal tale vulnus acceperit, ut moraliter non possit effugere. Indè pertinet ad vulnerantem, si effugere non possit ; secùs, ad primum occupantem.

PUNCTUM II. *De jure in Thesauros et Res amissas.*

Thesaurus est : Res quæcumque abscondita, vel infossa, quam nemo potest probare esse suam, et quæ fortuito casu invenitur, 716.—Res quæcumque : pecunia, aut alia res mobilis, sive vetus, sive recens ; — abscondita aut infossa in re, sive immobili, sive mobili : Sic distinguitur à re amissâ, quæ est in aperto ; — quam nemo potest probare esse suam : Alioquin jam non esset thesaurus, sed res ad dominum determinatum pertinens ; — quæ casu fortuito invenitur : Hæc conditio, juxta jurisperitos, apposita est, ad excludendum ab appropriatione thesauri eos tantùm qui non habent jus fodiendi aut investigandi in loco ubi thesaurus est absconditus (1).

(1) ART. 716. La propriété d'un trésor appartient à celui qui le trouve dans son propre fonds : si le trésor est trouvé dans le fonds d'autrui il appartient pour moitié à celui qui l'a découvert, et pour l'autre moitié au propriétaire du fonds.

Le trésor est toute chose cachée ou enfouie, sur laquelle personne ne peut justifier sa propriété, et qui est découverte par le pur effet du hasard.

I. Explicatio legis.

De proprietate thesauri, attento solo *jure naturali*, consideratâ, triplex opinio.

Juxta *primam*, thesaurus pertinet ad primum possessorem; et, si mortuus sit, ad ejus successores. Siquidem jus non amittitur separatione subjecti ab objecto.

Juxta alias opiniones, non pertinet ad personas prædictas. Nemo enim potest probare thesaurum esse suum. — Pertinet verò, juxta *secundam* opinionem, ad dominum rei mobilis aut immobilis in quâ absconditur; siquidem thesaurus est accessio (1).— Juxta *tertiam* opinionem, non est primi domini, ob rationem suprà expositam; non est possessoris rei in quâ absconditur, non potest enim haberi ut pars hujus rei; pertinet ergo ad primum occupantem.

Probabilior videtur *tertia* opinio, et communiter à theologis admittitur.

Indè, juxta hanc probabiliorem opinionem, qui suspicatur thesaurum in agro reconditum, potest agrum pretio communi emere, et totum thesaurum sibi applicare. Nam thesaurus ad dominum fundi non pertinens, non auget valorem agri, qui aliundè, ex hypothesi, emitur pretio æstimatione communi determinato.

Jure autem *civili*, thesaurus totus est ejus qui eum invenit in proprio fundo. — Si autem inveniatur in fundo alterius, media pars pertinet ad dominum fundi, et altera ad inventorem, 716. — Hæc valent, sive dominus fundi sit individuus, sive sit societas.

(1) Ità plures jurisperiti, inter quos, Domat, *Droit public* T. II; Toullier, n. 34; Duranton, n. 313.

1° Thesaurus totus est ejus qui eum invenit in proprio fundo : Proindè, ut aliquis habeat jus ad totum thesaurum, — requiritur 1. Ut sit *proprietarius*, et non solùm usufructuarius fundi, id est, rei immobilis vel mobilis in quâ thesaurus absconditur. — Requiritur 2. ut sit thesauri *inventor* : censetur autem inventor, si thesaurum detexerit, sive ex industriâ, sive non, per se, aut per operarium ad hoc deputatum, quamvis non apprehenderit. — Si thesaurum detexerit : id unum requiritur, ex lege enim thesaurus est res detecta fortuito casu (*qui est découverte*); — per se : hoc evidens est; — per alium : opifex designatus est domini instrumentum; — sive ex industriâ, sive non : nam dominus jus habet fodiendi et investigandi rem suam; proindè, ex suprà dictis, non excluditur ab appropriatione thesauri, quamvis ex industriâ quæsierit.

2° Si autem thesaurus inveniatur in fundo alterius, media pars thesauri pertinet ad dominum, seu proprietarium rei immobilis aut mobilis in quâ absconditur; altera pars ad inventorem, modò ex industriâ non quæsierit, aut, si ex industriâ, modò jus habuerit quærendi. Hoc evidens est ex lege et ejus explicatione superiùs expositâ.

Indè 1. usufructuarius, etiamsi ex industriâ quæsierit thesaurum in fundo cujus habet usufructum, jus habet ad dimidiam ejus partem, quia jus habet fodiendi agrum.

Indè. 2. Extraneus, ex industriâ quærens thesaurum in fundo alterius, nullum jus habet, si non concesserit dominus. Primam medietatem reddere debet domino, quia dominus est; alteram quoque, quia leges

illam attribuunt domino ob injuriam per effossionem illatam. — Undè prima etiam ante sententiam ; altera tantùm post sententiam judicis restituenda est. Nam in genere debitum, vi legis proprietatem rerum determinantis, obligat ante sententiam judicis ; pœna verò gravis activa obligat tantùm post sententiam judicis. Porro prima medietas primo titulo, altera secundo titulo debetur.

Econtrà extraneus jus habet ad mediam partem, si absque vi et fraude à domino obtinuerit licentiam simplicem quærendi thesaurum ; ad totum thesaurum, si non solùm permiserit dominus, sed etiam renuntiaverit parti ad quam jus habet ex lege. Intentio autem judicatur ex verbis concessionis aut circumstantiis.

II. Valor in foro conscientiæ.

Lex prædicta valet in foro conscientiæ. Est enim quasi sententia auctoritatis publicæ pronuntiantis de juribus controversis, ac proindè contentiosis inter inventorem thesauri et possessorem fundi. Porro hujusmodi sententiæ legitimitas possidet, donec ejus illegitimitas fuerit probata.

De jure in Res amissas.

Titulus præsens est quasi extensio præcedentis. Thesauri enim sunt res amissæ et absconditæ in quas nullus probare potest proprietatem suam. Item res amissæ sunt quasi thesauri, non absconditi tamen, quorum sæpissimè dominus inveniri non potest.

Olim in Gallià leges de proprietate rerum amissarum statuebant. Codex civilis declarat, Art. 717, de rebus amissis statuendum per leges particulares ; porro

id unum decrevit, scilicet, res illas tribus annis præscribi, 2279, 2280. (De hâc lege quoàd forum conscientiæ agemus, ubi *de Præscriptione*.) Insuper quædam de re præsenti latæ sunt leges particulares (1).

Indè nata est inter theologos controversia, utrùm in foro conscientiæ rerum amissarum proprietas determinanda sit tantùm per principia juris naturalis; an verò ratio habenda sit legum antiquarum, et dispositionum specialium quæ in novâ legislatione continentur? — Respondet *D. D. Gousset* res amissas reipublicæ deberi, si à domaniorum administratore vi legis alicujus repetantur; secùs, illarum rerum prioprietatem solo jure naturali esse definiendam (2).

Quo posito,

Quær. *Quid statuat jus naturale de rebus amissis?*

Quædam sunt certa, quædam controversa.

Certum est 1° rem amissam ad dominum pertinere,

(1) ART. 717. Les droits sur les effets jetés à la mer, sur les objets que la mer rejette, de quelque nature qu'ils puissent être, sur les plantes et herbages qui croissent sur les rivages de la mer, sont aussi réglés par des lois particulières.

Il en est de même des choses perdues dont le maître ne se présente pas.

ART. 2270. En fait de meuble, la possession vaut titre.

Néanmoins celui qui a perdu ou auquel il a été volé une chose, peut la revendiquer pendant trois ans. à compter du jour de la perte ou du vol, contre celui dans les mains duquel il la trouve; sauf à celui-ci son recours contre celui duquel il la tient.

ART. 2280. Si le possesseur actuel de la chose volée ou perdue l'a achetée dans une foire, ou dans un marché, ou dans une vente publique, ou d'un marchand vendant des choses pareilles, le propriétaire originaire ne peut se la faire rendre qu'en remboursant au possesseur le prix qu'elle lui a coûté.

(2) *Theol. mor.* T. I, n° 704.

ae proindè ipsi, si comparcat, reddendam absque onere ullo, deductis tamen expensis quas fecit inventor ad dominum inquirendum et rem conservandam. — Ad dominum pertinere : siquidem per amissionem rei suæ jus in eam non perdidit ; — ipsi reddendam : ex propositione præcedenti evidens est ; — absque onere ullo : inventor enim nullum titulum habet ad mercedem exigendam ; eam tamen accipere potest, si gratuitò offeratur ; — deductis expensis... : in utilitatem quippè domini factæ, ab eo sunt solvendæ.

Certum est 2° inventorem teneri ex charitate ad inquirendum dominum cum diligentiâ pretio objecti proportionatâ.

Certum est 3° inventorem non posse sibi rem attribuere, si diligentiâ sufficienti usus non fuerit ad dominum inquirendum. Siquidem in præsenti casu non potest prudenter judicare dominum inveniri non posse, nullum proindè titulum etiam apparentem habet ad rem sibi appropriandam.

Certum est 4° inventorem posse, si sit pauper, diligentiâ sufficienti adhibitâ, rem retinere. Dominus enim censetur ipsi cedere jus suum.

Certum est 5° inventorem etiam divitem posse sibi rem attribuere, diligentiâ sufficienti adhibitâ, si in loco inventionis communiter admittatur hujus appropriationis legitimitas. Dominus enim jus suum cedere censetur.

Controvertitur autem 1° Utrùm inventor ex justitiâ teneatur dominum inquirere ; 2° utrùm possit, si dominus non comparcat et diligentia sufficiens fuerit ad-

hibita, rem inventam sibi retinere, quamvis non sit pauper.

Circa 1am controversiam duplex est opinio.

Prima negat obligationem justitiæ. Siquidem nemo tenetur ex justitiâ, secluso contractu, res alterius utiliter gerere.— *Secunda* affirmat. Inventor enim, non tenebatur quidem ex justitiâ rem apprehendere ; sed, re apprehensâ, censetur quasi-contractu sese obligare ad illam conservandam et diligentiam sufficientem adhibendam ut res domino reddatur (1).

Cum solutio sit dubia, in praxi utendum principiis reflexis.

Circa 2am controversiam, scilicet : *Utrùm, si dominus rei non compareat et diligentia sufficiens fuerit adhibita, inventor possit rem sibi retinere, quamvis non sit pauper* ? — Duplex est opinio.

Prima. Affirmat. Quia 1. Thesaurus ad inventorem pertinet ; ergo à pari res amissa.— Quia 2. Etiamsi dominus non amiserit dominium metaphysicum, perdidit tamen dominium morale, seu facultatem re utendi et de eâ disponendi ; ergo res est moraliter derelicta, proindè primi occupantis. — Quia 3. Etiamsi dominus conservaret jus, censeretur ei renuntiare in gratiam inventoris.— Censeretur ei renuntiare : Parvi enim pendit rem quam non est recuperaturus ; in gratiam inventoris : nam primò dominus recuperabit rem suam faciliùs, si inventor eam conservet, quàm si in usus pios impendatur ; secundò, hæc præsumptio omnibus utilis est, admisso enim principio, qui rem

(1) Ità Haunoldus ; D. Carrière, *De Jure*, n. 332.

suam amisisset, posset in compensationem res à se inventas conservare (1).

Juxta *secundam* opinionem, inventor non potest rem retinere, sed tenetur eam in usus pios impendere.— 1. Non potest retinere : Cùm jus non amittatur per separationem subjecti ab objecto, dominus in rem suam jus conservat, inventor proindè non potest eam retinere. — Tenetur in usus pios rem impendere : cùm res maneat primi domini proprietas, de eâ disponendum est ex ejus voluntate præsumptâ ; porro dominus censetur velle ut res sua impendatur modo sibi utiliori, in usus pios proindè.— 2. Propositio admittitur à plerisque theologis (2); à Catechismo Concilii Tridentini (3); communiter à fidelibus timoratis.

Ab extrinseco saltem *probabilior* est *secunda* opinio. — Eam in praxi sequuntur in regionibus nostris conscientiarum directores et fideles timorati. Prima tamen opinio probabilitate suâ non caret, eamque *veriorem* appellat *S. Ligorius*.

Punctum III. *De jure in Successiones*

Si alienabilitas proprietatis per testamentum oriretur à lege, hìc de Testamentis et Successionibus agendum esset.— Cùm autem admiserimus jus in hæreditatem

(1) Ita Dom. Soto, *De Just. et jure*, lib. V. quæst. 3, art. 3; De Lugo, D. VI, n. 140 ; Lacroix, n. 89 ; Wirceburg. *De Justit.* part. I, n. 367; S. Ligorius, n. 603.

(2) De istâ opinione fatetur Soto ferè unum exstitisse suo tempore consensum tàm theologorum, quàm jurisperitorum.— D. D. Gousset et D. Carrière eam dicunt *longè communiorem*.

(3) Catech. Conc. Trid. p. III, de VII præcepto, n. 17.

transmitti per donationem, hæc materia ad titulum DE CONTRACTIBUS rejicienda est.

PUNCTUM IV. *De jure in res præscriptas.*

I. Explicatio legis.

Attento solo *jure naturali*, bona ad dominum quemdam pertinentia non possunt per possessionem quantumvis longam ab alio acquiri, nec per dilationem solutionis debitam exstingui.

Jure autem *civili*, præscriptio est : ***Modus acquirendi dominium, vel se liberandi ab aliquâ obligatione per certum temporis lapsum, sub conditionibus à lege præfixis.*** Art. 2219 (1).

Indè duplex præscriptio, *Acquisitiva* et *liberativa*. —Utraque pendet ex conditionibus nunc exponendis.

Conditiones Præscriptionis Acquisitivæ.

Ad præscriptionem acquisitivam requiritur 1° ut res non sit impræscriptibilis ; 2° ut adsit possessio conditionibus debitis vestita.

1° Res non sit impræscriptibilis : Porro impræscriptibilia declarantur.—Explicitè : 1. res quæ non sunt in commercio, 2226. Ad hujus articuli explicationem, vid. art. 538, 539, 540, 541, 560 ; 2. servitutes continuæ non apparentes, et discontinuæ apparentes vel non apparentes, 691 ; 3. bonum dotale, quandiù perseverat societas bonorum inter conjuges, 1561. — Implicitè : ea quæ declarantur inalienabilia absolutè, aut in favorem talis personæ, aut sine quibusdam so-

(1) ART. 2219. La prescription est un moyen d'acquérir ou de se libérer par un certain laps de temps, et sous les conditions déterminées par la loi.

lemnitatibus. Sic bona uxorum, interdictorum, 2252, et seq (1).

(1) ART. 2226. On ne peut prescrire le domaine des choses qui ne sont pas dans le commerce.

ART. 538. Les chemins, routes et rues à la charge de l'Etat, les fleuves et rivières navigables ou flottables, les rivages, lais et relais de la mer, les ports, les hâvres, les rades, et généralement toutes les portions du territoire français qui ne sont pas susceptibles d'une propriété privée, sont considérés comme des dépendances du domaine public.

ART. 539. Tous les biens vacants et sans maîtres, et ceux des personnes qui décèdent sans héritiers, ou dont les successions sont abandonnées, appartiennent au domaine public.

ART. 540. Les portes, murs, fossés, remparts des places de guerre et des forteresses, font aussi partie du domaine public.

ART. 541. Il en est de même des terrains, des fortifiations et remparts des places qui ne sont plus places de guerre: ils appartiennent à l'Etat, s'ils n'ont été valablement aliénés, ou si la propriété n'en a pas été prescrite contre lui.

ART. 560. Les îles, îlots, attérissements qui se forment dans le lit des fleuves ou des rivières navigables ou flottables, appartiennent à l'Etat, s'il n'y a pas titre ou prescription contraire.

ART. 691. Les servitudes continues non apparentes, et les servitudes discontinues apparentes ou non apparentes, ne peuvent s'établir que par des titres.

La possession même immémoriale ne suffit pas pour les établir, sans cependant qu'on puisse attaquer aujourd'hui les servitudes de cette nature déjà acquises par la possession, dans les pays où elles pouvaient s'acquérir de cette manière.

ART. 1561. Les immeubles dotaux, non déclarés aliénables par le contrat de mariage, sont imprescriptibles pendant le mariage, à moins que la prescription n'ait commencé auparavant.

Ils deviennent néanmoins prescriptibles après la séparation de biens, quelle que soit l'époque à laquelle la prescription a commencé.

ART. 2252. La prescription ne court pas contre les mineurs et les interdits, sauf ce qui est dit à l'art. 2278, et à l'exception des autres cas déterminés par la loi.

2° *Adsit possessio vestita conditionibus debitis.* — Possessio : id est, detentio alicujus rei, vel exercitium alicujus juris, 2228 ; — vestita conditionibus debitis : scilicet, titulo proprietarii, certa, pacifica, publica, continuata tempore lege præfixo, bonæ fidei (1).

Titulo proprietarii : Indè validè non præscribunt — qui possidet simplici tolerantiâ, aut merâ facultate alterius, 2232 ; — qui possidet nomine alterius, v. g. titulo tutoris, coloni, depositarii, etc., nisi intervertat titulum prioris possessionis ; — successores eorum qui possident nomine alterius, possessio enim est continuatio possessionis auctoris sui (2).

ART. 2253. Elle ne court point entre époux.

ART. 2254. La prescription court contre la femme mariée, encore qu'elle ne soit point séparée par contrat de mariage ou en justice, à l'égard des biens dont le mari a l'administration, sauf son recours contre le mari.

ART. 2255. Néanmoins elle ne court point pendant le mariage, à l'égard de l'aliénation d'un fonds constitué selon le régime dotal, conformément à l'art. 1561, au titre du Contrat de mariage et des droits respectifs des époux.

ART. 2256. La prescription est pareillement suspendue pendant le mariage,

1° Dans le cas où l'action de la femme ne pourrait être exercée qu'après une option à faire sur l'acceptation ou la renonciation à la communauté ;

2° Dans le cas où le mari, ayant vendu le bien propre de la femme sans son consentement, est garant de la vente, et dans tous les autres cas où l'action de la femme rétléchirait contre le mari.

(1) ART. 2228. La possession est la détention ou la jouissance d'une chose ou d'un droit que nous tenons ou que nous exerçons par nous-mêmes, ou par un autre qui la tient ou qui l'exerce en notre nom.

(2) ART. 2232. Les actes de pure faculté et ceux de simple tolérance ne peuvent fonder ni possession, ni prescription.

Certa: id est, nullum sit dubium utrùm possessio fuerit titulo proprietarii, an titulo precario.

Pacifica: id est, actus violentiæ excludens. A die tantùm, quo cessavit violentia, incipit possessio ad præscriptionem apta, 2233 (1).

Publica: seu oculis civium exposita, adeò ut ille, cujus interest ne res sua ab alio præscribatur, eam reclamare valeat.

Continuata tempore lege præfixo : Porro varium tempus requiritur, proùt res præscribenda est immobilis aut mobilis.

Si res sit immobilis : Requiruntur, — si possessor careat titulo, triginta anni ; — si habeat titulum, et ille contra quem præscribitur sit præsens, decem anni; et ille contra quem præscribitur sit partìm præsens et partim absens, annis præsentiæ addendi sunt anni absentiæ duplicati usque dùm compleatur decennium, 2266.— Censetur autem præsens ille contra quem præscribitur, si domicilium habeat in loco subjecto eidem curiæ superiori (*cour d'appel*), in quo situs est fundus præscriptioni obnoxius ; secùs, absens censetur.— Titulus, de quo agitur, non est titulus verus, sed coloratus, id est invalidus in se, modò invaliditas non oriatur ex aliquo defectu formæ, quia lex non præsumit ignorantiam formæ, 2267 (2).

(1) Art. 2233. Les actes de violence ne peuvent fonder non plus une possession capable d'opérer la prescription.

La possession utile ne commence que lorsque la violence a cessé.

(2) Art. 2266. Si le véritable propriétaire a eu son domicile, en différents temps, dans le ressort et hors du ressort, il faut, pour compléter la prescription, ajouter à ce qui manque aux dix ans de pré-

Si res sit mobilis, nec amissa, nec furtiva ; possessio sufficit, si agatur de mobilibus corporeis, secùs de incorporeis. Nam relativè ad mobilia, possessio æquivalet titulo, (*possession vaut titre*). Si autem amissa aut furtiva, requiruntur tres anni, intra quos dominus rem suam à quolibet eam possidente repetere potest. Nihilominùs, si res empta fuerit in nundinis, foro, venditione publicâ, vel ex mercatore objecta similia vendente, dominus ad recuperandam rem suam pretium emptionis possessori actuali restituere debet, 2279, 2280 (1).

Observ. 1° In possessione habenda est ratio dierum, non horarum, 2260, 2261 (2).

2° Ad complendam præscriptionem, possessor actualis potest propriæ possessioni jungere possessionem sui auctoris, seu ejus à quo res accipitur, modò hæc ultima possessio sit vestita conditionibus debitis, sive

sence un nombre d'années d'absence double de celui qui manque, pour compléter les dix ans de présence.

ART. 2267. Le titre nul par défaut de forme ne peut servir de base à la prescription de dix et vingt ans.

(1) ART. 2279. En fait de meubles, la possession vaut titre.

Néanmoins celui qui a perdu ou auquel il a été volé une chose, peut la revendiquer pendant trois ans, à compter du jour de la perte ou du vol, contre celui dans les mains duquel il la trouve ; sauf à celui-ci son recours contre celui duquel il la tient.

ART. 2280. Si le possesseur actuel de la chose volée ou perdue l'a achetée dans une foire ou dans une vente publique, ou d'un marchand vendant des choses pareilles, le propriétaire originaire ne peut se la faire rendre qu'en remboursant au possesseur le prix qu'elle lui a coûté.

(2) ART. 2260. La prescription se compte par jour et non par heure.

ART. 2261. Elle est acquise lorsque le dernier jour du terme est accompli.

ei successerit titulo universali, sive particulari, sive oneroso, sive gratuito, 2235 (1).

3° In tempore præscriptionis non est computandum tempus præcedens interruptionem; nec tempus per quod præscriptio fuit suspensa. - - Tempus præcedens interruptionem: siquidem per interruptionem abrogatur tempus eam præcedens, et possessio denuò inchoanda est et implenda. Interrumpitur autem possessio: 1. si possessor per tempus anno longius re possessâ privetur, 2243; 2. per actus judiciarios à lege determinatos, 2244 et seq.; 3. si detentor agnoscat jus proprietarii in rem quam possidet.—Tempus per quod durat suspensio: Undè, finitâ suspensione, ad complendum tempus præscriptionis, conjungi debet tempus suspensionem præcedens cum tempore eam subsequente; talis est enim suspensionis effectus. Suspenditur autem possessio: 1. si dominus sit incapax rem suam persequendi, 2252, 2253, 2258; 2. quandò res possessa nondùm est exigibilis, 2257; 3. si, ratione circumstantiarum, dominus rem suam repetere non possit. (2).

(1) Art. 2235. Pour compléter la prescription, on peut joindre à sa possession celle de son auteur, de quelque manière qu'on lui ait succédé, soit à titre universel ou particulier, soit à titre lucratif ou onéreux.

(2) Art. 2243. Il y a interruption naturelle, lorsque le possesseur est privé, pendant plus d'un an, de la jouissance de la chose, soit par l'ancien propriétaire, soit même par un tiers.

Art. 2244. Une citation en justice, un commandement ou une saisie, signifiés à celui qu'on veut empêcher de prescrire, forment l'interruption civile.

Art. 2245. La citation en conciliation devant le bureau de paix interrompt la prescription, du jour de sa date, lorsqu'elle est suivie d'une assignation en justice donnée dans les délais de droit.

Bonæ fidei: Requiritur bona fides juridica, saltem in initio possessionis, quotiès ad præscribendum exigitur à lege.—Juridica: Dicitur *juridica*, fides quæ à lege exigitur. Porro juxta legem sufficit ut mala fides non probetur; bona quippè semper præsumitur.—Saltem in initio possessionis: Nihil aliud exigit textus legis, 2269.—Quotiès ad præscribendum requiritur: Non est necessaria in præscriptionibus triginta annorum, 2262; benè verò in aliis.

ART. 2246. La citation en justice, donnée, même devant un juge incompétent, interrompt la prescription.

ART. 2247. Si l'assignation est nulle par défaut de forme,
si le demandeur se désiste de sa demande,
s'il laisse périmer l'instance,
ou si sa demande est rejetée,
l'interruption est regardée comme non avenue.

ART. 2248. La prescription est interrompue par la reconnaissance que le débiteur ou le possesseur fait du droit de celui contre lequel il prescrivait.

Art. 2249. L'interpellation faite, conformément aux articles ci-dessus, à l'un des débiteurs solidaires, ou sa reconnaissance, interrompt la prescription contre tous les autres, même contre leurs héritiers.

L'interpellation faite à l'un des héritiers n'interrompt pas la prescription à l'égard des autres co-héritiers, quand même la créance serait hypothécaire, si l'obligation n'est indivisible.

Cette interpellation ou cette reconaissance n'interrompt la prescription à l'égard des autres co-débiteurs, que pour la part dont cet héritier est tenu.

Pour interrompre la prescription pour le tout, à l'égard des autres co-débiteurs, il faut l'interpellation faite à tous les héritiers du débiteur décédé, ou la reconnaissance de tous ces héritiers.

ART. 2250. L'interpellation faite au débiteur principal, ou sa reconnaissance, interrompt la prescription contre la caution.

ART. 2252. La prescription ne court pas contre les mineurs et les interdits, sauf ce qui est dit à l'article 2278, et à l'exception des autres cas déterminés par la loi.

Conditiones præscriptionis liberativæ.

Ad præscriptionem liberativam requiruntur 1° tempus à lege requisitum, 2° ordinariè bona fides.

1° *Tempus à lege requisitum*: Præscriptiones liberativæ complentur, vel longo, vel brevi vel brevissimo tempore.— Complentur longo tempore, quæ fiunt lapsu triginta annorum. His præscriptionibus extinguuntur omnes actiones tùm reales, tùm personales, 2262. — Complentur brevi tempore præscriptiones, quæ fiunt spatio quinque annorum. His præscriptionibus extinguuntur quæ solvenda sunt quolibet anno, vel breviori epochâ periodicâ, 2277, 2273, 2276.— Complentur brevissimo tempore, quæ non exigunt quinque annos, 2271, 2272 (1).

ART. 2253. Elle ne court point entre époux.

ART. 2258. La prescription ne court pas contre l'héritier bénéficiaire, à l'égard des créances qu'il a contre la succession.

Elle court contre une succession vacante, quoique non pourvue de curateur.

ART. 2257. La prescription ne court point,

A l'égard d'une créance qui dépend d'une condition, jusqu'à ce que la condition arrive ;

A l'égard d'une action en garantie, jusqu'à ce que l'éviction ait lieu ;

A l'égard d'une créance à jour fixe, jusqu'à ce que ce jour soit arrivé.

ART. 2269. Il suffit que la bonne foi ait existé au moment de l'acquisition.

ART. 2262. Toutes les actions, tant réelles que personnelles, sont prescrites par trente ans, sans que celui qui allègue cette prescription soit obligé d'en rapporter un titre, ou qu'on puisse lui opposer l'exécution déduite de la mauvaise foi.

(1) ART. 2277. Les arrérages de rentes perpétuelles et viagères ;
Ceux des pensions alimentaires ;

2° *Ordinariè bona fides*: Requiritur enim in præscriptionibus brevissimi temporis. Nam, ex articulo 2275, qui præscriptionem opponunt tenentur, exigentibus iis quibus opponitur præscriptio, jurare vel debitum revera solutum fuisse, si de eorum facto agatur, vel se ignorare

Le loyer des maisons, et le prix de ferme des biens ruraux ;

Les intérêts des sommes prêtées, et généralement tout ce qui est payable par année, ou à des termes périodiques plus courts,

Se prescrivent par cinq ans.

ART. 2273. L'action des avoués, pour le paiement de leurs frais et salaires, se prescrit par deux ans, à compter du jugement des procès, ou de la conciliation des parties, ou depuis la révocation des dits avoués. A l'égard des affaires non terminées, ils ne peuvent former de demandes pour leurs frais et salaires qui remonteraient à plus de cinq ans.

ART. 2276. Les juges et avoués sont déchargés des pièces cinq ans après le jugement des procès.

Les huissiers, après deux ans, depuis l'exécution de la commission ou la signification des actes dont ils étaient chargés, en sont pareillement déchargés.

ART. 2271. L'action des maîtres et instituteurs des sciences et arts, pour les leçons qu'ils donnent au mois ;

Celle des hôteliers et traiteurs, à raison du logement et de la nourriture qu'ils fournissent ;

Celle des ouvriers et gens de travail, pour le paiement de leurs journées, fournitures et salaires,

Se prescrivent par six mois ;

ART. 2272. L'action des médecins, chirurgiens et apothicaires, pour leurs visites, opérations et médicaments ;

Celle des huissiers, pour le salaire des actes qu'ils signifient, et des commissions qu'ils exécutent ;

Celle des marchands, pour les marchandises qu'ils vendent aux particuliers non marchands ;

Celle des maîtres de pension, pour le prix de la pension de leurs élèves ; et des autres maîtres, pour le prix de l'apprentissage ;

Celle des domestiques qui se louent à l'année, pour le paiement de leur salaire,

Se prescrivent par un an.

rem esse debitam, si agatur de facto eorum quorum loco sunt.— Probabiliùs requiritur in præscriptionibus brevis temporis. Alioquin legislator censeretur ab obligatione absolvere eos quibus de debito suo constaret; quod foret injustum (1).

II. Valor in foro conscientiæ.

Duo sunt determinanda: 1° Utrùm præscriptio in genere valere possit in foro conscientiæ; 2° Utrùm omnes præscriptiones legis civilis reverà valeant in foro conscientiæ?

Ad 1^am^ quæst. scilicet: *Utrùm præscriptio in genere valere possit in foro conscientiæ?*

Resp. Præscriptio, modò legislator velit, modò sit vestita omnibus conditionibus à lege requisitis, et bonâ fide theologicâ per totum possessionis spatium, valere potest in foro conscientiæ.

Prob. per part. Præscriptio, *modò legislator velit*: Valor præscriptionis non oritur à jure naturali, ut dictum est; ergo à voluntate legislatoris pendet.

Modò sit vestita omnibus conditionibus à lege requisitis: Præscriptio, valorem suum habens à lege civili, pendet à conditionibus lege determinatis.

Et bonâ fide theologicâ per totum possessionis spatium: Requiritur hæc bona fides, exceptâ præscriptione servitutum.— Bona fides: His verbis intelligitur judicium

(1) Art. 2275. Néanmoins ceux auxquels ces prescriptions seront opposées peuvent déférer le serment, à ceux qui les opposent, sur la question de savoir si la chose a été réellement payée.

Le serment pourra être déféré aux veuves et héritiers, ou aux tuteurs de ces derniers, s'ils sont mineurs, pour qu'ils aient à déclarer s'ils ne savent pas que la chose soit due.

practicum prudens de legitimitate possessionis.—Requitur: 1. Statim ac præscribens amittit bonam fidem, ipso facto fit et permanet injustus, quandiù in possessione perstat; ergo, si legitimè præscribere posset, ob injustitiam formalem remuneraretur, quod immorale. Porro auctoritas civilis, nec censetur, imò nec potest legitimè velle ea quæ bonos mores offendunt. 2. Concil. Lateran. IV,, an. 1216. « *Quoniam omne quod non est ex fide peccatum est, synodali judicio definimus, ut nulla valeat absque bonâ fide præscriptio, tàm canonica, quàm civilis.* »—Per totum possessionis spatium: Talis est enim rationum præcedentium extensio. — Exceptâ præscriptione servitutum, (id est, aliquis potest scienter contra servitutem legitimè præscribere): Nam, qui patitur servitutem, non tenetur servitutis jure gaudentem admonere ut jure suo utatur.

Positis conditionibus prædictis, *valere potest in foro conscientiæ:* 1. Res ita est, si legislator hunc valorem præscriptioni dare possit; atqui hoc certum. Præscriptio enim valdè utilis est societati; siquidem, titulis perditis, incertis, caducis, per hoc medium substituto titulo certo, sempiterno, qui casu aut vetustate deleri non potest, proprietas consolidatur; proindè finis imponitur litibus, favetur commercio, pax securitasque hominibus timoratis affertur. Aliundè proprietarii cautiores redduntur in rebus suis servandis. — 2. Consensu communi. Juxta Gregorium IX, « *Secundum SS. Patrum sanctiones, bona legitimè præscripta quietè et securè in perpetuum servari possunt;* » quod admittitur ab omnibus theologis, canonistis, jurisperitis.

Ex suprà dictis de naturâ et necessitate bonæ fidei legalis et theologicæ, plura deducuntur corollaria de validitate præscriptionis in casibus erroris, dubii, auctoris malæ fidei.

Corol. I. *De Errore.* — 1° Error vincibilis nunquàm sufficit ad bonam fidem. Nam, qui versatur in errore vincibili, prudenter non judicat.

2° Error, etiam invincibilis juris non sufficit ad bonam fidem, nisi in præscriptionibus triginta annorum. — Non valet in præscriptionibus infra triginta annos : In foro nempè civili nulla admittitur ignorantia invincibilis juris ; ergo nulla bona fides in casu dicto ; nulla proindè præscriptio in foro conscientiæ, cùm bona fides in his præscriptionibus requiratur. — Valet in præscriptionibus triginta annorum : In illis enim præscriptionibus non requiritur bona fides legalis ; sufficit theologica, quæ existit, ex hypothesi.

3° Error invincibilis facti sufficit ad præscriptionem. Siquidem hic error constituit bonam fidem theologicam, ut evidens est. Insuper, cùm admittatur in foro civili, sufficit ad bonam fidem legalem.

Ex communi sententiâ theologorum, error censetur invincibilis, etiamsi venialiter culpabilis. Etenim, qui negligentiæ tantùm venialis reus est, ab omnibus nihilominùs diligens habetur.

Corol. II. *De Dubio.* — De dubio dijudicandum est ex principiis infrà exponendis, ubi *de Possessore dubiæ fidei*.

Corol. III. *De Auctore malæ fidei.* — Quædam certa, quædam dubia.

Certa. Qui successit immediatè et titulo universali

auctori malæ fidei, non potest, etiam cum bonâ fide theologicâ, legitimè præscribere per viginti annos et infrà. Secùs, si succedat mediatè, vel titulo particulari.

Qui succedit immediatè et titulo universali : Nam successor titulo universali, ex dispositione legum, censetur sub respectu jurium continuare personam sui auctoris, vitia proindè ejus possessionis. Ergo fictione juris non habet bonam fidem legalem, nec potest præscribere per viginiti annos et infrà, cùm bona fides legalis in his præscriptionibus requiratur. — Potest, si succedat mediatè, aut titulo particulari : Siquidem auctor non censetur unicam personam gerere, sive cum successore mediato, sive cum successore titulo particulari.

Idem dicendum de eo qui rem acquisivit emptione aut alio contractu.

Controvertitur utrùm qui succedit immediatè et titulo universali possit cum bonâ fide theologicâ præscribere per triginta annos. — 1. Alii negant; ob rationem suprà expositam.—2. Alii probabiliùs affirmant (1).—Etenim in his præscriptionibus non requiritur bona fides legalis, sufficit ergo theologica ; porro successór de quo agitur eam possidet, ex hypothesi.

Ad 2^am^ quæst., scilicet : *Utrùm omnes præscriptiones legis civilis reverà valeant in foro conscientiæ?*

Duplex præscriptio scilicet, 1° acquisitiva bonorum immobilium , mobilium ; 2° liberativa. De utràque quæstio solvenda est.

(1) Ità D. D. Gousset, *Theol. mor.* T. I, n. 720 ; D. Carrière, *De Justitiâ*, n. 483.

1° De præscriptione *acquisitivâ* — bonorum *immobilium*.

Valet in conscientiâ, positis conditionibus legis et bonâ fide. Res ità est, si legislator possit, et velit his præscriptionibus valorem in foro conscientiæ concedere. Atqui — Potest : Constat ex suprà probatis. — Vult: Constat 1. ex verbis quibus legislator apertè declarat præscribentem acquirere dominium. Constat 2. ex fine legis. Si legislator præscriptioni denegaret valorem in foro conscientiæ, eâ non uterentur probi, ipsis proindè esset inutilis; eâ uterentur improbi ad injustitiam. Rem proindè inutilem, imò noxiam voluisset legislator, quod supponi non potest.

De præscriptione *acquisitivâ*— bonorum *mobilium*.

Tria statuuntur de bonis mobilibus : 1. Ad præscriptionem horum bonorum possessio sufficit, si non sint furtiva, nec amissa.— 2. Qui res amissas et furtivas in foro , nundinis, etc. emerit, potest exigere pretium à domino rem repetente. —3. Elapso triennio, res ad possessorem pertinet.

De 1ª dispositione, scilicet de possessionis sufficientiâ, — duplex opinio.

Primæ opinionis defensores unanimi ore negant possessionem sufficere; siquidem ultrà modum minueretur principium proprietatis. — Scinduntur autem in assignando tempore requisito. Quidam exigunt triennium (1); quia, defectu legis novæ, determinandum est tempus veteri jure quod triennium exigebat. Porro

(1) Ità D. D: Gousset, *Explication du Code civil*, ad art. 2279, et *Theol. mor.* T. I, n. 718; et quidam recentiores.

falsa argumentatio, cùm jus vetus in hâc materiâ codice civili abrogatum fuerit. — Alii requirunt triginta annos (1). Nam, defectu legis specialis de hâc materiâ, admittenda est dispositio generalis, vi cujus omnia præscriptibilia præscribuntur per triginta annos. Perro falsa argumentatio. Indè enim sequeretur longius requiri tempus ad præscriptionem mobilium, quàm immobilium, quæ viginti, imò decem annis aliquandò præscribi possunt; quod evidenter contradicit legislatoris intentioni.

Juxta *secundam* opinionem, quæ nobis videtur *probabilior*, valet in foro conscientiæ 1ª dispositio, positis bonâ fide theologicâ et aliis conditionibus à lege requisitis (2). Siquidem legislator potest huic dispositioni concedere valorem in foro conscientiæ, cùm faveat commercio, securitati possessorum, ac proindè bono communi. Vult : Constat ex verbis : « possessio æquivalet titulo. »

De 2ª dispositione — juxta communiorem et probabiliorem opinionem, emptor rei furtivæ et amissæ potest legitimè, positis ponendis, exigere pretium acquisitionis à domino qui rem repetit. Equidem, attento solo jure naturali, dominus jus habet recuperandi gratis rem suam; sed per legem civilem jus naturale fuit legitimè modificatum, rationibus in præcedenti quæstione expositis probatur.

(1) Ità D. Carrière, *De Justitiâ*, n. 455, et quidam alii.

(2) Ità plures nostri temporis, inter quos P. Gury, *Compendium Theol. mor.*, T. I, n. 576; D. Corbière, *Le Droit public... dans ses rapports avec la conscience*, T. II, page 219.

De 3ª dispositione. — Elapso triennio, res ad emptorem pertinet ob rationes præcedentes.

2° De præscriptione *liberativâ*.

Valent in foro conscientiæ : 1. Præscriptio longi temporis, positâ semper bonâ fide theologicâ ; ob rationes allatas ubi de *Præscriptione acquisitivâ immobilium ;* — 2° Præscriptio brevis temporis, seu quinque annorum, si reverà adsit bona fides ; ob rationes allatas ubi *de Præscriptione mobilium*. Unanimiter tamen docent theologi communiter in his casibus abesse bonam fidem, ac proindè talem præscriptionem ordinariè non valere in foro conscientiæ.

Non valent præscriptiones brevissimi temporis, seu triennio minoris. Nam, qui hujusmodi præscriptiones opponunt, lege tenentur jurare se debitum solvisse, ac proindè legislator non habuit intentionem conscientiam eorum liberandi.

Punctum V. *De jure in Bona eorum qui migrârunt.*

Quatuor facta præmittenda sunt. 1° Anno 1792, à Republicâ usurpata et successivè vendita sunt bona eorum qui migrârunt. — 2° Anno 1814, constitutio publica horum bonorum venditionem confirmavit. — 3° Carolus X, anno 1825, declaravit proprietatum nationalium inviolabilitatem et statuit indemnitatem privatis læsis solvendam. (*Trente millions au capital d'un millard sont affectés à l'indemnité dûe par l'Etat aux Français, dont les biens fonds situés en France au 1^er^ janvier 1792 ont été confisqués ou aliénés, en exécution des lois sur les émigrés, les déportés et les con-*

damnés révolutionnairement.) — 4° Anno 1830, distracta fuit pars notabilis indemnitatis.

Quibus positis,

I. Explicatio legis.

Attento solo *jure naturali*, bonorum prædictorum possessores in ea jus non habebant; invalidè enim occupata et vendita fuerant.

Sed constitutione anni 1814, præsertim lege *de Indemnitate*, proprietas horum bonorum possessoribus ab auctoritate publicâ consessa fuit, exceptis,— certè, bonis quorum venditio non fuit legalis, seu auctoritate gubernii facta; — dubitanter, bonis mobilibus de quibus tacent leges annorum 1814 et 1815. Multi tamen arbitrantur mobilia prædiis aut domibus annexa sub lege comprehendi, quia accessorium sequitur principale.

II. Valor in foro conscientiæ.

Theologi communiter admittunt concessionem prædictam valere in foro conscientiæ, et possessores jus obtinuisse in bona ab iis primò injustè possessa (1).

Prob. I. Valet in foro conscientiæ, si auctoritas publica potuerit et voluerit bonorum prædictorum proprietatem possessoribus transmittere. Atqui — Potuit, præsertim concessâ indemnitate: Nam auctoritas publica, bonorum restitutionem exigendo, societatem perturbâsset; conservationem bonorum permittendo absque concessione proprietatis, injustitiam et injustæ possessionis scandalum silentio suo quasi comprobâsset, proprietates usurpatas commercio subtraxisset; pro-

(1) Ità, inter plerosque, D. D. Bouvier, *De Contractibus*, p. 144; P. Carrière, *De Justitiâ*, n. 591.

prietatem absque indemnitate transferendo, erga dominos injusta fuisset, auctoritatem principii proprietatis minuisset. Ergo bonum societatis requirebat translationem dominii, prævià indemnitate concessâ. Auctoritas proindè, positâ indemnitate prævià, potuit horum bonorum transferre proprietatem.— Voluit: Ea enim fuit mens legislatoris, ut plena securitas possessoribus concederetur, et isto medio pax inter cives stabiliretur, usurpatisque bonis valor suus in commercio redderetur; quæ omnia obtenta non fuissent, si legislator translationem proprietatis non voluisset.

Prob. II. Ex unâ parte, per indemnitatem auctoritas in locum possessorum se substituit, primis possessoribus compensationem injuriæ ipsis illatæ obtulit. Ex aliâ parte, veri possessores cum gratiarum actione indemnitatem receperunt; censentur proindè dominium suum actualibus possessoribus cessisse. Ergo valet in foro conscientiæ bonorum translatio.

Juxta communiorem theologorum opinionem, valet etiam decisio, quamvis, vi legum anni 1830, indemnitas in integrum soluta non fuerit.

PUNCTUM VI. *De jure in Spolia bellica.*

I. Explicatio legis.

Jure naturali, milites nihil de bonis hostium sibi appropriare possunt, excepto tamen casu necessitatis extremæ.

Sæpè tamen princeps aut ejus nomine duces exercitûs voluntate, quæ legi æquivalet, militibus concedunt jus in bona hostium.

II. Valor in foro conscientiæ.

Valet concessio in foro conscientiæ; modò bellum sit justum, concessio fiat à principe immediatè aut mediatè, tacitè vel expressè, in bona ad quæ princeps jus habeat.

Positis conditionibus requisitis, concessio valet in foro conscientiæ. Nam, modò bellum sit justum, princeps, tùm jure naturali, tùm jure gentium, jus habet in bona hostium, in quantùm necessarium est ad compensationem damni et expensarum, ad justam injuriæ vindictam, ad pacem et tranquillitatem obtinendam. Ergo validè et licitè hæc bona militibus concedere potest.

Non valeret autem concessio, si 1. bellum esset injustum ; nam princeps ad compensanda damna teneretur, nedùm jus haberet in hostium bona ; — si 2. concessio non fieret à principe ; solus enim princeps, utpotè rempublicam repræsentans, jus habet in bona hostium ; solus ergo de eis disponere potest expressè aut tacitè, immediatè aut mediatè per duces quos exercitui præposuit ; — si 3. concessio fieret de bonis ad quæ princeps jus non haberet ; esset enim injusta et invalida.

In dubiis de materiâ præsenti præsumptio est in favorem superioris.

Corol. Ex dictis sequitur injustos esse milites, qui propriâ auctoritate hostibus damnum inferunt. Ad restitutionem proindè tenerentur, ex principiis infrà exponendis ; nisi facta fuisset condonatio similis ei quam principes, anno 1814, sibi invicem concesserunt.

ARTICULUS II.

De jure in rerum Accessiones (1).

Dicendum 1° de jure in fructus rei; 2° de jure in ea quæ uniuntur sive mobilibus, sive immobilibus.

PUNCTUM I. *De jure in fructus rei.*

1. Explicatio legis.

Fructus rei sunt naturales, civiles, industriales mixti.— Dicuntur fructus *naturales*, qui naturâ solâ aut ferè solâ producuntur; — *civiles*, emolumenta percepta ex re non frugiferâ, v. g. locatio domûs; — *industriales*, quæ producuntur hominis industriâ et labore tantùm; — *mixti*, fructus partìm industriales, partìm naturales aut civiles.

Jure naturali, res fructificat domino. Proindè fructus — naturales et civiles pertinent ad dominum rei; — industriales, ad eum cujus industriâ et labore producuntur; — mixti, partìm ad dominum rei, partìm ad eum cujus industriâ creati sunt.

Lege civili modificatum fuit jus naturale quoàd fructus mixtos. Pertinent ad dominum rei sub onere solvendi impensas quæ ad fructus obtinendos ab alio factæ sunt (2).— Modificatum fuit etiam jus naturale

(1) ART. 546. La propriété d'une chose, soit mobilière, soit immobilière, donne droit sur tout ce qu'elle produit, et sur ce qui s'y unit accessoirement, soit naturellement, soit artificiellement.
Ce droit s'appelle *droit d'accession*.

(2) ART. 547. Les fruits naturels ou industriels de la terre,
Les fruits civils,
Le croît des animaux,
Appartiennent au propriétaire par droit d'accession.

quoàd fructus naturales et mixtos relativè ad possessorem bonæ fidei, ut infrà videbitur.

II. Valor in foro conscientiæ.

Dispositiones legis civilis valent in foro conscientiæ. Nihil enim aliud sunt quàm juris naturalis expositio, cum quibusdam determinationibus positivis, quas auctoritas civilis imponere potuit, ut litibus innumeris obstaret, et voluit, ut constat ex verbis legis.

PUNCTUM II. *De jure in ea quæ uniuntur mobilibus, immobilibus.*

I. Mobilibus.

Juxta codicem civilem, jus in accessiones ad res mobiles omninò regendum est per principia æquitatis naturalis. — Huic regulæ adduntur regulæ speciales de adjunctione, specificatione, commixtione (1).

ART. 548. Les fruits produits par la chose n'appartiennent au propriétaire qu'à la charge de rembourser les frais de labours, travaux et semences faits par des tiers.

(1) ART. 566. Lorsque deux choses appartenantes à différents maîtres, qui ont été unies de manière à former un tout, sont néanmoins séparables, en sorte que l'une puisse subsister sans l'autre, le tout appartient au maître de la chose qui forme la partie principale, à la charge de payer à l'autre la valeur de la chose qui a été unie.

ART. 567. Est réputée partie principale celle à laquelle l'autre n'a été unie que pour l'usage, l'ornement ou le complément de la première.

ART. 568. Néanmoins, quand la chose unie est beaucoup plus précieuse que la chose principale, et quand elle a été employée à l'insçu du propriétaire, celui-ci peut demander que la chose unie soit séparée pour lui être rendue, même quand il pourrait en résulter quelque dégradation de la chose à laquelle elle a été jointe.

ART. 569. Si des deux choses unies pour former un seul tout, l'une ne peut être regardée comme l'accessoire de l'autre, celle-là

II. Immobilibus.

Lex civilis statuit de ædificatione, arborum plantatione, alluvione, insularum formatione.

De Ædificatione et arborum Plantatione. — Lex ad

est réputée principale qui est la plus considérable en valeur, ou en volume, si les valeurs sont à peu près égales.

ART. 570. Si un artisan ou une personne quelconque a employé une matière qui ne lui appartenait pas, à former une chose d'une nouvelle espèce, soit que la matière puisse ou non reprendre sa première forme, celui qui en était le propriétaire a le droit de réclamer la chose qui en a été formée, en remboursant le prix de la main-d'œuvre.

ART. 571. Si cependant la main-d'œuvre était tellement importante qu'elle surpassât de beaucoup la valeur de la matière employée, l'industrie serait alors réputée la partie principale, et l'ouvrier aurait le droit de retenir la chose travaillée, en remboursant le prix de la matière au propriétaire.

ART. 572. Lorsqu'une personne a employé en partie la matière qui lui appartenait, et en partie celle qui ne lui appartenait pas, à former une chose d'une espèce nouvelle, sans que l'une ni l'autre des deux matières soit entièrement détruite, mais de manière qu'elle ne puissent pas se séparer sans inconvénient, la chose est commune aux deux propriétaires, en raison, quant à l'un, de la matière qui lui appartenait; quant à l'autre, en raison à la fois et de la matière qui lui appartenait, et du prix de la main-d'œuvre.

ART. 573. Lorsqu'une chose a été formée par le mélange de plusieurs matières appartenantes à différents propriétaires, mais dont aucune ne peut être regardée comme la matière principale, si les matières peuvent être séparées, celui à l'insu duquel les matières ont été mélangées, peut en demander la division.

Si les matières ne peuvent plus être séparées sans inconvénients, ils en acquièrent en commun la propriété dans la proportion de la quantité, de la qualité et de la valeur des matières appartenantes à chacun d'eux.

ART. 574. Si la matière appartenante à l'un des propriétaires était de beaucoup supérieure à l'autre par la quantité et le prix, en ce cas le propriétaire de la matière supérieure en valeur pourrait réclamer la chose provenue du mélange, en remboursant à l'autre la valeur de sa matière.

hoc principium reducitur : ædificatio semper solo cedit, sub conditione indemnitatis (1).

ART. 575. Lorsque la chose reste en commun entre les propriétaires des matières dont elle a été formée, elle doit être licitée au profit commun.

ART. 576. Dans tous les cas où le propriétaire dont la matière a été employée, à son insu, à former une chose d'une autre espèce, peut réclamer la propriété de cette chose, il a le choix de demander la restitution de sa matière en même nature, quantité, poids, mesure et bonté, ou sa valeur.

ART. 577. Ceux qui auront employé des matières appartenant à d'autres, et à leur insu, pourront être condamnés à des dommages et intérêts, s'il y a lieu, sans préjudice des poursuites par voie extraordinaire, si le cas y échet.

(1) ART. 552. La propriété du sol emporte la propriété du dessus et du dessous.

Le propriétaire peut faire au-dessus toutes les plantations et constructions qu'il juge à propos, sauf les exceptions établies au titre *des Servitudes ou Services fonciers*.

Il peut faire au-dessous toutes les constructions et fouilles qu'il jugera à propos, et tirer de ces fouilles tous les produits qu'elles peuvent fournir, sauf les modifications résultant des lois et règlements relatifs aux mines, et des lois et réglements de police.

ART. 553. Toutes constructions, plantations et ouvrages sur un terrain ou dans l'intérieur, sont présumés faits par le propriétaire à ses frais et lui appartenir, si le contraire n'est prouvé ; sans préjudice de la propriété qu'un tiers pourrait avoir acquise ou pourrait acquérir par prescription, soit d'un souterrain sous le bâtiment d'autrui, soit de toute autre partie du bâtiment.

ART. 554. Le propriétaire du sol, qui a fait des constructions, plantations et ouvrages avec des matériaux qui ne lui appartenaient pas, doit en payer la valeur ; il peut aussi être condamné à des dommages et intérêts, s'il y a lieu : mais le propriétaire des matériaux n'a pas le droit de les enlever.

ART. 555. Lorsque les plantations, constructions et ouvrages ont été faits par un tiers et avec ses matériaux, le propriétaire du fonds a droit, ou de les retenir, ou d'obliger ce tiers à les enlever.

Si le propriétaire du fonds demande la suppression des planta-

De Alluvione. — **Alluvio pertinet ad dominum fundi cui adjicitur, si fiat paulatim ; — ad dominum fundi à quo detracta est, si repentina, modò sit notabilis, cognoscibilis, et repetita tempore à lege determinato (1).**

tions ou constructions, elle est aux frais de celui qui les a faites, sans aucune indemnité pour lui ; il peut même être condamné à des dommages et intérêts, s'il y a lieu, pour le préjudice que peut avoir éprouvé le propriétaire du fonds.

Si le propriétaire préfère conserver ces plantations et constructions, il doit le rembourser de la valeur des matériaux et du prix de la main-d'œuvre, sans égard à la plus ou moins grande augmentation de valeur que le fonds a pu recevoir. Néanmoins, si les plantations et ouvrages ont été faits par un tiers évincé, qui n'aurait pas été condamné à la restitution des fruits, attendu sa bonne foi, le propriétaire ne pourra demander la suppression desdits ouvrages, plantations et constructions ; mais il aura le choix, ou de rembourser la valeur des matériaux et du prix de la main-d'œuvre, ou de rembourser une somme égale à celle dont le fonds a augmenté de valeur.

(1) ART. 556 Les attérissements et accroissements qui se forment successivement et imperceptiblement aux fonds riverains d'un fleuve ou d'une rivière s'appellent *alluvion.*

L'alluvion profite au propriétaire riverain, soit qu'il s'agisse d'un fleuve ou d'une rivière navigable, flottable ou non ; à la charge, dans le premier cas, de laisser le marchepied ou chemin de halage, conformément aux réglements.

ART. 557. Il en est de même des relais que forme l'eau courante qui se retire insensiblement de l'une de ses rives en se portant sur l'autre : le propriétaire de la rive découverte profite de l'alluvion, sans que le riverain du côté opposé y puisse venir réclamer le terrain qu'il a perdu.

Ce droit n'a pas lieu à l'égard des relais de la mer.

ART. 558. L'alluvion n'a pas lieu à l'égard des laes et étangs, dont le propriétaire conserve toujours le terrain que l'eau couvre quand elle est à la hauteur de la décharge de l'étang, encore que le volûme de l'eau vienne à diminuer.

Réciproquement le propriétaire de l'étang n'acquiert aucun droit sur les terres riveraines que son eau vient à couvrir dans des crues extraordinaires.

De Insulis. — Insula pertinet ad primum occupantem, si nascatur in mari; — ad rempublicam, si in flumine navigabili, nisi adsit titulus aut præscriptio contraria; — sin autem in aliis fluminibus, ad eos qui propè ripas agros possident, juxta mensuras in lege statutas (1).

Dispositiones legis civilis valent in foro conscientiæ, ob rationes superiùs allatas.

Art. 559. Si un fleuve ou une rivière, navigable ou non, enlève par une force subite une partie considérable et reconnaissable d'un champ riverain, et la porte vers un champ inférieur ou sur la rive opposée, le propriétaire de la partie enlevée peut réclamer sa propriété; mais il est tenu de former sa demande dans l'année: après ce délai, il n'y sera plus recevable, à moins que le propriétaire du champ auquel la partie enlevée a été unie n'eût pas encore pris possession de celle-ci.

(1) Art. 560. Les îles, îlots, attérissements qui se forment dans le lit des fleuves ou des rivières navigables et flottables, appartiennent à l'Etat, s'il n'y a titre ou prescription contraire.

Art. 561. Les îles et attérissements qui se forment dans les rivières non navigables et non flottables, appartiennent aux propriétaires riverains du côté où l'île s'est formée: si l'île n'est pas formée d'un seul côté, elle appartient aux propriétaires riverains des deux côtés, à partir de la ligne qu'on suppose tracée au milieu de la rivière.

Art. 562. Si une rivière ou un fleuve, en se formant un bras nouveau, coupe et embrasse le champ d'un propriétaire riverain, et en fait une île, ce propriétaire conserve la propriété de son champ, encore que l'île se soit formée dans un fleuve ou dans une rivière navigable ou flottable.

Art. 563. Si un fleuve ou une rivière navigable, flottable ou non, se forme un nouveau cours en abandonnant son ancien lit, les propriétaires des fonds nouvellement occupés prennent, à titre d'indemnité, l'ancien lit abandonné, chacun dans la proportion du terrain qui lui a été enlevé.

CAPUT III.

De jure Administrationis simul et Usufructûs.

Jura Administrationis simul et Usufructûs concessa sunt : 1° Parentibus in bona filiorum ; 2° Marito in bona communitatis conjugalis et uxoris.

PUNCTUM I. *De jure Parentum in bona filiorum.*

I. Explicatio Legis.

Jure naturali. Filii-familiàs bonorum suorum administrationem et usufructum habent.

Lex autem *civilis* parentibus concessit in bona filiorum legitimorum : 1° jus administrationis, cujus extensio et duratio determinantur legibus suprà indicatis, ubi *de jure administrationis* tutorum ; — 2° jus usufructûs, quod est — quoàd *extensionem*, in omnia filiorum bona, quibusdam exceptis, et aliquibus oneribus annexis,—quoàd *durationem*, temporarium, alienabile et revocabile.

Lex civilis concessit parentibus : id est, patri, durante matrimonio ; et, eo dissoluto, conjugi superstiti. Attamen pater, non verò mater, usufructum servat, si transeant ad secundas nuptias, 384. — In bona filiorum legitimorum : non verò in bona filiorum illegitimorum, seu extra matrimonium, aut ex matrimonio juxta legem civilem invalido. Hoc supponit art. 384; dicit enim : « *pater, durante matrimonio, vel dissoluto, superstes.* » — Jus usufructûs : Juxta sensum in præviis notionibus expositum. —Quibusdam bonis excep-

tis : Excipiuntur 1. bona quæ à filiis acquiruntur industriâ separatâ ; 2. bona quæ ipsis dantur, vel legantur sub conditione quòd nec pater nec mater fruantur, 387 ; 3. bona quæ proveniunt ex successione quâ excluduntur pater et mater tanquàm indigni. — Aliquibus oneribus annexis : Vid. art. 385. — Quoàd durationem, temporarium : cessat per majoritatem, emancipationem, mortem filii ; — Alienabile : parentes huic juri renuntiare possunt ; — Revocabile : Facto revocatur, si parentes filiorum libidini faveant, *cod. pœn.*, 334, 335 ; si ex duobus conjugibus sub regimine communitatis conjunctis, superstes negligat inventarium bonorum defuncti, *Cod. civ.*, *art.* 1442 (1).

II. Valor in foro conscientiæ.

Valet jus administrationis parentibus concessum; jam probatum est.

Valet quoque jus usufructûs. Auctoritas enim civilis

(1) Art. 384. Le père, durant le mariage, et, après la dissolution du mariage, le survivant des père et mère, auront la jouissance des biens de leurs enfants jusqu'à l'âge de dix-huit ans accomplis, ou jusqu'à l'émancipation qui pourrait avoir lieu avant l'âge de dix-huit ans.

Art. 387. Elle ne s'étendra pas aux biens que les enfants pourront acquérir par un travail et une industrie séparés, ni à ceux qui leur seront donnés ou légués sous la condition expresse que les père et mère n'en jouiront pas.

Art. 385. Les charges de cette jouissance seront :

1° Celles auxquelles sont tenus les usufruitiers ;

2° La nourriture, l'entretien et l'éducation des enfants, selon leur fortune ;

3° Le paiement des arrérages ou intérêts des capitaux ;

4° Les frais funéraires et ceux de dernière maladie.

Art. 1442. Le défaut d'inventaire après la mort naturelle ou ci-

potuit voluitque illud parentibus transferre. — Potuit : Siquidem 1. æquum est ut parentes fiant quodam modo

vile de l'un des époux ne donne pas lieu à la continuation de la communauté ; sauf les poursuites des parties intéressées, relativement à la consistance des biens et effets communs, dont la preuve pourra être faite tant par titres que par la commune renommée.

S'il y a des enfants mineurs, le défaut d'inventaire fait perdre en outre à l'époux survivant la jouissance de leurs revenus ; et le subrogé tuteur qui ne l'a point obligé à faire inventaire est solidairement tenu avec lui de toutes les condamnations qui peuvent être prononcées au profit des mineurs.

Code pénal. ART. 334. Quiconque aura attenté aux mœurs, en excitant, favorisant ou félicitant habituellement la débauche, ou la corruption de la jeunesse de l'un ou de l'autre sexe au-dessous de l'âge de vingt-un ans, sera puni d'un emprisonnement de six mois à deux ans, et d'une amende de cinquante francs à cinq cents francs. — Si la prostitution ou la corruption a été excitée, favorisée ou facilitée par leurs pères, mères, tuteurs ou autres personnes chargées de leur surveillance, la peine sera de deux ans à cinq ans d'emprisonnement, et de trois cents francs à mille francs d'amende.

ART. 335. Les coupables du délit mentionné au précédent article seront interdits de toute tutelle et curatelle, et de toute participation aux conseils de famille, savoir : les individus auxquels s'applique le premier paragraphe de cet article, pendant deux ans au moins et cinq ans au plus, et ceux dont il est parlé au second paragraphe, pendant dix ans au moins et vingt ans au plus.

Si le délit a été commis par le père ou la mère, le coupable sera de plus privé des droits et avantages à lui accordés sur la personne et les biens de l'enfant par le Code civil, livre 1, titre IX, *De la puissance paternelle.*

Dans tous les cas, les coupables pourront de plus être mis, par l'arrêt ou le jugement, sous la surveillance de la haute police, en observant pour la durée de la surveillance, ce qui vient d'être établi pour la durée de l'interdiction mentionnée au présent article.

Code civ. ART. 1442. S'il y a des enfants mineurs, le défaut d'inventaire fait perdre en outre à l'époux survivant la jouissance de leurs revenus, et le subrogé-tuteur qui ne l'a point obligé à faire inventaire, est solidairement tenu avec lui de toutes les condamnations qui peuvent être prononcées au profit des mineurs.

indemnes pro expensis quas exigit filiorum educatio. 2. Indecens et pietati filiali oppositum foret ut parentes filiorum merè mandatores et ad rationem administrationis obligati habeantur. —Voluit : Lege constat.

Sepositis limitibus prædictis, filiorum jura aliarum personarum juribus æquivalent.

Ex hâc propositione solvuntur duæ quæstiones inter theologos agitatæ.

1ª Quæst. *Quodnam jus habeat filius-familiâs in bona à parentibus concessa?*

Resp. Hujus juris extensio voluntate parentum determinanda est.

Porro, si res sit primo usu consumptibilis, v. g. pecunia, alimenta ; parentes censentur concedere dominium plenum, nisi usum specialem assignaverint ; — si res non sit primo usu consumptibilis, parentes, nisi contrarium constet, censentur filiis concedere usum solum.

2ª Quæst. *Utrùm filius-familiâs jus habeat in lucrum industriâ communi in familiâ acquisitum ; et, in hypothesi affirmativâ, quænam sit hujus juris extensio?*

De 1ª quæst. part. *Resp.* Quædam Certa, quædam Controversa.

Certa : 1° Filius-familiâs jus habet in hæc bona :

1. Si contractum societatis verum et non fictivum actu authentico cum patre inierit. — Requiritur contractus societatis verus : Alioquin filius titulum non haberet. —Actus authenticus : Constat ex Art. 854 (1).

(1) ART. 854. Pareillement, il n'est pa dû de rapport pour les associations faites sans fraude entre le défunt et l'un des héritiers, lorsque les conditions en ont été réglées par un acte authentique.

Hic articulus, juxta *D. Carrière*, fundatur in præsumptione periculi fraudis, scilicet ne hæres sub prætextu societatis aliquid ultra partem disponibilem recipiat; obligat ergo in conscientiâ et ante sententiam judicis.

2. Si pater filio stipendium promiserit. Nam in duplici casu exposito, extraneus jus haberet ad aliquid; ergo à pari filius-familiàs ex principio posito.

2° Filius-familiàs jus non haberet;

1. Si ejus labor sit necessarius ad vitam parentum sustentandam. Nam art. 205 (1), parentibus conceditur jus ad alimenta strictum; cùm, ex omnium consensu, exigi possit coram tribunalibus.

2. Si singuli fratres simul, vel successivè ex æquo, aut ferè ex æquo, laboraverint. In hàc enim hypothesi, omnes habent jus æquale, quod in augmento hæreditatis recipient.

3. Si labor compensetur per impensas. Quia pater non tenetur subvenire filio propria habenti.

4. Si ex circumstantiis judicari possit,—patrem, vel filii laborem alio modo ex intentione remunerâsse, v. g. dando partem disponibilem aut valorem quem ad massam communem referre non teneretur filius; vel denegaturum fuisse salarium filio postulanti; —filium salario renuntiâsse.

Controvertitur autem utrùm, sepositis præcedentibus circumstantiis, filius-familiàs jus habeat ad lucra. — Triplex opinio.

(1) ART. 205. Les enfants doivent des aliments à leurs père et mère et autres ascendants qui sont dans le besoin.

Prima affirmat. (1) Quia 1. Lucra proveniunt, tùm ex bonis patris, tùm ex industriâ filii; ad ea proindè jus habet filius. — 2. Extraneus ad salarium jus habet; ergo à pari filius. — 3. Si jus non haberet filius, maximè quia fructum laboris patri deberet. Atqui hoc falsum est; siquidem, cùm ex hypothesi parentes habeant ad victum necessaria, filii eis subvenire non tenentur.

Secunda negat. (2). Quia 1. Filii cum parentibus conviventes ipsis debent obsequium pro quolibet officiorum genere; ergo stipendium exigere non possunt. — 2. Lucra filii compensantur ejus impensis. — 3. Supponitur filium non exigere salarium, aut filio exigenti patrem non promisisse; filius ergo censetur stipendio renuntiâsse. — 4. Si jus ad lucrum filio concederetur, indè dissensiones et jurgia inter fratres orirentur.

Tertia opinio jus ad lucra concedit filio majori, ob rationes primæ opinionis; negat minori, ob rationes secundæ.

Posito dubio, quæstionis solutioni applicandum est principium reflexum: ***Melior est conditio possidentis.*** Undè, vel filius nondùm accepit partem lucri, vel jam accepit. — Si nondùm acceperit: Eam exigere non potest; melior est enim conditio patris possidentis. — Si jam acceperit: Vel bonâ fide, vel non. Si bonâ fide: Retinere potest; nam melior est ejus conditio, cùm bonâ fide possideat. Si malâ fide: Retinere non potest; nam possessio favet tantùm possessori bonæ fidei.

(1) Ità Lessius, lib. II, cap. 12, n. 81; De Lugo, Disp. V, n. 42; Habert; Collet; D. Bouvier, *De Jure*, p. 19; D. Carrière. *De Justitiâ*, n. 244.

(2) Ità S. Ligor. n. 488; Laymann, Antoine, Billuart, D. D. Gousset.

Ad 2am quæst. part. scilicet: *Quænam sit extensio juris?*

Resp. Determinanda est contractu societatis, conventione inter patrem et filium, aut valore laboris, prout jus oritur ex uno aut alio ex his tribus titulis; deductis expensis à patre factis in utilitatem filii, ab eo instanti quo stipendium exigit.

Notandum tamen filium non posse partem lucri aut stipendium exigere ante majoritatem aut emancipationem. Siquidem pater habet bonorum filii usufructum, usquedùm filius decimum octavum attigerit annum; administrationem verò, usquedùm filius ad majoritatem pervenerit, nisi filius anteà emancipetur.

Punctum II. *De jure Mariti in bona communitatis et uxoris.*

In antecessum observanda:

1° Bona de quibus nunc agendum triplicis sunt generis, scilicet: communia, dotalia, paraphernalia. — *Communia*, quæ in societatem conjugalem conferuntur; — *dotalia*, quæ ab uxore marito conceduntur ad sustinenda matrimonii onera; — *paraphernalia*, quæ uxor sibi specialiter reservavit.

2° Quoàd bona, sponsi constitui possunt, vel sub regimine communitatis; vel sub regimine communitatis exclusivo, aut cum separatione bonorum; vel sub regimine dotali.

Sub regimine communitatis. Communitas duplex: *Legalis*, quæ jure communi regitur; *conventionalis*, in quâ jus commune modificatur stipulationibus conjugum. Sponsi censentur se constituere sub regimine

communitatis legalis, si nullam specialem paciscantur conventionem de bonis. — Porro, in regimine communitatis, bona sunt alia communia, alia dotalia; nulla sunt paraphernalia. Communia sunt quæ communitati, ex lege aut conventione, subjiciuntur; dotalia sunt alia conjugum bona.

In regiminibus sequentibus nulla sunt bona communia.

Sub regimine communitatis exclusivo, aut *cum separatione bonorum*. Partes sunt sub hoc regimine cùm, dotali regimine non stipulato, declarant se inire matrimonium sine communitate, vel cum bonorum separatione. — In regimine communitatis exclusivo, nulla paraphernalia bona, omnia sunt dotalia. — Si adsit bonorum separatio, dotalia sunt quantitas bonorum pacto determinata; vel, deficiente pacto, tertia pars redituum. Paraphernalia sunt alia bona.

Sub regimine dotali. Partes sub illo regimine constituuntur declaratione expressâ. — In illo, dotalia sunt bona quæ uxor tradit marito ad sustinenda matrimonii onera. Paraphernalia sunt alia bona.

Quibus positis,

I. Explicatio Legis.

Jure naturali, uxor ad arbitrium posset, in conventionibus matrimonialibus, usufructum et administrationem bonorum suorum conservare, aut marito cedere.

Lege autem *civili*, conceditur marito:

1° In bona communia et dotalia, jus usufructûs, ad subveniendum necessitatibus communitatis.

2° In bona dotalia, jus administrationis simplicis. — In bona communia, jus administrationis, vi cujus potest, quin rationem reddere teneatur, bona communia etiam

alienare; exceptis tamen 1. bonis immobilibus, 2. mobilibus, titulo gratuito universaliter, aut quotitate determinatâ. — In bona paraphernalia, jus administrationis, seu potiùs meræ inspectionis; vi cujus uxor non potest stare in judicio, nec immobilia alienare sine speciali consensu vel auctoritate judicis.

Quoàd durationem, jura prædicta sunt perpetua; cessare tamen possunt per mortem civilem; — revocabilia, per separationem corporis et bonorum; — inalienabilia.

Vid. Cod. civ. *de Contractu Matrimonii, et juribus relativis conjugum.*

II. Valor in foro conscientiæ.

Valent in foro conscientiæ dispositiones prædictæ. Nam auctoritas publica — potuit eis valorem in foro conscientiæ concedere: conferunt enim ad pacem et bonam societatis domesticæ administrationem; — voluit: constat ex verbis legis.

Exceptis juribus marito concessis per legem civilem, jura uxoris in bona sua æquivalent juribus aliarum personarum.

Ex dictis sequentia deducuntur corollaria.

Corol. I. Uxor lædit jus mariti, si aliquid de bonis communibus, dotalibus; à fortiori de bonis propriis viri, subripiat, marito rationabiliter invito. — Dicimus: « invito rationabiliter. » Nam, si maritus consentiat, censeatur aut teneatur consentire; jus mariti cessat, proindè uxor illi non contradicit.

Indè uxor potest, si maritus recuset, aut ægrè consentiat, de bonis communibus et dotalibus proprio

motu comparare quæ necessaria sunt — ad honestam sustentationem; — ad filios educandos et collocandos secundùm statum; — ad dotem conservandam, si à marito dissipetur; — ad solvenda familiæ debita, quæ maritus solvere non vult; — ad moderatas eleemosynas, juxta consuetudinem; — ad sublevandam necessitatem parentum, aut filiorum qui ex alio matrimonio suscepti sunt; modò non habeat paraphernalia, si enim haberet, maritus esset rationabiliter invitus.

Nota. Decisiones præcedentes de uxoribus et de juribus filiorum-familiàs ad compensationem ratione laboris, non sunt in publicis instructionibus exponendæ, propter periculum abusûs.

Corol. II. Maritus certè lædit jura uxoris, si, eâ invitâ, dissipet aut sibi attribuat bona dotalia et paraphernalia uxoris; si alienet partem bonorum communium quorum alienatio à lege prohibetur.

Controvertitur autem utrùm maritus læserit jus strictum uxoris dissipando bona communia, sese tamen continens intra limites legis.— Quidam affirmant (1); quia uxor jus strictum habet ad dimidiam partem bonorum communium.— Alii negant (2); quia uxor jus strictum habet solummodò ad dimidiam partem bonorum quæ, solutâ communitate, exstant, et aliundè maritus eximitur ab obligatione reddendi rationem administrationis suæ.

(1) Ità Antoine, part. III, cap. 5, 9, 11; Collet, *De Justitiâ*, n. 113, 115; Collat. Andegav. *sur le mariage*, quæst. 2; [D. D. Gousset, *Explic. du Code civ.*, ad Art. 1424; D. Vernier; D. Receveur.

(2) Ità Habert, part. I, cap. 18; Theol. Tolos.; D. Carrière, n. 277.

CAPUT IV.

De jure Usufructûs simplicis.

I. Explicatio Legis.

Jure naturali, res fructificat domino.

Lege autem *civili*, possessor rei alienæ, modò sit bonæ fidei, facit suos omnes fructus naturales, civiles, mixtos quatenùs sunt naturales aut civiles.

Requiritur bona fides sensu juridico; id est, requiritur, ut possessio nitatur titulo proprietatis translativo, cujus vitia ignorentur, 550 (1).

II. Valor in foro conscientiæ.

Jus prædictum valet in foro conscientiæ, modò adsit bona fides theologica.

Jus valet in foro conscientiæ : Siquidem lex potest et vult usufructum possessori bonæ fidei concedere.— Potest : Lex enim utilis est bono publico. 1. Agricultori cautam facit perceptionem fructuum, proindè ad culturam proprietatum excitat. 2. Sublatâ lege, possessor bonæ fidei teneretur reddere fructus ex re alienâ perceptos, si indè factus fuisset ditior; examinandum proindè foret in casu possessionis utrùm reverà factus fuerit ditior; porro hoc exigeret molestissimas perquisitiones in rebus secretioribus privatorum. — Vult : textu legis

(1) Art. 550. Le possesseur est de bonne foi quand il possède comme propriétaire, en vertu d'un titre translatif de propriété dont il ignore les vices.

Il cesse d'être de bonne foi du moment où ces vices lui sont connus.

constat. — Modò adsit bona fides theologica: Alioquin lex remuneraret injustitiam formalem transferendo injusto possessori fructus ad dominum rei naturaliter pertinentes; quod nec potest, nec vult legislator.

CAPUT V.

De jure Servitutis.

I. Explicatio Legis.

Attento solo *jure naturali*, nulla existit servitus realis, præter conventionalem.

Jure autem *civili*, duplicis generis servitutes instituuntur, naturales, et legales.

1° *Naturales*, quæ rerum naturâ quasi exiguntur. Relativæ sunt præsertim ad fluenta aquarum, ad jura limitationis et clausuræ.

2° *Legales*, quæ minùs strictè rerum naturâ exiguntur. — Aliæ sunt relativæ ad utilitatem publicam, speciatim ad confectionem aut refectionem viarum, aliorumve operum publicorum. — Aliæ, ad utilitatem privatam; speciatim ad jus quod dicitur *de mitoyenneté*, ad plantationes arborum circa fines prædiorum, distantiam servandam quoàd quasdam constructiones, jus luminum, stillicidia, jus itineris (1).

(1) ART. 637. Une servitude est une charge imposée sur un héritage pour l'usage et l'utilité d'un héritage appartenant à un autre propriétaire.

ART. 638. La servitude n'établit aucune prééminence d'un héritage sur l'autre.

II. Valor in foro conscientiæ.

Valent in foro conscientiæ leges prædictæ, ob rationes sub præcedenti titulo allatas.

CAPUT VI.

De jure Monopolii.

I. Explicatio legis.

Jure naturali, quisque legitimè potest vendere cujuslibet generis merces, modò in eas jus habeat.

Jure autem *civili*, aut privilegio speciali quod legi

ART. 639. Elle dérive ou de la situation naturelle des lieux, ou des obligations imposées par la loi, ou des conventions entre les propriétaires.

ART. 640. Les fonds inférieurs sont assujétis envers ceux qui sont plus élevés, à recevoir les eaux qui en découlent naturellement sans que la main de l'homme y ait contribué.

Le propriétaire inférieur ne peut point élever de digue qui empêche cet écoulement.

Le propriétaire supérieur ne peut rien faire qui aggrave la servitude du fonds inférieur.

ART. 641. Celui qui a une source dans son fonds, peut en user à sa volonté, sauf le droit que le propriétaire du fonds inférieur pourrait avoir acquis par titre ou par prescription.

Cette prescription ne s'acquiert que par une jouissance non interrompue pendant trente ans.

ART. 643. Le propriétaire de la source ne peut en changer le cours, lorsqu'il fournit aux habitants d'une commune, village ou hameau, l'eau qui leur est nécessaire; mais si les habitants n'en ont pas acquis ou prescrit l'usage, le propriétaire peut réclamer une indemnité, laquelle est réglée par experts.

ART. 646. Tout propriétaire peut obliger son voisin au bornage de leurs propriétés contiguës. Le bornage se fait à frais communs.

ART. 649. Les servitudes établies par la loi ont pour objet l'utilité publique ou communale, ou l'utilité des particuliers.

æquivalet, quidam ab auctoritate obtinent privilegium quasdam merces, exclusis aliis, vendendi, seu, quod idem est, jus *monopolii*.

ART. 650. Celles établies pour l'utilité publique ou communale ont pour objet le marchepied le long des rivières navigables ou flottables, la construction ou réparation des chemins et autres ouvrages publics ou communaux.

Tout ce qui concerne cette espèce de servitude est déterminé par des lois ou des réglements particuliers.

ART. 651. La loi assujétit les propriétaires à différentes obligations l'un à l'égard de l'autre, indépendemment de toute convention.

ART. 652. Partie de ces obligations est réglée par les lois sur la police rurale;

Les autres sont relatives au mur et au fossé mitoyens, au cas où il y a lieu à contre-mur, aux vues sur la propriété du voisin, à l'égout des toits, au droit de passage.

ART. 655. La réparation et la reconstruction du mur mitoyen sont à la charge de tous ceux qui y ont droit, et proportionnellement au droit de chacun.

ART. 656. Cependant tout copropriétaire d'un mur mitoyen peut se dispenser de contribuer aux réparations et reconstructions en abandonnant le droit de mitoyenneté, pourvu que le mur mitoyen ne soutienne pas un bâtiment qui lui appartienne.

ART. 658. Tout copropriétaire peut faire exhausser le mur mitoyen; mais il doit payer seul la dépense de l'exhaussement, les réparations d'entretien au-dessus de la hauteur de la clôture commune, et en outre l'indemnité de la charge, en raison de l'exhaussement et suivant la valeur.

ART. 659. Si le mur mitoyen n'est pas en état de supporter l'exhaussement, celui qui veut l'exhausser doit le faire reconstruire en entier à ses frais, et l'excédant d'épaisseur doit se prendre de son côté.

ART. 662. L'un des voisins ne peut pratiquer dans le corps d'un mur mitoyen, aucun enfoncement, ni y appliquer ou appuyer aucun ouvrage sans le consentement de l'autre, ou sans avoir, à son refus, fait régler par experts les moyens nécessaires pour que le nouvel ouvrage ne soit pas nuisible aux droits de l'autre

Speciatim jus monopolii habent — pro quinque, decem, aut quindecim annis, inventores novi methodi

ART. 670. Toute haie qui sépare des héritages est réputée mitoyenne, à moins qu'il n'y ait qu'un seul des héritages en état de clôture, ou s'il n'y a titre ou possession suffisante ou contraire.

ART. 671. Il n'est permis de planter des arbres de haute tige qu'à la distance prescrite par les règlements particuliers actuellement existants, ou par les usages constants et reconnus ; et, à défaut de réglements et usages, qu'à la distance de deux mètres de la ligne séparative des deux héritages pour les arbres à haute tige, et à la distance d'un demi-mètre pour les autres arbres et haies vives.

ART. 672. Le voisin peut exiger que les arbres et haies plantés à une moindre distance soient arrachés.

Celui sur la propriété duquel avancent les branches des arbres du voisin, peut contraindre celui-ci à couper ces branches.

Si ce sont les racines qui avancent sur son héritage, il a droit de les y couper lui-même.

ART. 673. Les arbres qui se trouvent dans la haie mitoyenne, sont mitoyens comme la haie ; et chacun des deux propriétaires a droit de requérir qu'ils soient abattus.

ART. 674. Celui qui fait creuser un puits ou une fosse d'aisance près d'un mur mitoyen ou non ;

Celui qui veut y construire cheminée ou âtre, forge, four ou fourneau ;

Y adosser une étable ;

Ou établir contre ce mur un magasin de sel ou amas de matières corrosives,

Est obligé à laisser la distance prescrite par les réglements et usages particuliers sur ces objets, ou à faire les ouvrages prescrits par les mêmes réglements et usages, pour éviter de nuire au voisin.

ART. 681. Tout propriétaire doit établir des toits de manière que les eaux pluviales s'écoulent sur son terrain ou sur la voie publique ; il ne peut les faire verser sur le fonds de son voisin.

ART. 682. Le propriétaire dont les fonds sont enclavés, et qui n'a aucune issue sur la voie publique, peut réclamer un passage sur les fonds de ses voisins pour l'exploitation de son héritage, à la charge d'une indemnité proportionnée au dommage qu'il peut occasioner.

ART. 683. Le passage doit régulièrement être pris du côté où le trajet est le plus court du fonds enclavé à la voie publique.

artis aut industriæ, qui diploma (*brevet d'invention*) ab auctoritate legitimâ obtinuerunt ; — auctores, totâ vitâ

ART. 684. Néanmoins il doit être fixé dans l'endroit le moins dommageable à celui sur le fonds duquel il est accordé.

Pour tout ce qui concerne les réparations a faire par les propriétaires des différents étages d'une maison, le droit d'obliger son voisin dans les villes et faubourgs à contribuer aux constructions ou réparations de la clôture faisant séparation de leurs maisons, cours et jardins respectifs ; le droit de l'empêcher d'avoir des vues droites et obliques sur l'héritage d'autrui, etc., on peut consulter les articles du Code que nous sommes forcés d'omettre.

ART. 686. Il est permis aux propriétaires d'établir sur leurs propriétés, ou en faveur de leurs propriétés, telles servitudes que bon leur semble, pourvu néanmoins que les services établis ne soient imposés, ni à la personne, ni en faveur de la personne, mais seulement à un fonds et pour un fonds, et pourvu que ces services n'aient d'ailleurs rien de contraire à l'ordre public.

L'usage et l'étendue des servitudes ainsi établies se règlent par le titre qui les constituent ; à défaut de titre, par les règles ci-après.

ART. 687. Les servitudes sont établies ou pour l'usage des bâtiments, ou pour celui des fonds de terre.

Celles de la première espèce s'appellent *urbaines*, soit que les bâtiments auxquels elles sont dues soient situés à la ville ou à la campagne.

Celles de la seconde espèce se nomment *rurales*.

ART. 688. Les servitudes sont continues ou discontinues.

Les servitudes continues sont celles dont l'usage est ou peut être continuel sans avoir besoin du fait actuel de l'homme : tels sont, les conduites d'eau, les égouts, les vues et autres de cette espèce.

Les servitudes discontinues sont celles qui ont besoin du fait actuel de l'homme pour être exercées : tels sont les droits de passage, puisage, pacage et autres semblables.

ART. 689. Les servitudes sont apparentes, ou non apparentes.

Les servitudes apparentes sont celles qui s'annoncent par des ouvrages extérieurs, tels qu'une porte, une fenêtre, un aqueduc.

Les servitudes non apparentes sont celles qui n'ont pas de signe extérieur de leur existence, comme, par exemple, la prohibition de bâtir sur un fonds, ou de ne bâtir qu'à une hauteur déterminée.

durante; — post eorum mortem, filii, aut causam habentes per decennium.

II. Valor in foro conscientiæ.

Valet in foro conscientiæ jus monopolii; modò concessum sit ab auctoritate legitimâ, et propter rationes sufficientes, v. g. ut respublica tributum utile percipiat, industria remuneretur aut excitetur, etc., etc. His enim conditionibus positis, auctoritas publica potest et supponitur velle.

III. SPECIES.

De juribus per Legem Ecclesiasticam concessis.

Jura per legem ecclesiasticam concessa, sunt:

1° Jus *Dominii directi*,	2° Jus *Dominii utilis*,
1. Concessum monasteriis in bona religiosorum.	Concessum beneficiariis in fructus beneficiorum.
2. Concessum acquisitoribus bonorum ecclesiasticorum.	

CAPUT I.

De jure Dominii directi.

Jus dominii, vestitum omnibus proprietatibus hujusmodi juris, auctoritas ecclesiastica concessit, 1° in bona

religiosorum, monasteriis; 2° in bona ecclesiastica tempore Revolutionis usurpata, eorum acquisitoribus.

PUNCTUM I. *De jure concesso Monasteriis in bona religiosorum.*

I. Explicatio legis,

Jure naturali, religiosus votum paupertatis emittens privatur usu licito bonorum suorum, juxta tenorem voti et constitutionum societatis. —Probabiliùs tamen dominio bonorum suorum non privatur per votum paupertatis, etiam solemne. Rationes hujus opinionis, quæ ad scopum nostrum accidentaliter tantummodò pertinet, videri possunt apud *D. Carrière* (1).

Jure ecclesiastico communi, ad monasteria pertinent bona religiosorum propriè dictorum, non verò religiosorum impropriè dictorum. (Appellantur religiosi *propriè dicti*, qui solemnia vota emiserunt; *impropriè dicti*, qui simplicia tantùm).

Jure proprio Galliæ, religiosi propriè dicti erant quasi civiliter mortui, eorumque bona transibant ad successores.

Nunc, ex principiis in materiâ votorum ab Ecclesiâ admissis, nulli sunt in Galliâ religiosi propriè dicti. Solemnitas enim votorum exigit votum castitatis, obedientiæ et paupertatis perfectæ; porro in Galliâ impossibile est votum paupertatis perfectæ, cùm lex civilis conservet religioso jus in proprietates suas. Hæc est S. Pœnitentiariæ, saltem quoàd vota mulierum opi-

(1) *De Justitiâ*, n. 199.

nio (1), quæ, ob paritatem rationis, ad viros extendi debet.

Exceptione tamen speciali, solemnia fieri possunt vota à quibusdam religiosis emissa, non obstantibus legibus Galliæ. Sic S. Pontifex agnovit solemnitatem votorum à Benedictinis Solesmensibus emissorum.

II. Valor in foro conscientiæ.

Prædictæ dispositiones valent in foro conscientiæ. Facto enim, et consensu theologorum, canonistarum et Ecclesiæ constat auctoritatem ecclesiasticam potuisse simul et voluisse eos instituere

Punctum II. *De jure concesso Acquisitoribus bonorum ecclesiasticorum.*

Præmittenda : 1° Annis 1789, 1790 usurpata fuerunt à Conventu nationali bona ecclesiastica, et successim vendita.

2° Cessio horum bonorum facta est per Concordatum, anni 1801, inter Pium VII et Napoleonem, in quo legitur, art. 13 : « *Sanctitas Sua, pro pacis bono felicique religionis restitutione, declarat eos qui bona ecclesiæ alienata acquisierunt, molestiam nullam habituros, neque à Se, neque à Romanis Pontificibus successoribus suis, ac consequenter proprietas eorum bonorum, reditus et jura iis inhærentia, immutabilia penes ipsos erunt atque ab ipsis causam habentes.* »

(1) Pluribus responsis innotuit S. Pœnitentiariæ opinio. In specie referri potest responsum directum ad D. D. Bouvier, Ep. Cenoman., die 2 januarii 1836, in quo declaratur : « Monasteria (mulierum) « prout nunc in Galliis existunt, à Sede Apostolicâ, attentis peculia- « ribus circumstantiis, non tanquam ordines verè et propriè religio- « sos, sed uti piissimarum familias feminarum æstimari. »

3° Cessionem prædictam confirmavit Pius VII, anno 1817, in Bullâ *Commissa divinitùs*, in quâ legitur : « *Cùm verò Galliarum ecclesiæ in præteritâ rerum conversione suo fuerint orbatæ patrimonio, et ea quæ de peractis bonorum ecclesiasticorum alienationibus articulo* 13 *conventionis anni* 1801, *ex pacis studio decrevimus, suum jam effectum nacta sint, ac firma semper suoque in robore perstare debeant; hinc necessariò ipsarum dotationi aliâ utili dispositione consulentes...* » Quibus positis,

I. Explicatio legis.

Jure naturali, ante Concordatum respublica et acquisitores bonorum ecclesiasticorum nullum jus habebant in dicta bona. Invalidè enim usurpata et vendita fuerant.

Per Concordatum anni 1801 facta est horum bonorum concessio.

De concessionis extensione, quædam certa, quædam controversa.

Certa. 1° Concessio extenditur — ad bona per rempublicam occupata et legaliter alienata ante Concordatum ; — ad bona occupata ante Concordatum, sed legaliter alienata post Concordatum, ex declaratione Pii VII post Concordatum (1) ; — ad fructus bonorum

(1) « Ast omnem certè dubitationem tollunt nostra quæ pluribus « de eo argumento consultationibus dedimus responsa : declaratum « enim fuit haud semel, ut ex iis bonis quæ à gubernio quod tunc « dominabatur *occupata fuerunt ante memoratam conventionem, « atque post eam sunt vendita, ad legum præscripta quæ per id « temporis obtinuerunt*, possint emptores eadem tanquam propria « et in suum jus ac potestatem translata retinere, ac de iis liberè « disponere. » Breve Pii VII ad Ep. Pictaviensem, die 20 Octobris 1824.

prædictis modis acquisitorum ; — ad liberationem onerum merè temporalium erga Ecclesiam, v. g. ad census illis bonis inhærentes in favorem alicujus communitatis ecclesiasticæ ; — probabiliùs, ad liberationem onerum spiritualium, v. g. missarum aut eleemosynarum, cùm S. Pœnitentiaria pluriès responderit possessores *hortandos* esse tantùm ad satisfaciendum his oneribus (1).

2° Non extenditur — ad bona per rempublicam post Concordatum occupata ; — ad bona per privatos, sive ante, sive post Concordatum occupata et gubernio celata ; — ad bona illegaliter vendita ; ad — onera erga privatos, v. g. census debitos privatè, aut familiæ ; nam S. Pontifex non potest de bonis privatorum disponere ; — ad census Ecclesiæ debitos, qui nec gubernio, nec Ecclesiæ fuerunt soluti.

Controvertitur utrùm concessio extendatur ad census qui gubernio fuerunt soluti. — Quidam arbitrantur

(1) « S. Pœnitentiaria, de expressâ Apostolicâ auctoritate, consulenti oratori declarat, bona ecclesiastica à gubernio Gallico occupata ante conventionem initam, anno 1801, inter S. Sedem et gubernium Gallicum, in plenâ acquirentium proprietate esse, adeò ut ea retinere, iis gaudere atque alienare etiam illa tutò ac liberè possint, in foro tum externo tum interno, dummodò tamen acquisitio facta fuerit secundum leges tunc vigentes. *Hortatur* tamen acquirentes istos ut pro suâ pietate ac religione *satisfacere velint* piis missarum, eleemosynarum aliarumque rerum similium oneribus, quæ bonis illis olim forsan infixa erant. Sin autem bona ista ecclesiastica occupata fuerint post prædictam conventionem, declarat eadem S. Pœnitentiaria acquisitores, si ad S. Sedem pro conscientiæ suæ remedio recurrant, eorumdem bonorum retinendorum facultatem non obtenturos, nisi conditionibus istis : 1. ut ea retineant ad nutum Ecclesiæ ; 2. ut satisfaciant piis oneribus quæ iisdem bonis fortassè infixa sint ; 3. tandem ut hæredes suos moneant de hisce ipsis obligationibus. » Responsum S. Pœnitentiariæ ad D. D. Bouvier, Ep. Cenoman. die 20 martii 1818.

concessionem extendi ad hos census sicut et ad bona. Undè liberi sunt debitores, si gubernio solverint ante Concordatum ; vel etiam post Concordatum, modò census ante Concordatum sibi appropriaverit gubernium. — Alii verò dicunt concessionem non extendi ad census ; nam de bonis usurpatis, non de censibus loquitur. Undè in quâlibet hypothesi debitores manent obligati. Pro hâc opinione stare videtur *D. Carrière* (1).

II. Valor in foro conscientiæ.

Concessio prædicta valet in foro conscientiæ. Ex omnium enim catholicorum consensu, S. Pontifex potuit voluitque per Concordatum jus concedere.

CAPUT II.

De jure Dominii utilis concesso Beneficiariis in fructus beneficiorum.

Præmittenda : 1° Per fructus beneficiorum hìc intelligimus reditus bonorum ad Ecclesiam pertinentium et muneribus ecclesiasticis assignatorum.

2° In Gallià pensio quæ episcopis, canonicis et parochis solvitur, habenda est ut fructus beneficii. Fuit enim in compensationem bonorum ecclesiasticorum concessa, eorum proindè naturam induit. In hoc sensu pluriès respondit S. Pœnitentiaria (2).

(1) *De Justitiâ*, n. 137.

(2) « Q. An salaria quæ in Belgio à gubernio solvuntur pastoribus et « canonicis induant naturam beneficiorum seu bonorum ecclesiasti-

3° Communiùs nunc habetur probabilior opinio eorum qui contendunt non æquivalere fructibus beneficiorum, quamvis occasione muneris ecclesiastici percipiantur, distributiones chorales ; jura curalia seu, ut aiunt, reditus stolæ ; missarum stipendia. Hæc enim à fidelibus conferuntur, non Ecclesiæ, sed parocho ut quædam oblatio et remuneratio temporis consecrati

« corum, et annexam habeant obligationem inhærentem his bonis, « scilicet strictam et canonicam obligationem expendendi superflua « pauperibus seu piis causis, et residentiæ sub pœnâ non faciendi « fructus suos ? — R. S. Pœnitentiaria perpensis expositis respondet, « jam aliàs à S. Sede de consilio selectæ congregationis responsum « fuisse *affirmativè*. » Resp. 19 januar. 1819. — Hoc quidem respicit Belgium, sed evidens est idem dicendum in Galliâ, propter identitatem statûs.

Referri potest alia responsio diei 9 Januar, 1823, pro diæces. Monspeliensi. Hæc erant dubia : « 1° An sacerdotes habeant domi- « nium perfectum in bona quasi-patrimonialia, licet hæc sententia « videatur contraria verbis SS. Patrum primis Ecclesiæ temporibus, « ei autem favente Benedict. XIV, *de Beat. serv. Dei*, l. 3, c. 34. — « 2° An honoraria sacerdotibus à gubernio data, seu ex functioni- « bus ecclesiasticis provenientia, sint bona quasi-patrimonialia. » Sequenti modo fuit responsum : « S. Pœnitentiaria ad proposita du- « bia ita respondendum censuit. Ad 1. Equidem S. Pontificem Bene- « dictum XIV loc. cit. docuisse ecclesiasticos homines bonorum « patrimonialium et quasi-patrimonialium dominium habere, adeo « ut possint eorum redditus sibi retinere, vel etiam aliis pro libitò « elargiri, ex sententiâ Doctoris Angelici, et ex aliquibus sacris ca- « nonibus quos orator consulere poterit. — Ad 2. Aliàs fuisse à se- « lectâ congregatione S. R. E. Cardinalium responsum : quod si « agatur de pensionibus constitutis loco redditûum quos beneficiarii « antèà percipiebant ex fundis, seu dote suorum beneficiorum, eos « censeri redditus ecclesiasticos, non quasi-patrimoniales. Secùs « vero, si agatur de stipendiis quæ dantur laborantibus inserviendo « Ecclesiæ et functionibus ecclesiasticis tanquam merces operis, et « ad operantis sustentationem : hæc enim bona censentur quasi- « patrimonialia. »

muneribus ecclesiasticis obeundis.— Quibus positis,

I. Explicatio legis.

Jure naturali, dominium directum et utile bonorum ecclesiasticorum ad Ecclesiam pertinet.

Lege autem *ecclesiasticâ*, quoddam jus in hæc bona beneficiariis conceditur.

De extensione hujus juris quædam certa, quædam controversa.

Certa. 1° Beneficiarius non habet dominium directum in hæc bona.

2° Habet verò dominium utile, vi cujus potest uti prædictis bonis ad sustentationem honestam, seu statui et dignitati convenientem, etiamsi aliundè possideat propria bona quibus decenter vivere possit; proindè dominium habet in bona ecclesiastica parcimonialia, seu quæ seponit parcè vivendo ex fructibus beneficii, et quæ honestè vivendo consumere potuisset.

3° Aliquo titulo tenetur reditus bonorum ecclesiasticorum superfluos in pios usus, sub pœnâ peccati mortalis, impendere.

Controvertitur autem utrùm obligatio reditus superfluos in usus pios erogandi sit ex justitiâ, an ex charitate et obedientiâ tantùm.— Duplex opinio.

Prima affirmat obligationem ex justitiâ (1). — Quia 1° juxta SS. Patres et Concilia, bona ecclesiastica dicuntur *patrimonium Christi et pauperum;* clerici *bonorum Ecclesiæ dispensatores*, ac proindè *rapinæ rei*,

(1) Ità Navarrus, quæst. II, monit. 7; Antoine, *de Oblig.* cap. 1, quæst. 5; Collet; S. Ligorius, lib. III, n. 492; D. D. Bouvier; D. Carrière, n. 162.

si hæc bona in usus profanos impendant. — 2° Hanc obligationem fideles Ecclesiæ, Ecclesia beneficiariis imposuisse censentur. — 3° Concedunt adversarii hanc obligationem primitùs fuisse impositam; affirmant verò illam fuisse abrogatam per bonorum Ecclesiæ divisionem, in quâ sua pauperibus et sua fabricis pars concessa fuit. Porro falsa ratio : Nam 1, etiam concesso facto, pars bonorum ecclesiasticorum tributa clericis manet gravata obligatione ex justitiâ ejus naturæ inhærente. 2. Dubia est allata divisio, ac proindè practicè permanet obligatio ex justitiâ primitùs existens.

Secunda negat, (1) sequentibus rationibus nixa: 1° Obligatio superfluum in usus pios erogandi non est realis, cùm nulli fructuum parti sit annexa; ergo personalis est, ac proindè non ex justitiâ. — 2° In divisione bonorum ecclesiasticorum pauperes et fabricæ partem suam receperunt, nullum jus proindè repetere possunt. — 3° Ex jure canonico, cap. *Commissâ*, de Electione in 6° : « *Suscipiens parochiam sine animo accipiendi sacerdotium intra annum non facit suos fructus beneficii.* » Ergo qui conditionem implet facit fructus suos, id est, dominium habet in fructus ; à pari de aliis. — 4° Qui possidet censetur justè possidere, nisi contrarium constet ; porro beneficiarius possidet, nec probatur ejus possessionis injustitia. Ergo.

Nec Concilium Tridentinum, nec Benedictus XIV quæstionem dirimere voluerunt. Utraque libera est ; prior tamen probabilior videtur, saltem practicè.

(1) Dom. Soto, lib. X, quæst. 4, art. 3 ; Lessius, lib. II, cap. 4, n. 43 ; De Lugo, D. 4, n. 2 ; Salmanticens. cap. II, n. 155 ; Sylvius ; Billuart.

Proprietates juris prædicti quoàd durationem ex tractatu *de Beneficiis* pendent. Eas omittimus.

II. Valor in foro conscientiæ.

Valent in foro conscientiæ dispositiones suprà expositæ, ob rationes sub titulo præcedenti indicatas.

SECUNDA PARS.

DE CONSECTARIIS

JURIS.

Positâ juris existentiâ, 1° sequitur obligatio non violandi jus alienum, jus alienum restituendi; seu, quod idem est, *Lex justitiæ*. — 2° Ex principiis legis justitiæ solvuntur quæstiones de justitiâ, de obligatione aut non obligatione restituendi in casibus particularibus.

Indè dicendum 1° de Consectariis *primariis* juris, seu de Lege justitiæ; 2° de Consectariis *secundariis*, seu de corollariis Legis justitiæ.

DISPUTATIO I.

DE CONSECTARIIS

PRIMARIIS,

SEU

DE LEGE JUSTITIÆ.

Sub hoc titulo exponenda sunt, 1° Principia *directa;*

2° Principia *reflexa*, id est, principia casibus dubiis applicanda in materiâ justitiæ.

CAPUT I.

De Principiis Directis;

SEU, DE LEGE JUSTITIÆ IN SE CONSIDERATA.

In Lege justitiæ duplex præceptum: unum scilicet *negativum*, quo prohibetur injustitia; alterum verò affirmativum, quo præcipitur restitutio.

De utriusque præcepti Existentiâ et Explicatione dicendum.

ARTICULUS I.

De Præcepto Negativo.

§ 1. Existentia præcepti.

Quær. *Utrùm existat præceptum prohibens injustitiam strictam?*

Præmittendum: Injustitia in genere est *violatio juris alieni*.—Violatio juris: Id est, actus juri oppositus. —Alieni: Homo erga semetipsum injustus esse non potest.

In varias species dividitur, proùt consideratur quoàd jus violatum, quoàd modum violationis.

Quoàd jus violatum, dicitur *stricta*, aut *non stricta*,

proùt jus violatum est strictum, aut non strictum. De solo jure stricto hìc agitur.

Quoàd modum violationis, potest esse merè materialis, merè formalis, materialis simul et formalis.— *Merè materialis*, si sit realis, et fiat per actum *hominis*; — *Merè formalis*, si non sit realis, et fiat per actum humanum; — *Materialis et formalis*, si sit realis, et fiat per actum humanum.

Quibus positis,

Resp. Existit præceptum prohibens injustitiam strictam, seu violationem juris stricti.

Prob. Vera proposito, si jus sit inviolabile; porro res ità est.

Constat 1° *ex Ratione*. 1. Jus omne, ac proindè jus strictum est naturâ suâ inviolabile.—2. Objectum juris stricti, ex suprà dictis, est quasi extensio personæ. Ergo inviolabile est, si persona sit inviolabilis: porrò inviolabilem esse personam nemini dubium esse potest. —3. Si jus strictum non esset inviolabile; ergo quisque legitimè posset attentare juri alterius. Proindè jus juri opponeretur; quod impossibile est, cùm omne jus oriatur à Deo. Proindè hominum personæ et bona contra vim externam non protegerentur; quod repugnat fini juris, bonitati et sapientiæ Dei.

Constat 2° *ex consensu hominum*, qui unanimi ore admittunt jus esse inviolabile.

Constat 3° *ex Scripturâ* et *doctrinâ Ecclesiæ*. Furtum enim prohibent; quod supponit jus esse inviolabile.

§ 2. EXPLICATIO PRÆCEPTI.

Dicendum 1° de Subjecto; 2° de Objecto; 3° de Intensitate præcepti.

Punctum I. *De Subjecto.*

Quær, *Quibus imponatur præceptum?*

Resp. Omnibus hominibus. Nam, ex dictis, jus est essentialiter, ac proindè pro omnibus inviolabile.

Punctum II. *De Objecto.*

Objectum considerari potest 1° in se; 2° quoàd circumstantias.

I. De Objecto in se.

Quær. *Quid prohibeat præceptum?*

Resp. Prohibet omnia et sola facta conditionibus injustitiæ strictæ vestita, sive jus proximi lædatur in bonis possessis, sive in bonis speratis.

Propositio, cùm sit evidens, non indiget probatione.

Explicandæ autem sunt conditiones injustitiæ, sive jus proximi lædatur in bonis possessis, sive in bonis speratis.

1° *In bonis possessis.*

Ut factum dici possit *strictè injustum*, requiritur ut juri *stricto* et *actuali* sit *oppositum.*

Dicimus 1°: « Juri stricto. » Nam, ut suprà vidimus, si non adsit læsio, nulla injustitia.

Dicimus 2°: « Et actuali. » Si enim jus anteà existens cessaverit instanti læsionis, factum non potest esse juri oppositum, nec proinde injustum.

Cessat autem—jus quodlibet alienabile, per renuntiationem subjecti, sive subjectum renuntiet *facto*, id est, realiter; sive renuntiet *jure*, id est, teneatur renuntiare; — jus dependens à dominio alterius, per voluntatem superioris à quo pendet; — modò in duplici casu voluntas sit probata.

Cessat per renuntiationem subjecti: Siquidem, in hypothesi datâ, subjectum juri suo renuntiare potest aut debet; indè axioma: « *Scienti, et liberè validèque volenti non fit injuria.* » — Per voluntatem superioris: Siquidem, in hypothesi, superior potest validè abrogare jus inferioris. Sic Deus abrogavit jus Ægyptiorum in vasa à Judæis ablata. Sic auctoritas civilis abrogat jus dominii in fundum præscriptum. — Modò voluntas sit probata: Hoc requiritur, cùm factum non sit præsumendum, sed probandum. Hoc sufficit, parùm enim refert utrùm voluntas fuerit explicita vel implicita, modò reverà existat.

Dicimus 3°: « Oppositum. » Factum opponitur juri, si sit causa damni *directa* etiam seposito contractu; si causa *occasionalis* aut *negativa*, posito contractu, vel quasi-contractu.

Factum appellatur *causa directa* damni, si ex positione facti damnum fluat spontè, seu naturaliter; — *occasionalis*, si non spontè, sed indirectè tantùm; — *negativa*, si damnum oriatur ex omissione facti.

Juri autem opponitur *causa directa*, etiam seposito contractu. Nam causa directa est injusta per se; cùm ex unâ parte læsus possit vi sui juris prohibere quidquid juri suo naturâ contradicit, et ex aliâ parte causa directa naturâ suâ juri contradicat. — Non opponitur *causa occasionalis* aut *negativa*, seposito contractu aut quasi-contractu. Siquidem, vi sui juris, læsus potest prohibere tantùm facta juri suo naturaliter opposita; atqui causa occasionalis aut negativa juri suo naturâ non opponitur. — Attamen opponitur in casu contractûs aut quasi-contractûs. In hàc enim hypothesi lædens re-

nuntiavit juri suo in gratiam læsi; proindè injustum est ejus factum, quamvis tantùm occasionale aut negativum.

2° *In bonis speratis.*

Quoàd illa bona distinguendum: vel læsus habet jus strictum; vel non.

Prima hypothesis. Si læsus habeat jus strictum, v. g. si agatur de pecuniâ ex delicto debitâ; solvenda quæstio ex principiis immediatè præcedentibus.

Secunda hypothesis. Si læsus non habeat jus strictum, v. g. si privetur à consecutione hæreditatis quam sperat; ut factum sit strictè injustum, requiritur ut lædat spem legitimam et actualem, minuendo libertatem sperantis aut ejus à quo speratur. Ità communissimè.

Dicimus 1°: « Lædat spem legitimam. » In hypothesi contrariâ, sperans non habet jus ad objectum spei, ac proindè læsio non potest esse injusta. Porro in specie spes illegitima esset, si res sperata obtineri non posset absque injustitiâ, ut evidens est; vel absque peccato, peccato cadente in substantiam rei, v. g. in meretricio; quia nemo jus strictum habet ad rem substantialiter malam.

Dicimus 2°: « et actualem. » Si enim sperans fuisset per voluntatem superioris aut renuntiationem suam, privatus jure ad rem speratam, erga eum læsio non esset injusta.

Dicimus 3°: « minuendo libertatem sperantis. » Requiritur ut ejus libertas minuatur. Si enim determinaretur ad renuntiandum per media nec destruentia nec minuentia libertatem, assentiret damno quod pateretur, ac proindè ipsi non irrogaretur injuria, « *scienti et liberè*

validèque volenti non fit injuria. » — Sufficit ut libertas minuatur. Si enim vis aut fraus adhibeatur, sperans non cedit liberè jus suum ; injusta sunt proindè actionis consectaria naturaliter sequentia, scilicet privatio, non quidem rei speratæ ad quam læsus non habet jus strictum, sed spei ad quam jus habet.

Dicimus 4° : « aut ejus à quo speratur. » Requiritur ut ejus libertas minuatur : Si enim ille à quo speratur plenam conservet libertatem, nulla injustitia erga sperantem ; cùm, ex omnium consensu, vi juris ad spem, sperans non possit actus prohibere qui non lædunt libertatem ejus à quo bonum speratur. — Sufficit ut libertas minuatur : Nam, ex omnium consensu, vi juris ad spem, sperans potest prohibere actus lædentes libertatem ejus à quo speratur. —Porro libertatem minuunt fraus, violentia, calumniæ, preces importunæ. Non minuunt consilia, exhortationes, preces ordinariæ.

II. De Objecto QUOAD CIRCUMSTANTIAS.

Quær. *Quænam sit duratio obligationis impositæ?*

Resp. Præceptum obligat quandiù jus existit. Nam ex naturâ juris sequitur necessariò obligatio illud non violandi.

PUNCTUM III. *De Intensitate.*

Quær. *Utrùm præceptum obliget sub gravi, an sub levi?*

Resp. Obligat sub gravi in materiâ gravi, sub levi in materiâ levi. Præceptum enim sequitur necessariò ex naturâ juris, ergo est naturale ; atqui intensitas præcepti naturalis est semper proportionata materiæ.

Porro, ut materia sit gravis, relativè ad legem jus-

titiæ, requiritur ut objectum læsionis et oppositio læsi sint gravia. — Objectum sit grave: Alioquin læsio leviter tantùm opponeretur præcepto. Gravitas autem objecti ex valore pecuniæ pendet. Nunc juxta *D. D. Gousset* et *D. Carrière,* valor gravis æquivalet circiter quinque aut sex francis (1). — Oppositio sit gravis: Læsio enim non esset injusta, si læsus non esset invitus; ergo à pari non potest esse graviter injusta, etiam in materiâ gravi, si læsus non sit graviter invitus. — Relativè ad legem justitiæ: Nam gravitas læsionis relativè ad legem charitatis non est absoluta; sed pendet à gravitate mali læso illati, pro conditione personarum; id est, materia, respectu divitis levis, potest esse gravis et gravissima relativè ad pauperem.

Ex hoc principio sequentes deducuntur solutiones: 1° de injustitiis minutis; 2° de injustitiis famulorum erga dominos; 3° filiorum erga parentes, et uxoris erga maritum.

I. De Injustitiis minutis.

1° Læsiones minutæ constituunt injustitiam gravem, — certè, si lædant jus ejusdem personæ, quamvis diversis vicibus; — probabiliùs, si plurium personarum eâdem vice aut diversis vicibus; — modò in utroque casu sint inter se moraliter unitæ, et materiam gravem constituant.

Certè, si lædant jus ejusdem personæ: Nam, ex hypothesi, injustitiæ partiales simul unitæ constituunt

(1) D. D. Gousset, *Theol. mor.* T. I, n. 980; D. Carrière, *De Justitiâ*, T. III, n. 987.

materiam ac proindè injustitiam gravem, cui læsus est ordinariè graviter invitus.

Probabiliùs, si diversarum personarum : De hâc quæstione dissentiunt theologi. Quidam affirmant injuriam non esse gravem ; quia, si plures lædantur, injuria cuique illata est levis. Alii, quorum communior ac proindè saltem ab extrinseco probabilior est opinio, affirmant læsionem esse gravem ; quia injuria gravis infertur, non singulis quidem, sed læsorum societati quæ censetur graviter invita.— Eâdem vice aut diversis vicibus : Eadem est enim ratio in utroque casu.

Modò sint inter se moraliter unitæ : Alioquin non constituerent quid unum grave. Læsiones autem uniuntur : 1. intentione complendi gravem materiam per injustitias minutas, juxta *S. Lig.* (1) ; 2. si inter se non distent ultra duos menses.— Et modò materiam gravem constituant : Hoc evidens est.

2° In læsionibus minutis, ad injustitiam gravem requiritur quantitas gravior quam in aliis ; quia læsi sunt minùs inviti.

Porro, si injustitiæ minutæ fiant eidem personæ diversis vicibus, aut unâ vice diversis personis, ut materia sit gravis, requiritur ut excedat dimidiâ parte summam communiter requisitam ad constituendam injustitiam gravem. Si fiant tùm diversis personis, tùm diversis vicibus, requiritur materia duplò major.

II. De injustitiis famulorum erga dominos.

Major quantitas requiritur ad injustitiam gravem in furtis comestibilium quæ non solent cautè servari ; in

(1) *Theol. mor.*, lib. III, n. 530.

aliis materiis quantitas ordinaria sufficit. Siquidem in primo casu dominus est minùs invitus erga famulos, quàm erga extraneos; æqualiter verò invitus in secundo casu.

III. De injustitiis filiorum et uxorum.

Major quantitas requiritur; quia minùs sunt rationabiliter inviti parentes erga filios, maritus erga uxorem. Quantitatis augmentatio determinanda est ex liberalitate præsumptâ parentùm erga filios, mariti erga uxorem.

ARTICULUS II.

De Præcepto Affirmativo,

SEU, DE RESTITUTIONE.

§ 1. EXISTENTIA PRÆCEPTI.

Quær. *Utrùm ratione injustitiæ homo teneatur ad restitutionem?*

Restitutio est: *Redintegratio juris alieni*, seu actus quo personæ læsæ redditur jus suum.

Ut suprà diximus, injustitia est non stricta, vel stricta. Injustitia stricta potest esse merè formalis, merè materialis, materialis simul et formalis.— Undè quadruplex quæstio: 1° Utrùm homo teneatur ad restitutionem ratione injustitiæ non strictæ; 2° Utrùm ratione injustitiæ strictæ merè formalis; 3° merè materialis; 4° materialis simul et formalis?

Quæst. 1ª *Utrùm... ratione injustitiæ non strictæ?*

Resp. Negativè. Quia 1° cùm jus non sit strictum, læsus non potest rigorosè exigere ut objectum potestati suæ subjiciatur ; ac proindè lædens non tenetur strictè ad restitutionem. — 2° Propositionem unanimi ore admittunt theologi.

Quæst. 2ª *Utrùm... ratione injustitiæ merè formalis ?*

Resp. Negativè. Homo enim per injustitiam merè formalem nullum jus realiter lædens ad nullam restitutionem tenetur.

Quæst. 3ª *Utrùm... ratione injustitiæ merè materialis ?*

Resp. Vel injustitiæ materiali nulla adjungitur circumstantia extrinseca, vel additur contractus, aut culpa merè juridica.

1° Si nulla adjungatur circumstantia, homo non tenetur. Nam injustitia merè materialis non est homini imputabilis, ex eâ proindè nulla obligatio moralis exurgere potest.

2° Si adjungatur contractus, quo lædens susceperit obligationem restituendi etiam ex culpâ merè materiali ; tenetur ad restitutionem vi contractûs.

3° Si adjungatur culpa merè juridica, controvertitur quæstio.

Culpa *merè juridica* dicitur omissio diligentiæ ex quâ alteri damnum evenit, omissio à jure imputata, etiam deficiente culpâ theologicâ.

De hâc quæstione triplex opinio. — *Prima* affirmat obligationem, etiam ante sententiam judicis. Lex enim fundatur in præsumptione periculi negligentiæ, ac proindè ante sententiam obligat. — *Secunda* negat obli-

gationem. Quia lex fundatur in præsumptione falsâ negligentiæ theologicè culpabilis.—*Tertia*, communior et probabilior (1), negat obligationem ante sententiam, affirmat verò post sententiam judicis. Quia lædens tenetur ad restitutionem per modum pœnæ ; porro pœna gravis et activa non obligat ante, benè verò post sententiam judicis.

Quæst. 4ª *Utrùm... ratione injustitiæ materialis simul et formalis ?*

Resp. Quædam certa, quædam controversa.

Certa :

1° Lædens ad restitutionem tenetur ratione injustitiæ materialis et formalis vitandæ ; id est, qui rem alienam bonâ fide possidet, hanc reddere tenetur statim ac cognoscitur aliena. Alioquin possessionis injustitia, quæ est tantùm materialis bonâ fide durante, fieret formalis eâ cessante.

2° Generaliter tenetur ratione injustitiæ materialis simul et formalis reparandæ.

Prob. 1° *Ex Ratione.* 1. Prohibetur injustitia, ergo ejus continuatio ; ergo præcipitur restitutio, si per illam tantùm injustitia cessare possit, atqui res ità est. Jus enim, cùm sit relatio moralis inter subjectum et objectum non potest cessare per ablationem aut destructionem rei ; ergo læsio juris, seu injustitia durat, quandiù res non fuit restituta domino ; ac proindè per solam restitutionem cessare potest. 2. Lædens ad restitutionem

(1) Ità communiter theologi recentiores, D. D. Gousset, *Theol. mor.*, T. I, n. 941 ; D. D. Bouvier ; D. Carrière, T. III, n. 1145 ; P. Gury, *Compend. Theol. mor.*, T. I, n. 634.

tenetur, si læsus possit eam præcipere ; porro hoc certum. Nam dominus rei potest, vi sui juris, exigere ut res sit et maneat in suâ potestate, ut sibi proindè reddatur, quandiù jus non amisit ; atqui, ut suprà diximus nec substractione nec destructione objecti jus amittitur. — 2° *Ex Scripturâ*, Ezech. 33, 14 : « *Si autem dixero impio : morte morieris : et egerit pœnitentiam à peccato suo, feceritque judicium et justitiam, et pignus restituerit ille impius, rapinamque reddiderit... vitâ vivet, et non morietur.* » — 3° *Ex consensu SS. Patrum.* Sic in particulari *S. August.* Ep. 153 ad Macedon. : « *Non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum.... cùm restitui potest.* » — 4° Propositio nostra etiam probatur fide Ecclesiæ et consensu omnium Doctorum.

Controversa :

Quatuor præcipuè controvertuntur.

1ª Q. *Utrùm homo teneatur ad restitutionem ratione injustitiæ materialis, formalis in se quidem, non verò relativè ad læsum ?* (v. g. quidam incendit domum amici, credens incendere domum inimici).

R. De hâc quæstione, triplex opinio. — *Prima* affirmat (1) siquidem lædens est injustus materialiter, ex hypothesi ; formaliter, quia scienter et liberè jus alterius violavit. —*Secunda* negat. Si lædens teneretur, vel erga personam quam lædere intendebat, vel erga personam reverà læsam. Porro non erga personam quam lædere intendebat, quia injustitia huic personæ illata

(1) Ità Vogler, n. 202 ; Bonacina ; Sanchez ; et inter recentiores D. D. Gousset, T. I, n. 948 ; D. D. Bouvier ; D. Carrière, T. II, n. 724 ; P. Gury, T. I, n. 638.

non fuit formalis. — *Tertia* opinio, quam amplectitur *S. Ligorius* (1), distinguit : Affirmat obligationem quoàd furtum, nam fur utilitatem suam intendit ex appropriatione rei alterius, quicumque sit. Negat quoàd damnificationem, ob rationes secundæ opinionis.

Prima opinio communior est fatente *S. Ligorio* ; probabilior quoque nobis videtur.

2ª Q. *Utrùm homo teneatur ad restitutionem, ratione injustitiæ gravis materialiter, levis formaliter ?* (v. g. si, ex inadvertentiâ venialiter culpabili, grave damnum inferatur).

R. Duplex opinio. — *Prima* affirmat obligationem restituendi ; quia injustitia fuit materialis et formalis. —Obligatio autem est juxta quosdam, ad totum sub gravi ; quia injustitia materialis et formalis grave damnum intulit ; — ad totum sub levi, juxta alios. Ad totum ob rationem præcedentem ; sub levi : culpa nempè fuit levis ; — ad partem peccato proportionatam, juxta tertiam sententiam. Obligatio ad totum esset vel sub levi, vel sub gravi ; neutrum dici potest. Nec sub levi, cùm materia sit gravis ; nec sub gravi cùm culpa sit levis.

Secunda opinio, communior et probabilior, negat omninò obligationem (2). Quia 1. obligatio, si existeret, esset sub levi aut sub gravi ; porro neutrum dici potest, ob rationes modò expositas. Quia 2. homines censentur hujusmodi culpas sibi invicem condonare, aliter enim vita socialis esset nimis onerosa.

(1) S. Lig. *Theol. mor.* Lib, III, n. 629.

(2) Ità Lessius, Sanchez, De Lugo, etc. quos videre est apud S. Lig.., libr. III, n. 552 ; et plerique nostri recentiores.

3ª Q. *Utrùm homo teneatur ad restitutionem ratione influxûs materialiter tantùm injusti, cujus effectum non impedivit, quamvis impedire potuisset?*

R. Duplex opinio. — *Prima* negat obligationem. Factum enim primò materialiter injustum haberi potest ut factum merè materiale, quod nemo ex justitiâ impedire tenetur, nisi prævio contractu aut quasi-contractu. — *Secunda*, communissima et probabilior, affirmat obligationem. Quisque enim tenetur ex justitiâ impedire ne actio sua proximo noceat; ergo etiam tenetur impedire ne perseveret malum ex actione suâ secutum, tenetur proindè ad restitutionem, si non impediat.

4ª Q. *Utrùm homo tenetur ad restitutionem ratione influxûs injusti quidem, sed ante damnum retractati?*

R. Vel retractatio fuit de se insufficiens ad avertendum damnum, vel fuit sufficiens.

1° Tenetur, si retractatio fuerit de se insufficiens; v. g. merè interna; aut externa quidem, sed damno ponens tantùm obices de se insufficientes. Damnum enim, non obstante retractatione, realiter sequitur ex influxu materialiter et formaliter injusto.

2° Si de se sufficiens: Duplex opinio. — *Prima* negat obligationem. Nam primus influxus destruitur per retractationem, damnum proindè huic non est imputabile. — *Secunda*, quam admittit *S. Ligorius* (1), affirmat obligationem. Quia, cum retractatio non fuerit efficax, damnum primo influxui semper est imputandum.

(1) Lib. III, n. 559.

Corol. Ergo rationes ad restitutionem obligantes, *seu radices* restitutionis, sunt :

1° Injustitia materialis, comitante vel contractu, vel culpâ juridicâ cum sententiâ judicis.

2° Injustitia formalis — prævenienda, quæ apud theologos dicitur *mera detentio*, possessio bonæ fidei ; — reparanda, id est, læsio formaliter injusta ; sive oriatur ex *damnificatione*, *ablatione*, *detentione*. Undè videre est lædentem posse ratione injustitiæ formalis obligari, vel absque, vel ex delicto.

Nota. Initio tractatûs, diximus legem justitiæ esse *consectarium juris*. Veritas hujus propositionis ex dictis patet ; vidimus enim prohibitionem injustitiæ strictæ concludi ex naturâ juris stricti, et obligationem restitutionis deduci ex prohibitione injustitiæ.

§ 2. Explicatio præcepti.

Ut suprà, de Subjecto, de Objecto, de Intensitate.

Punctum I. *De Subjecto*.

Quær. *Quinam teneantur ad restitutionem?*

Resp. Omnes qui jus strictum læserunt per factum radicem restitutionis ; post eorum mortem, qui eos repræsentant quoàd debita et onera. — Qui jus strictum læserunt : obligatio ad restitutionem oritur ex læsione juris stricti per factum radicem restitutionis ; ergo attingit eos omnes qui hujusmodi factum posuerunt. — Post eorum mortem, qui defunctum repræsentant quoàd debita et onera : hoc evidens est.

Porro quoàd debita et onera defunctum repræsentant : hæredes legales ; legatarii universales ; legatarii

titulo universali ; legatarii titulo particulari, in triplici casu tantùm.—Dicuntur hæredes *legales*, qui succedunt vi legis ; legatarii *universales*, quibus testator dat universalitatem bonorum quæ post mortem relicturus est ; legatarii *titulo universali*, quibus testator dat quotam partem bonorum, v. g. dimidiam aut tertiam ; legatarii *titulo particulari*, quibus testator dat objectum in particulari designatum.

1° Defunctum quoàd debita et onera repræsentat hæres legatarius universalis aut titulo universali. Obligatâ nempè personâ, obligantur simul ejus bona quæ fiunt quasi pignora ejus creditorum ; ad successores ergo transeunt bona hoc onere gravata. Indè successores prædicti, fictione juris, quoàd jura et onera auctorem suum repræsentant.

2° Generaliter loquendo, defunctum non repræsentant legatarii titulo particulari. Testator enim vult ut res sic legata transeat legatario oneribus exempta. Indè, quoàd debita et onera, legatarius titulo particulari non repræsentat defunctum.

3° Attamen legatarii particulares defunctum repræsentant quoàd debita et onera in triplici casu, scilicet : 1. Si res legata non pertinuerit ad testatorem. Nam testator jure privatus, jus transmittere non potuit ; legatarius proindè loco testatoris tenetur ad restitutionem. —2. Si hæreditas non sufficiat. Nam testator legatum particulare concedere poterat sub hâc conditione tantùm, scilicet, si aliundè hæreditas sufficiat debitis et oneribus solvendis. — 3. Si legatum sit gravatum hypothecâ. Nam creditor hypothecarius non potuit jure suo à testatore privari.

In ultimo casu, legatarius recursum haberet contra alios successores; quia debitum ab ipso solutum erat onus hæreditatis.—In duobus præcedentibus, non haberet recursum; quia testator concedit legatario titulo particulari solummodò jus in legatum, non verò in hæreditatem.

PUNCTUM II. *De Objecto.*

Dicendum, ut suprà, de objecto: 1° in se; 2° quoàd circumstantias.

I. De Objecto IN SE.

Quær. *Ad quid obliget præceptum?*

Resp. Obligat ad reparationem damni per injustitiam strictam illati.

II. De Objecto QUOAD CIRCUMSTANTIAS.

1° Quantùm; 2° Cui; 3° Quandò; 4° Ubi; 5° Cujus expensis; 6° Cujus periculo restituendum sit?

QUÆST. 1ª. *Quantùm restituendum sit?*

Resp. Duplex hypothesis fingi potest: 1° restitutio fit à lædentibus; 2° fit ab iis qui lædentes repræsentant.

Prima hypothesis. — Restitutio fit à lædente.

Iterùm supponi potest factum, restitutionis radicem, positum fuisse ab uno; vel à pluribus.

I. Si *ab uno* positum fuerit factum:

In genere restituendum est, quantùm exigit radix restitutionis.

In specie, 1° Si obligatio oriatur à contractu, lædens tenetur restituere juxta tenorem contractûs.

2° Si oriatur à sententiâ, tenetur restituere juxta tenorem sententiæ justæ.

3° Si oriatur ex injustitiâ materiali et formali prævenicndâ, seu ex merâ possessione : tenetur ; 1. restituere rem, si existat ; res enim pertinet ad dominum ; 2. restituere id quo factus est ditior parcendo rebus suis, si res non exstet ; siquidem id quo factus est ditior repræsentat rem consumptam.

Non tenetur autem : 1. restituere valorem rei, si non factus fuerit ditior. Si teneretur, vel ratione damni domino illati, vel ratione possessionis. Porro, non ratione damni : positâ enim bonâ fide, damnum non fuit formaliter injustum. Non ratione possessionis : nam, ex hypothesi, non possidet rem alterius, nec ejus æquivalens. — Non tenetur 2. restituere fructus aut eorum valorem ; siquidem, concessione legis validâ in foro conscientiæ, fructus pertinent ad possessorem bonæ fidei (1). — Non tenetur 3. reparare damna ex possessione sequentia ; nam supponitur bona fides, ergo damna nec fuerunt prævisa, nec potuerunt et debuerunt prævideri, proindè non fuerunt formaliter injusta.

4° Si oriatur ex injustitiâ materiali et formali reparandâ, seu ex delicto : lædens tenetur. 1. restituere rem et ejus fructus naturales, civiles, mixtos quatenùs sunt naturales et civiles, si existant ; res enim ac proindè ejus fructus ad dominum pertinent. — Tenetur 2. restituere valorem rei et fructuum, si non existant ; nam læsus eorum possessione privatus est per injustitiam formalem lædentis. Attamen non tenetur restituere fructus in-

(1) Communiùs dicunt recentiores hanc dispositionem legis valere in foro conscientiæ. Ità D. Vernier, n. 564 ; D. Carrière, T. III, n. 1054 ; P. Gury, T. I, n. 615.

dustriales; pertinent enim ad eum qui eos produxit, non ad dominum rei.—Tenetur 3. reparare damna ex facto injusto proximè aut remotè emergentia; modò 1. fuerint exfacto secuta directè seu naturaliter, 2. fuerint prævisa, vel potuerint et debuerint prævideri. His conditionibus positis, lædens tenetur reparare damna. Sunt enim injusta materialiter et formaliter. Materialiter; quia influxu causali ac proindè injusto producuntur, sive immediatè, sive mediatè, modò tamen directè ex facto injusto sequantur. Formaliter; quia, ex hypothesi, lædens damna prævidit, aut prævidere potuit ac debuit.

Non tenetur autem 1. si damna indirectè sequantur; in hoc enim casu occasionaliter tantùm producuntur, proindè, secluso contractu aut quasi—contractu, non sunt materialiter injusta. —2. Non tenetur, si lædens nec prævideriť, nec potuerit ac debuerit damna prævidere; in hoc enim casu, damna non sunt formaliter injusta.

II. Si *à pluribus* positum fuerit factum radix restitutionis:

Vel omnes lædentes possunt et volunt partem suam restituere; vel quidam non possunt aut nolunt restituere.

1° Si omnes possint et velint:

Quotitas à collectione cooperantium debita determinatur ex principiis modò expositis, ut evidens est. Quotitas debita à quolibet cooperatore determinatur per quantitatem influxûs; ab influxu enim pendet obligatio ad restitutionem, proindè quotitas restitutionis.

2° Si quidam aut non possint aut non velint:

Quær. *Utrùm alii cooperatores teneantur in solidum*, id est, *utrùm teneantur totum damnum reparare, partem deficientium solvendo?*

Resp. In genere adest solidaritas inter eos omnes et solos quibus totum damnum attribui potest. Nam obligatio ad restitutionem oritur ex damno formaliter injusto; ergo ad totum damnum reparandum tenentur omnes et soli quibus totum damnum attribui potest.

In specie, quædam certa, quædam controversa.

Certa: 1° Lædentes non tenentur in solidum, si separatim et absque cooperatione egerint; cuique enim pars tantùm damni attribuenda est. — 2° Tenentur in solidum: 1. Omnes quorum cooperatio est causa sufficiens totius damni; 2. Omnes quorum cooperatio fuit necessaria ad totum damnum inferendum. Nam in duplici casu prædicto totum damnum cuique cooperatori attribui potest.

Controvertitur utrùm ad solidaritatem obliget cooperatio nec de se sufficiens, nec necessaria ad totum damnum; v. g.. si quatuor asportent objectum quod tres asportare potuissent.

Duplex opinio.—*Prima* affirmat (1). Actio damnificativa ad quam concurrunt omnes una est, totum proindè damnum cuique cooperatori attribuendum est. —*Secunda*, probabilior, negat (2). Quisque cooperator influxit tantùm in partem damni, cùm ejus cooperatio nec sufficiens nec necessaria fuerit ad totum damnum.

Attamen, si quæstio alicui remanserit dubia, recur-

(1) Ità Salmanticenses, *De Restitutione*, c. 1, n. 151; Antoine; Billuart; D. D. Bouvier; D. Carrière, T. III, n. 1220.

(2) Ità De Lugo, Navar., Sylvius, Vogler, et alii, quorum sententiam *probabiliorem* vocat S. Lig., lib. III, n. 579.

rendum esset ad principia reflexa, ex quibus sequuntur decisiones practicæ sequentes: 1° Quisque cooperator non tenetur antè sententiam judicis; obligatio enim non probatur, cùm quæstio sit controversa.—2° Læsus potest provocare sententiam; lex ipsi concedit hanc facultatem, nec probatur eam esse illegitimam. — 3° Læsus et lædens sententiæ judicis stare debent; sententia enim præsumitur justa, nisi probetur ejus illegitimitas.

Secunda hypothesis. — Restitutio fit ab iis qui lædentes repræsentant:

Iterùm supponi potest: vel hæreditatem sufficere omnibus oneribus solvendis, simulque omnes hæredes ad solvendum esse dispositos ; vel hæreditatem non sufficere; vel quosdam hæredes, aut non posse, aut nolle suam partem solvere.

I. Si hæreditas sufficiat, et hæredes sint dispositi ad solvendum:

Successores collectivè tenentur restituere id quod auctor restituere debuisset. — Singuli tenentur ad partem onerum portioni hæreditariæ proportionatam.

II. Si hæreditas non sufficiat :

Quær. *Utrùm hæredes teneantur ultra vires hæreditatis?*

Resp. Quædam certa, quædam controversa.

Certa : 1° hæredes non tenentur, neque in foro externo, neque in foro interno, si renuntiaverint hæreditati priùs acceptatæ sub beneficio inventarii. In hâc enim hypothesi non repræsentant auctorem. — 2° Tenentur in foro externo, si modo absoluto hæreditatem acceptaverint.

Controvertitur utrùm onus restituendi ultra vires hæreditatis lege civili impositum obliget in foro conscientiæ.

Triplex opinio.— *Prima* obligat, etiam ante sententiam judicis (1). Quia lex fundatur in præsumptione periculi; legislator enim imponit hæredi onus debita solvendi, ne hæreditati acceptatæ aliquid surripiat fraudem creditorum. — *Secunda* negat, etiam post sententiam judicis (2). Lex enim fundatur in præsumptione subreptionis, quæ supponitur non existere. — *Tertia* distinguit. Obligatio non existit ante, existit verò post sententiam (3). Lex enim est pœnalis, gravis et activa; porro hujusmodi leges non obligant ante, benè verò post sententiam judicis.

Practicè, hæres non tenetur ante sententiam. Creditores sententiam provocare possunt. Hæres et creditor sententiæ judicis stare debent; ob rationes expositas ubi *de Cooperatione*.

III. Si quidam hæredes, aut non possint, aut non velint partem suam solvere:

Quær. *Utrùm alii teneantur in solidum?*

Resp. Attento solo *jure naturali*, duplex opinio. — *Prima* affirmat solidaritatem (4). Quia 1. ante mortem auctoris, quælibet pars bonorum ad solutionem quasi

(1) Ità De Lugo, *De Contract.* D. 24, n. 233; Collator Andegav.; Theol. Tolosan.; D. Carrière, T. I, n. 563.

(2) Ità Laymann, lib. III, tr. 5, c. 6, n. 7; Salmanticens. Tr. 14, *De Contract.*, n. 131; Billuart.

(3) Ità inter alios, Haunoldus, T. II. tr. 6, n. 656.

(4) Ità multi canonistæ veteres, et plures theologi, inter quos Sylvius.

solidariè obligabatur ; ergo etiam post mortem, onera enim cum bonis transeunt ad hæredes. 2. Si successores non tenerentur in solidum, creditor à quolibet successore posset exigere tantùm partem debiti portioni suæ hæreditariæ proportionatam. Ergo conditio creditoris facta esset pejor, cùm solutionem totam debiti ex quâlibet parte bonorum ab auctore exigere potuisset. Porro repugnat conditionem creditoris fieri pejorem. — *Secunda* negat solidaritatem (1). Nam quisque successor tenetur ad debita, quia auctorem repræsentat ; ergo solummodò tenetur in quantùm hunc repræsentat, seu pro portione hæreditariâ.

Attento *jure civili*, distinguendum : — Si portio alicujus successoris sit gravata hypothecâ, hæres ad totum tenetur erga creditorem, sed recursum habet contra cohæredes. — Si nulla pars sit gravata, quisque tenetur pro portione hæreditariâ tantùm. *Cod. civ.*, art. 873 (2).

Valet in conscientiâ lex civilis ; est enim decisio auctoritatis de re dubiâ, quæ validâ præsumitur quandiù ejus illegitimitas non constat.

Quæst. IIª *Cui restituendum ?*

Resp. Duplex est hypothesis : Vel debitor potest omnibus creditoribus satisfacere ; vel non.

(1) Ità Billuart, *De Contract.*, dis. 4, art. 6, et multi quos videre est apud S. Lig., lib. III, n. 790.

(2) Art. 873. Les héritiers sont tenus des dettes et charges de la succession, personnellement pour leur part et portion virile, et hypothécairement pour le tout ; sauf leur recours, soit contre leurs cohéritiers, soit contre les légataires universels, à raison de la part pour laquelle ils doivent y contribuer.

Prima hypothesis. — Debitor *potest* omnibus creditoribus satisfacere :

Iterùm supponi potest creditorem — esse determinatè cognitum ; — esse cognitum quidem, sed indeterminatè, v. g., si certum sit restitutionem deberi uni ex quatuor personis, et ignoretur cuinam in particulari ; — esse omninò incognitum.

I. Si creditor (qui jus habet rem actualiter possidendi, sive titulo dominii, sive titulo depositi, locationis, etc.) sit determinatè cognitus :

Ipsi restituendum est, si adhuc vivat ; successoribus, si defunctus sit. — Restituendum est ipsi, si vivat : Jus enim ipsius violatum est. — Successoribus, si defunctus sit : Juribus enim defuncti succedunt. Successores in hâc quæstione dicuntur hæredes legales, legatarii universales, titulo universali ; non verò titulo particulari, nam legatarius titulo particulari habet jus ad rem legatam tantùm, non verò ad hæreditatem.

II. Si creditor cognitus sit, sed indeterminatè :

Valor dividendus est inter creditores dubios pro rata dubii. Unicuique enim competit jus ad partem restitutionis proportionatam rationibus pro ipso militantibus.

In specie, si aliquis venditor multos defraudaverit in pondere vel pretio, restituere debet, augendo eodem modo pondus vel mensuram, aut pretium minuendo ergà ementes ordinarios qui damnificati præsumuntur.

III. Si creditor sit omninò ignotus :

Quædam sunt certa, unum controvertitur.

Certa. 1° Si spes remaneat detegendi dominum rei ; res à possessore conservanda est, vel administratoribus

piæ societatis committenda cum onere illam restituendi domino, si fortè inveniatur. Possessor enim disponens de re modo absoluto injuriam domino irrogaret, scilicet impediendo ne dominus rem suam recuperare possit.—2° Si nulla spes remaneat dominum detegendi, et aliundè obligatio ad restitutionem oriatur ex delicto, res in opera pia est impendenda. Dominus enim non censetur rem suam injusto damnificatori concedere, debitor proindè non potest eam sibi conservare, eam ergo in causas pias erogare debet, juxta voluntatem præsumptam domini.

Controvertitur autem utrùm possessor possit rem sibi retinere, si nulla remaneat spes dominum inveniendi, et aliundè obligatio non sit ex delicto.

De hâc materiâ ratiocinandum sicut *de Rebus amissis*, Eœdem sunt opiniones, eadem solutio.

Secunda hypothesis. — Debitor *non potest* omnibus creditoribus satisfacere :

Quær. *Utrùm possit, utrùm debeat quosdam creditores aliis præferre ; an verò teneatur pro rata juris creditorum bona sua distribuere?*

Præmittenda : Inter creditores, — alii sunt *privilegiati*, qui jus habent antè alios debitum suum repetendi ; — alii *hypothecarii*, qui ex titulo hypothecæ in bonis debitorum fundatæ jus habent solutionem obtinendi statim post creditores privilegiatos ; — alii *communes*, qui nec privilegium nec hypothecam habent. Inter communes : alii *titulo gratuito*, qui jus habent ex promissione aut donatione merè gratuitii ; alii *titulo oneroso*, qui jus habent ex delicto aut contractu oneroso. Quibus positis,

Resp. Quædam sunt certa, quædam controversa.

Certa :

1° Debitor debet præferre creditores privilegiatos aliis creditoribus, etiam hypothecariis. Privilegium autem antè omnes habet, saltem jure naturali, dominus in rem suam in specie existentem, res enim clamat domino. Vid. Cod. civ. de Privil., art. 2095 — 2113.

2° Debet præferre creditores hypothecarios, juxtà ordinem inscriptionis, creditoribus communibus.

3° Inter creditores communes, debet præferre creditores titulo oneroso creditoribus titulo gratuito. Nam qui gravatur debitis titulo oneroso, non potest legitimè promittere aut donare gratuitò, nisi sub istâ conditione, « si absque damno creditorum præstare valeam. » Ergo debitor primò obligatur erga creditores titulo oneroso, secundariò et conditionatè tantum erga creditores titulo gratuito. — Non posset autem arbitrariò præferre creditorem communem alii creditori ; læderet enim jus aliorum creditorum. Igitur creditor non potest conservare rem tali modo obtentam, siquidem injustitiæ debitoris cooperaretur.

Controversa : — Quinque præcipuè controvertuntur:

1ª Q. *Utrùm debitor teneatur præferre creditorem ex delicto creditori ex contractu ?*

R. Triplex opinio. — *Prima* affirmat præferendum esse creditorem ex delicto, Siquidem debitor erga eum obligatur duplici titulo, scilicet, ratione injustitiæ et ratione injuriæ. — *Secunda* affirmat præferendum esse creditorem ex contractu. Nam bona debitoris co-contrahenti obligantur ; ergo à debitore satisfaciendum est primò creditori ex contractu, aliàs creditor ex delicto

solveretur bonis priori debitis. — Juxta *tertiam* opinionem, probabiliorem, debita solvenda sunt pro rata juris ; quia jus ad restitutionem est æquale, sive oriatur ex contractu, sive ex delicto (1).

2ª Q. *Utrùm creditores certo cogniti in individuo, aut cogniti modo indeterminato, præferri debeant creditoribus omninò incognitis ?*

R. Duplex opinio. —*Prima* affirmat creditores certos esse præferendos (2). Quia creditores incerti non sunt rationabiliter inviti, cùm restitutio ipsis prodesse non debeat. —*Secunda* negat (3). Nam ex unâ parte jus creditoris incogniti pauperibus concessum æquivalet juri creditorum qui certo cognoscuntur ; ex aliâ parte pauperes rationabiliter censentur ægrè ferre nè alius creditor sibi anteponatur.

S. Ligorius nullam opinionem, *D. D. Gousset* primam amplectitur.

3ª Q. *Utrùm creditores quorum titulus est tempore anterior præferri debeant creditoribus quorum titulus est tempore posterior ?*

R. Duplex opinio. — *Prima*, probabilior, affirmat. Quia bona debitoris sunt quasi pignora creditoris ; in ea ergo primus creditor acquisivit jus, quod secundo debito minui non potest, præferendus est proindè (4).

(1) S. Lig., lib. III, n. 688, apud quem videri possunt fautores cujusque opinionis.

(2) Ità Lessius ; Salmanticenses, *de Restitut.*, c. 1, n. 230 ; Croix, lib, III, p. 2. n. 377 ; D. D. Gousset, T. I, n. 1034.

(3) Ità Molina ; Billuart, D. 8, art. 19 ; D. D. Bouvier ; D. Carrière, T. III, n. 1249.

(4) S. Lig., lib III, n. 690.

— *Secunda* negat. Jus enim creditorum non est in bona, sed in personam debitoris ; quo posito, omnes creditores jus æquale contrà debitorem habent, ergo nullus præferri potest.

4ª Q. *Utrùm creditores pauperes divitibus præferri possint et debeant ?*

R. Vel pauperes sunt in necessitate extremâ, aut etiam gravi ; vel in necessitate communi tantùm.

Si in extremâ aut gravi ; Præferri possunt ex justitiâ ; nam creditores divites non essent rationabiliter inviti. — Præferri debent ex charitate ; charitas enim exigit ut debitor provideat bono pauperum, quantùm fieri potest absque peccato et gravi incommodo.

Si in necessitate communi tantùm : Duplex opinio. — *Prima* affirmat pauperes esse præferendos ; quia divites non sunt rationabiliter inviti. — *Secunda*, probabilior, negat. Jus enim divitis æquivalet juri pauperis. Non potest ergo præferri pauper, quin dives teneatur renuntiare juri suo per modum eleemosynæ in gratiam pauperis ; porro non tenetur, cùm necessitas sit communis tantùm (1).

5ª Q. *Utrùm debitor possit ratione petitionis tantùm præferre creditorem priùs petentem ?*

R. Vel creditor petit juridicè, vel non.

Si juridicè : Debitor potest illum præferre ; nam sententia judicis legitima vim privilegii creditori confert.

Si non juridicè : — Certè debitor non potest creditorem petentem præferre, si per bonorum cessionem

(1) S. Lig. lib. III, n. 601.

(*faillite*) illorum perdiderit administrationem. *Cod. commer.* 442; *Cod. civ.* 1147 (1).

Controvertitur autem utrùm, cessione bonorum non declaratâ, creditor petens non juridicè præferri possit. — *Prima* opinio probabilior affirmat; quia, ex axiomate generaliter admisso, *jura diligentibus favent* (2). — Juxta *secundam*, axioma priùs citatum quæstioni præsenti non est applicandum; creditor proindè non est præferendus aliis creditoribus ratione petitionis (3) tantùm.

QUÆST. III^a. *Quandò restituendum?*

Resp. Quamprimùm fieri potest moraliter, nisi tempus speciale determinatum fuerit contractu aut sententiâ judicis. Quolibet enim instanti urget præceptum prohibens injustitiæ continuationem, proindè præceptum obligans ad restitutionem.

QUÆST. IV^a. *Ubi restituendum?*

Resp. In loco ubi creditor rem possedisset, in duplici casu: 1° Si obligatio oriatur ex injustitiâ materiali, comitante contractu aut sententiâ judicis; nisi contrac-

(1) *Code de Com.* ART. 442. Le failli, à compter du jour de la faillite, est dessaisi de plein droit, de l'administration de tous ses biens.

Code civ. ART. 1147. Le débiteur est condamné, s'il y a lieu, au paiement de dommages et intérêts, soit à raison de l'inexécution de l'obligation, soit à raison du retard dans l'exécution, toutes les fois qu'il ne justifie pas que l'inexécution provient d'une cause étrangère qui ne peut lui être imputée, encore qu'il n'y ait aucune mauvaise foi de sa part.

(2) Ità Navar.; Sylvius; Billuart; S. Lig.; D. D. Gousset,

(3) Ità præcipuè De Lugo.

tus aut sententia contrarium exprimant explicitè aut implicitè. Nam contrahentes et judex censentur voluisse reddere creditorem omninò indemnem.— 2° Si obligatio oriatur ex delicto. Siquidem, ad redintegrandum creditorem in jus suum, debitor tenetur subire omnia incommoda quæ prævidit, vel potuit ac debuit prævidere.

In loco debitoris, si obligatio oriatur ex merâ detentione, seu possessione bonæ fidei. Nam, ratione possessionis bonæ fidei, debitor tenetur tantùm possessioni renuntiare, non verò rem in sensu stricto restituere.

Quæst. V^a. *Cujus expensis restituendum?*

Resp. Expensis debitoris, in duplici casu : 1° Si obligatio oriatur ex contractu aut ex sententiâ judicis ; nisi contrarium exprimatur explicitè aut implicitè in contractu aut sententiâ.—2° Si oriatur ex delicto. Attamen debitor ex delicto potest deducere expensas quas fecisset creditor ad rem conservandam et in tali loco possidendam.

Expensis creditoris, si obligatio oriatur ex merâ detentione.

Decisiones prædictæ nituntur rationibus in quæstione præcedenti expositis.

Quæst. VI^a. *Cujus periculo restituendum?*

(Id est, si res restituenda non perveniat ad creditorem, vel quia destructa, vel quia rapta fuerit, cui pereat, an creditori, an debitori ?)

Resp. Vel creditor designavit mandatarium ad restitutionem nomine suo recipiendam, vel non.

Si designaverit: Res mandatario reddita perit creditori, sive obligatio oriatur ex delicto, sive non. Siquidem, restitutione per mandatarium acceptatâ, debitor liberatur, res fit creditoris, ipsi proindè perit.

Si non designaverit: Iterùm, vel restitutio debetur ex delicto, vel non. — Si ex delicto: Perit debitori; manet enim obligatio restituendi, quandiù objectum restituendum domino non fuit redditum. — Si obligatio non oriatur ex delicto: 1. Perit creditori objectum restituendum, in specie apud debitorem existens; nisi tamen pereat culpâ debitoris, v. g, per ejus negligentiam sive in conservatione, sive in redditione per mandatarium infidelem, etc. Res enim perit domino, nisi culpâ alterius pereat. 2. Perit debitori valor objectum repræsentans, quamvis ipsius culpâ non perierit. Nam valor iste permanet res debitoris, quandiù à creditore non est acceptatus in compensationem rei suæ; debitori proindè perit. Sententiam contrariam tenet *D. Carrière*. Quia, inquit, cùm eatenùs debitor teneretur quatenùs alienum habebat in æquivalenti, seu ex alieno ditior erat, nec jam amplius habeat, ad nihil tenetur (1).

Ex suprà dictis, debitor tenetur — restituere, — in integrum, — creditori, — quàm primùm.

In his affirmationibus hanc restrictionem subaudivimus: « *nisi adsit causa dispensans.* » Ad illam restrictionem explicandam, duplex quæstio solvenda: 1° Quænam sint causæ dispensantes ab obligationibus im-

(1) *De Justitiâ*, T. III, n. 1258.

positis per præceptum justitiæ ; 2° quænam sit dispensationis extensio ?

Quæst. I^a *Quænam sint causæ dispensantes ab obligationibus impositis per præceptum justitiæ ?*

Resp. In genere, aliæ pendent à voluntate superioris, aliæ à voluntate *facti* creditoris, aliæ ab ejus voluntate *juris*. Nam obligatio debitoris pendet à jure creditoris; proindè cessante jure creditoris, cessat obligatio debitoris. Porro, ut diximus ubi de conditionibus injustitiæ, jus cessare potest pervoluntatem superioris, per voluntatem *facti* aut *juris* jus habentis.

In specie, causæ dispensantes sunt aliæ *certæ*, aliæ *controversæ*.

Certæ.— Sequenti tabulâ resumi possunt.

Causæ :

1° *Pendentes à voluntate superioris :*	2° *Pendentes à voluntate facti creditoris :*	3° *Pendentes à voluntate juris creditoris :*
1. Præscriptio legitima. 2. Sententia judicis, punitoria, aut declaratoria.	Renuntiatio valida.	1. Compensatio. 2. Impossibilitas physica. 3. Impossibilitas moralis : seu, damnum obventurum debitori, vel creditori, vel tertiæ personæ.

I. Causæ pendentes à voluntate superioris :

1^a. Præscriptio legitima. Constat ex dictis ubi de præscriptione.

2^a. Sententia judicis punitoria aut declaratoria, cujus non probatur illegitimitas. Dicitur *punitoria* senten-

tia quâ judex in pœnam delicti tollit aut suspendit jus creditoris ; *declaratoria* , quâ declarat jus creditoris incertum non existere. — Dispensat utraque sententia. Judex enim potest punire, pronuntiare de jure dubio ; practicè ergo validæ sunt ipsius sententiæ, donec earum illegitimitas constet. Porro, si validæ sint, jus creditoris practicè cessat, proindè obligatio debitoris.

II. Causæ pendentes à voluntate facti *creditoris* :

Una assignatur, scilicet: renuntiatio valida, id est, vestita omnibus conditionibus (infrà in tractatu DE CONTRACTIBUS exponendis) ad validam donationem requisitis. Siquidem jus, ac proindè obligatio ad restitutionem potest cessare per donationem validam cui æquivalet renuntiatio creditoris.

III. Causæ pendentes à voluntate juris *creditoris*:

Tres assignari possunt : 1° compensatio ; 2° impossibilitas physica ; 3° impossibilitas moralis.

1ª. Compensatio ; id est, actus quo creditor rem suam vel ejus æquivalens de bonis debitoris recuperat.

Dispensat compensatio ; nam creditor in jus suum per compensationem redintegratus restitutionem exigere non potest.

2ª. Impossibilitas *physica*, seu absoluta. — Dispensat ; nemo enim ad impossibile tenetur.

Ratione impossibilitatis physicæ, dispensatur debitor per bonorum cessionem creditoribus absque fraude factam. Imò ex principiis infrà exponendis, potest de bonis suis conservare quidquid ipsi necessarium est ad vitandam necessitatem gravem.

3ª. Impossibilitas *moralis* ; id est damnum ex resti-

tutione obventurum debitori, vel creditori, vel tertiæ personæ.

1° Damnum obventurum debitori :

Debitor dispensatur. 1° Si per restitutionem in extremâ necessitate constituendus sit, nisi tamen in eamdem necessitatem inciderit creditor facto ablationis.— Debitor dispensatur, si in extremâ necessitate constituendus sit ; quia in casu extremæ necessitatis cessat jus creditoris contra debitorem, proindè obligatio debitoris erga creditorem. —Nisi in eamdem necessitatem inciderit creditor facto ablationis ; v. g. objectum aliquod necessarium est domino, ut non incidat in necessitatem extremam ; alieno, ut exurgat ex eâdem necessitate. In hoc casu alienus tenetur restituere domino rem suam, si abstulerit. Nam in necessitate extremâ omnia bona fiunt communia inter eos qui in eâ versantur ; ergo bona sunt primi occupantis. Porro dominus, ex hypothesi, est primus occupans ; ipsi proindè alienus injuriam intulit rem auferendo, ad restitutionem proindè tenetur.

Debitor dispensatur 2°, si per restitutionem in gravi necessitate constituendus sit, nisi dilatione restitutionis creditor in eamdem necessitatem incidat.— Si debitor in necessitate gravi constituendus sit ; Quamvis enim bona in necessitate gravi non fiant communia, attamen creditor irrationabiliter exigeret restitutionem in casu præsenti ; *jure* proindè cedit jus suum, cessat ergo obligatio debitoris. — Nisi creditor dilatione restitutionis in eamdem necessitatem incidat : Creditor enim, cæteris paribus, bonum suum bono debitoris præferre potest, Ergo, cùm dilatione restitutionis in

necessitatem gravem sit conjiciendus, rationabiliter exigere potest ut debitor ipsi restituat sub eodem periculo.

Porro in specie debitor in gravi necessitate constitueretur, et hoc ipso, concessione *juris* ex parte creditoris à restitutione dispensaretur :

Si 1. non possit restituere absque notabili detrimento in bonis ordinis superioris, v. g. vitæ aut honoris ; nisi, positis circumstantiis, jactura boni superioris v. g. famæ, sit minor debitori quàm amissio bonorum respectu creditoris.

Si 2. per restitutionem è suo statu justè acquisito absque culpâ et absolutè decisurus sit.— E statu justè acquisito : Secùs dicendum, si status injustè fuisset acquisitus ; debitor enim in hoc casu non haberet jus ad statum. —Absque culpâ : si quidem, in hypothesi contrariâ, debitor sibi imputare deberet amissionem statûs, nec creditor ex ejus culpâ pati teneretur. — Absolutè : Nam, licèt creditor non possit rationabiliter exigere ut debitor è statu suo totaliter decidat, exigere tamen potest ut illum minuat.

Dispensaretur etiam debitor, si ex restitutione grave damnum ipsi emergendum esset, creditore nihil aut parùm aliundè passuro. Non sufficeret verò ad dispensationem lucrum cessans, nisi ex dilatione nullum damnum passurus esset creditor.

2° Damnum obventurum creditori :

Debitor non tenetur restituere, imò ex charitate generaliter tenetur non restituere rem quâ dominus est abusurus ad peccandum.—Non tenetur restituere : Creditor enim irrationabiliter exigeret restitutionem. —Ex charitate tenetur non restituere: quia restituendo,

sine ratione concurreret malo creditoris. Non ex justitiâ; nam abutendo restitutione, creditor malo suo liberè consentiret.

Dixi : « Generaliter. » Debitor enim posset restituere, si creditor coram tribunalibus rem suam vindicaret aut vindicaturus esset; si malum relativè grave debitor ex dilatione restitutionis subiturus esset.

3° Damnum obventurum tertiæ personæ :

1° Debitor potest, imò ex charitate tenetur non restituere, si per restitutionem in necessitatem gravem, à fortiori extremam, conjiceret parentes, uxorem, liberos ; et, meritò addit *D. D. Bouvier* (1), fratres aut sorores, præsertim si sint in tenerâ ætate et sibi providere non possint.— Potest non restituere ; nam creditor non potest rationabiliter exigere.— Tenetur ex charitate non restituere : alioquin concurreret absque ratione malo suorum.

2° Potest, imò tenetur ex justitiâ non restituere, si creditor prævideatur abusurus re restitutâ in damnum tertii, nisi adsint rationes restituendi.—Potest non restituere ; creditor enim irrationabiliter exigeret restitutionem.— Tenetur ex justitiâ non restituere ; nam, cùm possit absque injustitiâ restitutionem omittere, rem restituendo concurreret injustè damno creditoris, ut videbitur infrà.— Nisi adsint.... hìc redeunt exceptiones suprà expositæ.

Causæ controversæ. — Tria præcipuè controvertuntur.

(1) *De Justitiâ*, p. 2, q. 5, art. 1.

1ª Q. *Utrùm à restitutione dispenset impossibilitas restituendi bona ejusdem generis* ?

R. Duplex opinio.—*Prima*, probabilior, affirmat (1). Nam inter bona diversi ordinis, v. g. pecuniam et famam, nulla est valoris proportio ; nulla ergò restitutio possibilis, proindè obligatoria. — *Secunda* negat (2). Siquidem, inter bona diversi generis, aliqua licèt inadæquata existit proportio ; proindè restitutio saltem in parte possibilis est, proindè obligatoria.

2ª Q. *Utrùm debitor, donatione gratuità creditori factâ, dispensetur à restitutione* ?

R. Vel debitor est memor obligationis suæ, vel immemor.

Si memor : Non dispensatur per donationem ; voluit enim gratuitò donare, non obligationem solvere.

Si immemor : Dùplex opinio.— *Prima* affirmat debitorem dispensari. Censetur enim voluisse obligationi strictæ satisfacere, potiùs quàm donationem gratuitam facere. Ergo reverà satisfecit, ac proindè liberatur.— *Secunda* negat (3). Equidem debitor probabiliùs voluisset satisfacere obligationi strictæ, si de eâ cogitâsset, sed reverà non voluit satisfacere, benè verò donare gratuitò, proindè reverà non satisfecit.— *S. Lig.* dicit secundam opinionem *communiorem*, priorem tamen ut *probabilem* habet.

3ª Q. *Utrùm debitor ingrediens religionem dispense-*

(1) Ità Lessius, Layman, Salmant., S. Lig., n. 627.

(2) Pro hâc sententiâ esse videtur D. Thom. 2ª 2ªe, q. 42, art. 2; cui accedunt Soto, Cajet, Sylvest.

(3) Ità Sanchez, Layman, Vogler, Salmant., quos videre est apud S. Lig., n. 700.

tur à restitutione; seu, quod idem est, *utrùm gravatus debitis possit ingredi religionem, et liberetur à debitis si ingressus fuerit?*

R. De 1ª quæst. part. triplex opinio.— *Prima* affirmat debitorem dispensari (1). Creditor enim solutionem irrationabiliter exigeret. — *Secunda* negat (2). Quia debitor obligationem strictam justitiæ consiliis Evangelicis præferre debet; proindè creditor rationabiliter exigit restitutionem.— *Tertia*, probabilior, distinguit (3). Affirmat in duplici casu : 1. Si debitor ultra duos annos in sæculo remanere deberet ad solvenda debita; 2. si periculum salutis grave et proximum in sæculo incurreret. Negat in aliis casibus. Prima pars nititur rationibus primæ, altera rationibus secundæ opinionis. Ità *S. Lig.*

Ad 2ªm quæst. partem: Religiosus teneretur restituere ex bonis quæ habuit antè professionem, vel quæ ei obveniunt per legatum.

Quæst. IIª *Quænam sit dispensationis extensio?*

Dispensatio, quoàd extensionem considerata, potest obligationem tollere aut suspendere tantùm; — eam tollere absolutè, aut erga creditorem tantùm, v. g. si creditor sibi substituat pauperes; — tollere vel suspendere totaliter, aut quoàd partem. Quo posito,

Resp. Quædam sunt certa, quædam controversa.

Certa : 1º Si dispensatio oriatur ex sententiâ judicis

(1) Ità Salmant. *de Restitutione*, n. 209.

(2) Molina, D. 758; Billuart, D. 8, art. 20; Collet, n. 780.

(3) Sanchez, *de Decal.* L. IV, c. 19; De Lugo, n. 67; Vogler, n. 509; S. Lig. *de Statu Relig.*, n. 71.

aut renuntiatione creditoris, ejus extensio determinanda est ex tenore sententiæ aut renuntiationis.

2° Si dispensatio oriatur ex præscriptione et compensatione, obligatio tollitur absolutè ; — tollitur totaliter aut quoàd partem, proùt præscriptio vel compensatio fuit totalis aut quoàd partem tantùm.

3° Si dispensatio oriatur ex impotentiâ physicâ aut morali, ejus extensio adæquat extensionem impotentiæ.

Undè 1. Tollitur obligatio, si impossibilitas sit perpetua. Suspenditur tantùm, si temporalis.

Sic in specie, per bonorum cessionem suspenditur tantùm non verò tollitur obligatio ad restitutionem, nisi creditores liberè renuntiaverint.— Suspenditur : Nam debitor solvere non potest.— Non tollitur : Nec cessione judiciariâ ; lex enim declarat debitorem teneri ad complementum solutionis, si bona ipsi obveniant in posterum, Cod. civ. 1270, Cod. com. 568 (1); nec cessione voluntariâ ; creditores enim non renuntiant, aut saltem non renuntiant liberè juri quod habent ad perfectam solutionem.— Nisi liberè renuntiaverint : Nam, si liberè

(1) *Code civ.* Art. 1270. Les créanciers ne peuvent refuser la cession judiciaire, si ce n'est dans les cas exceptés par la loi.

Elle opère la décharge de la contrainte par corps.

Au surplus, elle ne libère le débiteur que jusqu'à concurrence de la valeur des biens abandonnés, et dans le cas où ils auraient été insuffisants, s'il lui en survient d'autres, il est obligé de les abandonner jusqu'au parfait paiement.

Code de Com. Art. 568. La cession judiciaire n'éteint point l'action des créanciers sur les biens que le failli peut acquérir par la suite ; elle n'a d'autre effet que de soustraire le débiteur à la contrainte par corps.

cessaverit jus creditorum, cessavit proindè obligatio debitoris.

2. Tollitur aut suspenditur totaliter, si impossibilitas sit totalis; quoàd partem, si impossibilitas sit quoàd partem.

3. Tollitur absolutè, si impossibilitas sit absoluta. — Si restitutio, licèt possibilis absolutè seu in se, non possit fieri creditori ipsi sine gravi damno debitoris; debitor dispensatur à restitutione faciendâ creditori etiam cognito. Tenetur autem restituere hæredibus creditoris, si possit; pauperibus, si non possit. Porro, ut damnum debitoris sit sufficienter grave ad illum dispensandum, requiritur ut excedat duplum damni creditoris (1).

Controversa. — Duo præcipuè controvertuntur.

1ª Q. *Utrùm restituere teneatur qui rem alienam in necessitate extremâ accepit et consumpsit?*

R. Tenetur certè. 1º Si objectum in necessitate extremâ acceptum adhuc existat. Siquidem, cessante necessitate, cessat jus rem alienam possidendi. — 2º Si antè necessitatem extremam rem delicto aut contractu acquisiverit. Quia per ista facta contraxisset obligationem, quæ neccessitate extremâ non fuit abrogata. — 3º Si tempore quo rem accepit et consumpsit *re* tantùm et non *spe* pauper fuerit. Siquidem per necessitatem extremam, positis circumstantiis, acquisivit jus ad usum rei tantùm, non verò ad rem ipsam, rei proindè valorem reddere debet necessitate extremâ cessante.

Utrùm autem teneatur ad restitutionem post necessi-

(1) S. Lig., lib. III, n. 698.

tatem ille qui pauper non solùm *re* sed etiam *spe*, rem accepit et consumpsit in necessitate extremâ? Controvertitur. — *Prima* opinio affirmat. Quia dominus rei potest et censetur exigere conditionem restitutionis futuræ, si accipienti et consumenti fiat possibilis. — *Secunda*, communior et probabilior, negat (1). Quia dominus rei conditionem futuræ restitutionis exigere non potest, cùm teneatur ad eleemosynam erga accipientem, positis circumstantiis.

2ª Q. *Utrùm debitor qui legitimè distulit restitutionem dispensetur à restitutione lucri cessantis et damni emergentis?*

Certum supponimus ad restitutionem lucri cessantis et damni emergentis teneri eum qui restitutionem illegitimè differt. Quo posito,

R. Vel obligatio ad restitutionem oritur ex delicto, vel non.

Si ex delicto : Debitor tenetur, nisi 1. damna sint extraordinaria ; nisi 2. restitutionem distulerit ob bonum creditoris qui re suâ abusurus fuisset. — Tenetur : Nam debitor ex delicto tenetur de damnis quæ prævidit aut prævidere potuit ac debuit ; porro saltem confusè prævidit aut potuit ac debuit prævidere lucrum cessans et damnum emergens creditori. — Nisi 1. damna sint extraordinaria : In hoc enim casu prævideri non potuissent nec debuissent ; non essent ergo formaliter injusta. — Nisi 2. distulerit ob bonum creditoris : Siquidem in hoc casu res creditoris utiliter gessit differendo.

(1) Ità Collet, Billuart, S. Lig., qui eam dicunt *communiorem*, *communem*.

Si obligatio non oriatur ex delicto : Duplex est opinio. — *Prima* affirmat (1). Quia dominus quidem dilationi tenetur consentire, sed potest et censetur exigere compensationem lucri cessantis et damni emergentis. —*Secunda*, probabilior, negat (2). Quia dilatio est inculpabilis, ergo non formaliter injusta ; ergo debitor non tenetur de damnis ex eâ sequentibus, nullaque existit ratio affirmandi creditorem posse legitimè debitori imponere conditionem restitutionis.

Punctum III. *De Intensitate.*

Quær. *Utrùm præceptum restitutionis obliget sub gravi an sub levi?*

Resp. Obligat sub gravi aut sub levi, proùt injustitia reparanda est gravis aut levis. Præceptum enim restitutionis est naturale, proindè ejus intensitas gravitati aut levitati materiæ est proportionata.

Sub titulo *de intensitate præcepti negativi* exposuimus principia gravitatis aut levitatis injuriæ determinativæ.

CAPUT II.

De Principiis Reflexis.

Principia directa nihil aliud sunt quàm legis ipsius expositio. Per principia reflexa lex applicatur casibus

(1) Ità Sylvius, q. 62, art. 8 ; Billuart, D. Carrière, T. III, n. 1280.

(2) Ità De Lugo, D. 22, n. 18 ; Salmant. n. 274 ; D. D. Bouvier, *De Justitiâ*, p. 144.

dubiis. Illâ enim voce « *principia reflexa* » intelliguntur quædam præsumptiones generales, per quas determinatur in casibus dubiis utrùm possideat lex an libertas, ac proindè utrùm lex obliget necne. Obligat nempè lex, si possideat; non obligat, si libertas possideat.

De principiis reflexis in genere consideratis diximus sub titulo *de Conscientiâ*. Hìc ergo solummodò exponenda sunt principia reflexa casibus dubiis in materiâ justitiæ applicanda.

Porro, in materiâ justitiæ, dubia esse potest: 1° injustitia, ac proindè prohibitio actûs; 2° obligatio restituendi. Dicendum proindè de principiis reflexis utrique dubio applicandis.

ARTICULUS I.

De Dubio circa injustitiam actûs.

Duo quæruntur : 1° quænam exurgere possint dubia de injustitiâ actûs ; 2° In quolibet casu, quis possideat an libertas, an lex ?

Quæst. I[a] *Quænam exurgere possint dubia de injustitiâ actûs?*

Præmittenda :

1° Injustitia actûs pendet à quibusdam conditionibus. Certa est, si certæ sint conditiones ; dubia est, si dubiæ conditiones.

2° Conditiones autem certò requisitæ ad injustitiam in bonis possessis, sunt — ex parte juris : ut jus sit strictum et actuale ; — ex parte facti : 1. ut factum sit

causa directa ; vel occasionalis aut negativa, comitante contractu aut quasi contractu ; 2. ut lædat jus alterius.

Eædem conditiones requiruntur, si bona sint tantùm sperata, modò sperans ad ea jus strictum habeat.

Si bona sint tantùm sperata, et aliundè sperans non habeat ad ea jus strictum ; conditiones certò requisitæ ad injustitiam sunt — ex parte spei : ut sit legitima et actualis ; — ex parte facti : ut minuat libertatem sperantis aut ejus à quo speratur.

3° Conditiones ad injustitiam requisitæ si bona sint sperata, æquivalent quoàd essentiam conditionibus requisitis si bona sint possessa. Spes enim legitima et actualis est jus strictum actuale ; factum minuens libertatem sperantis aut ejus à quo speratur est causa directa juri stricto spei opposita.

Ergo, ad determinandos casus dubios injustitiæ, sufficit ut supponantur dubiæ conditiones certò requisitæ ad injustitiam in bonis possessis.

Quibus positis,

Resp. Dubia est injustitia : Si, *ex parte juris*, dubitetur utrùm jus existat, — sit strictum, — actuale, an cessum.

Si, *ex parte facti*, dubitetur utrùm factum sit juri oppositum, id est, 1. utrùm sit causa directa, an solummodò occasionalis ; utrùm in casu causæ occasionalis aut negativæ existat contractus ; utrùm contractus sit validus ; — 2. utrùm factum sit læsurum jus strictum alterius.

Quæst. II^a *In quolibet casu prædicto, quis possideat, an libertas, an lex ?*

Resp. Possidet libertas : 1° Si dubitetur utrùm jus

existat, utrùm sit strictum ; nisi agatur de ineundâ possessione rei dubiæ.— In genere possidet libertas : *dubium* est enim jus strictum, dubia proindè injustitia stricta, possidet proindè libertas. — Nisi agatur de ineundâ possessione : Nam jus dubium de re non possessâ ad collectionem dubitantium, certè pertinet; possidet proindè jus collectionis dubitantium, non verò libertas unius exclusis aliis. — Undè res dividenda est inter dubitantes pro rata dubii.

2° Si dubia sit existentia contractûs aut quasi-contractûs. In hoc enim casu, cùm obligatio abstinendi è solo contractu oriri possit, non probato contractu, non possidet obligatio abstinendi, benè verò libertas agendi.

Possidet lex : 1° Si dubia sit cessio juris. Jus enim, proindè obligatio, possidet donec constet de cessatione juris.

2° Si dubia sit validitas contractûs, aliundè quoàd existentiam certi. Possidet enim validitas et legitimitas contractûs, donec de ejus nullitate constet ; possidet proinde obligatio.

3° Si dubitetur utrùm factum sit causa directa, an solùm occasionalis damni. Sic v. g. Certum est tali facto jus alterius esse lædendum ; dubitatur autem utrùm factum sit causa directa ac proindè naturaliter injustum, an verò tantùm causa occasionalis et non injustum.

4° Si dubitetur utrùm jus alterius certè strictum lædendum sit per factum aliundè vestitum omnibus conditionibus ad injustitiam strictam requisitis. Sic v. g. Venator dubitat utrùm ictu suo læsurus sit hominem an feram ; certa est causalitas directa, certum

est jus hominis ad vitam, sed dubium est utrùm ens lædendum sit homo an fera.

Lex possidet in duplici casu prædicto. Siquidem jus est certum, certa proindè prohibitio illud violandi, donec probetur jus alterius per factum non esse lædendum ; porro non probatur.

ARTICULUS II.

De Dubio circa obligationem restituendi.

Duo quæruntur : 1° Quænam dubia exurgere possint de obligatione restituendi ; 2° In casibus dubiis quis possideat, an libertas, an lex ; et, si possideat lex, quænam sit obligationis extensio ?

QUÆST. I^a *Quænam dubia exurgere possint de obligatione restituendi ?*

Præmittenda :

Obligatio restituendi oriri potest, ut diximus, ex triplici causâ : 1° ex injustitiâ materiali, comitante contractu aut sententiâ judicis ; — 2° ex injustitiâ formali prævenienda, seu ex merâ detentione ; — 3° ex injustitiâ formali et materiali reparandâ, seu ex delicto. Quo posito,

Resp. 1° Si oriatur ex injustitiâ materiali : Obligatio certa est, modò certa sint — injustitia materialis, — contractus, — sententia.

Dubia proindè obligatio, si dubiæ sint — injustitia materialis, — existentia aut validitas contractûs et sententiæ.

2° Si oriatur ex merâ detentione : Obligatio certa

est, modò constet rem possessam esse rem alterius.

Dubia est proindè, si possessor dubitet utrùm res sit sua.

3° Si oriatur ex injustitiâ materiali et formali reparandâ, seu ex delicto : Obligatio certa est, modò constet factum esse vestitum omnibus conditionibus injustitiæ materialis et formalis.

Dubia est proindè, si dubitetur utrùm factum fuerit positum, — utrùm fuerit vestitum omnibus conditionibus ad injustitiam materialem, ad injustitiam formalem requisitis, — utrùm jus alterius læserit.

Quæst. II[a] *In casibus prædictis quis possideat, an libertas, an lex ; et, si possideat lex, quænam sit obligationis extensio ?*

I° Quoàd dubia ad primam radicem restitutionis (injustitia materialis, comitante contractu aut sententiâ) spectantia :

Ad 1[am] quæst. part.— R. Omisso dubio de injustitiâ materiali, de quo in tertiâ radice ; *possidet libertas*, si dubia sit contractûs aut sententiæ existentia. Siquidem libertas non restituendi possidet, donec probetur obligatio ; porro non probatur obligatio, pendet enim à contractu et sententiâ quorum existentia est dubia.

Possidet lex si, certâ contractûs et sententiæ existentiâ, dubia sit tantùm eorum validitas. Possidet enim validitas contractûs aut sententiæ donec probetur invaliditas.

In hoc ultimo casu existit obligatio restituendi. Undè,

Ad 2[am] : *Quænam sit obligationis extensio ?*

R. Tenore contractûs aut sententiæ determinatur.

II° Quoàd dubia ad secundam radicem (mera detentio, seu possessio) spectantia :

Ad 1^am^ : *Quis possideat....?*

R. Vel dubium præcessit, vel secutum est, vel dubium est utrùm præcesserit detentionem.

1° Si dubium præcesserit :

Possidet lex : 1. Si dubium maneat post diligentem inquisitionem. Siquidem, ut diximus, res pertinet certò ad collectionem dubitantium ; possidet proindè obligatio restituendi, donec constet rem pertinere ad detentorem. — 2. Si detentor inquirere neglexerit, ità ut posteà dominus rei non possit ampliùs inveniri. Jus enim collectionis dubitantium permanet, proindè obligatio. — 3. Continuatur possessio legis, si detentor detegat rem dubiè detentam certò ad alterum pertinere.

Cessat verò possessio legis, et incipit *possessio libertatis*, si detentor detegat rem primò dubiè detentam esse certò suam.

2° Si dubium subsequatur possessionem bonâ fide incœptam :

Possidet lex : 1. Si detentor inquisitionem neglexerit. Possidet enim jus collectionis dubitantium, donec dubium fuerit excussum principiis vel directis vel reflexis. — 2. A fortiori, si per inquisitionem detegat rem esse alterius ; hoc evidens est.

Possidet libertas, si post inquisitionem dubium remaneat. In dubio enim melior est conditio bonâ fide possidentis.

3° Si dubium sit utrùm fides præcesserit detentionem : *possidet libertas*. Possidet enim bona fides, ac proindè libertas non restituendi, donec probetur mala fides.

Idem dicendum de dubio utrùm antecessor bonâ an malâ fide possesserit. Sic v. g. successor legitimè potest inire successionem, etiam dubitans utrùm auctor fuerit bonâ an malâ fide.

Ex dictis detentor ad restitutionem tenetur : — si detegat rem non esse suam ; — si post detentionem malâ fide incœptam dubium perseveret, etiam diligenti inquisitione factâ ;— si inquisitionem neglexerit. Undè,

Ad 2^um^ : *Quænam sit obligationis extensio* ?

R. 1° Si detegat rem non esse suam, et possessio bonâ fide incœperit; gravatur tantùm obligationibus possessoris bonæ fidei. Nam revera est possessor bonæ fidei.— Si detegat rem non esse suam, et possessio malâ aut dubiâ fide incœperit ; gravatur oneribus quæ sequuntur ex injustitiâ materiali et formali, seu ex delicto. Siquidem fuit injustus materialiter, cùm rem alienam detinuerit ; formaliter, si fuerit malâ fide, ut evidens est ; etiamque si fuerit dubiâ fide, non potuit enim judicium formare practicum prudens de justitiâ possessionis.

2° Si post detentionem malâ fide initam dubium perseveret, — potest retinere partem proportionatam rationibus pro se militantibus ; — tenetur aliis codubitantibus aliam partem restituere pro rata dubii ; — quoàd partem restituendam, gravatur oneribus quæ sequuntur ex delicto, fuit enim malâ fide.

3° Si inquisitionem neglexerit, tenetur restituere pauperibus pro rata spei quam dominus habere potuisset rem suam recuperandi ; quoàd partem restituendam, gravatur oneribus quæ sequuntur ex delicto. — Tenetur restituere pro rata spei : injustè enim privavit

dominum, non re quidem, sed spe rem recuperandi ; — pauperibus : dominus supponitur ignotus.— Gravatur oneribus quæ sequuntur ex delicto : patet ex dictis.

IIIº Quoàd dubia ad tertiam radicem (injustitia materialis et formalis reparanda, seu læsio ex delicto) spectantia :

Ad 1ᵃᵐ : *Quis possideat....* ?

R. *Possidet libertas :* 1. Si dubium sit factum. Nam libertas non restituendi possidet, donec probetur obligatio ; porro non probatur, pendet enim à facto quod est dubium.— 2. Si dubiæ sint conditiones injustitiæ materialis. Legitimitas enim facti possidet, donec ejus illegitimitas probetur ; porro non probatur, cùm factum dubiè tantùm includat conditiones injustitiæ. — 3. Si dubius sit omninò effectus seu læsio. Nam obligatio pendet à læsione quæ non est probata. Diximus : « omninò ; » excipitur enim casus in quo ex facto posito ut plurimùm sequitur injustus effectus.

Possidet lex : 1. Contra collectionem cooperantium ad injustitiam, quamvis causa individualis damni sit dubia ; v. gr dubium est inter plures adulteros cujus sit proles. Ex injustâ enim læsione, etiam à pluribus productâ sequitur obligatio restituendi, donec contrarium probetur ; porro hìc contrarium non probatur, dubia est enim tantùm efficacitas causalitatis cujusque cooperantis, non verò collectionis. Opinionem contrariam tenet *S. Lig.* (1); quia, inquit, obligatio cujusque cooperatoris est dubia, possidet proindè libertas.— 2. Si certa sit cooperatio materialis omnibus conditionibus

(1) Lib. III, n. 658.

vestita, dubia tantùm cooperatio formalis. Homo enim censetur moraliter agere, donec contrarium probetur. Proindè materialis injustitia habenda est formalis, donec contrarium probetur; porrò non probatur, cùm dubia sit absentia injustitiæ formalis.

Ergo restituere debent: — qui certè ad injustitiam cooperati sunt, quamvis dubia sit causa individualis damni; — qui certè jus alienum materialiter læserunt, quamvis læsio formalis sit dubia. Undè,

Ad 2^{am} : *Quænam sit obligationis extensio?*

R. 1° Cooperatores tenentur pro rata dubii; gravantur oneribus quæ sequuntur ex injustitiâ materiali et formali.

2° Qui posuit factum injustum certè quoàd materiale dubiè quoàd formale, tenetur ad restitutionem totius damni; gravatur oneribus quæ sequuntur ex injustitiâ materiali et formali.

Nota. Si obligatio principiis suprà expositis nec probari nec eludi possit; specialiter si duplex sit inter theologos opinio circà obligationem, seu quod idem est, si dubium sit *juris* : 1° Debitor non tenetur ante sententiam; ejus libertas possidet donec probetur obligatio. — 2° Creditor sententiam provocare potest; possidet enim à lege facultatem jus suum coràm tribunalibus repetendi, eo uti proindè licet, donec probetur rem non esse suam. — 3° Creditor et debitor sententiæ stare debent; possidet enim sententiæ legitimitas, donec illegitimitas constet.

Observ. Principia hucusquè exposita Probabilistis mitigatis proponuntur. Antiprobabilistarum autem unum est in materiâ justitiæ principium reflexum:

« *In dubio res inter dubitantes pro rata dubii dividenda est.* » Plures tamen applicant possessioni dubiæ bonâ fide inchoatæ principium Probabilistarum : « *Melior est conditio possidentis.* »

DICTA RESUMUNTUR.

Prædicta de lege justitiæ resumentes, sequentia affirmare possumus :

I. De Injustitiâ.

Existit præceptum — prohibens facta injusta, id est, juri stricto actuali opposita ratione, vel causalitatis directæ, vel causalitatis occasionalis aut negativæ comitante contractu aut quasi-contractu ; — prohibens omnibus, — et semper, — sub gravi aut sub levi, pro gravitate aut levitate materiæ ; materia autem est gravis, si objectum læsionis et oppositio læsi sint gravia.

II. De Restitutione.

1° Ratione injustitiæ *merè formalis* nulla existit obligatio ad restitutionem.

2° Item in genere, ratione injustitiæ *merè materialis*. — Dicimus : « in genere. » Siquidem, ratione injustitiæ merè materialis, existit obligatio in casu contractûs aut quasi-contractûs, vel culpæ juridicæ cum sententiâ judicis ; si contractus aut sententia sint quoàd factum probata, quamvis quoàd validitatem dubia. — Obligatio ex hâc radice oriens determinatur, quoàd objectum, tenore contractûs aut sententiæ. — Fieri debet quàm primùm, in loco creditoris, expensis et periculo debitoris, nisi contrarium contractu aut sententiâ constet.

3° Ratione *meræ detentionis* possessor tenetur ad

restitutionem, si possideat adhuc rem alienam, vel ex possessione factus sit ditior.— Obligatio ex hâc radice oriens limitatur quoàd objectum ad rem ipsam, si existat ; ad valorem repræsentantem id quo possessor factus est ditior. Non tenetur proindè de fructibus.— Restitutio debet fieri quamprimùm ; in loco debitoris ; expensis creditoris ; periculo creditoris, duobus casibus exceptis scilicet, si res pereat culpâ debitoris, si valor rem repræsentans non fuerit in compensationem damni à creditore acceptatus immediatè aut mediatè.

4° Ratione injustitiæ *materialis et formalis*, seu damnificationis formaliter injustæ damnificator tenetur restituere — rem, si existat ; — ejus valorem, si res non existat ; sive factus fuerit ditior, sive non ; — fructus, exceptis fructibus industrialibus, et fructibus mixtis, quâ parte sunt industriales ; — damna immediata aut mediata ; modò 1. directè ex facto sequantur, 2. prævisa fuerint, vel prævidi potuerint et debuerint.

Restitutio fieri debet quamprimùm ; in loco creditoris ; expensis et periculo debitoris, usquedùm à creditore per se aut per nuntium acceptata fuerit in compensationem damni.

5° Possessor, seu detentor *dubiæ fidei* ad nihil tenetur, si possideat libertas ; tenetur verò, si possideat lex. — Porro possidet lex 1., si detentor detegat rem non esse suam. Et in hoc casu gravatur tantùm obligationibus detentoris bonæ fidei, si aliundè possessionem bonâ fide incœperit. Gravatur autem oneribus quæ sequuntur ex injustitiâ materiali et formali, si possessionem malâ aut dubiâ fide incœperit. Possidet lex 2., si, post detentionem malâ aut dubiâ fide incœptam,

dubium perseveret, etiam diligenti inquisitione factâ. Et in hoc casu tenetur, cum oneribus quæ sequuntur ex injustitiâ materiali et formali, restituere collectioni dubitantium pro rata dubii. Possidet lex 3., si detentor inquisitionem neglexerit. Et in hoc casu tenetur, cum oneribus quæ sequuntur ex delicto, restituere pauperibus pro rata spei quam dominus habuisset rem suam recuperandi.

6° Damnificator *dubiæ fidei* ad nihil tenetur, si in dubio possideat libertas; tenetur verò, si possideat lex. — Porro possidet lex 1. contra collectionem cooperantium ad injustitiam, quamvis causa individualis damni sit dubia. Et in hoc casu quisque cooperator tenetur, cum oneribus quæ sequuntur ex delicto, restituere pro rata dubii. Possidet lex 2. contra eum qui posuit factum certè injustum quoàd materiale, dubiè quoàd formale. Et in hoc casu tenetur ad restitutionem totius damni cum oneribus quæ sequuntur ex delicto.

7° Omnis restitutio debetur:— 1. Ab iis qui posuerunt factum radicem restitutionis ; absque aut cum solidaritate, proùt omne damnum cuique cooperatori attribui aut non attribui potest ; — 2. post mortem præcedentium, ab eorum successoribus, etiam ultra vires hæreditatis, saltem post sententiam judicis, sed absque solidaritate.

8° Omnis restitutio fieri debet totaliter creditori individualiter cognito ; — pro rata dubii, creditoribus indeterminatè cognitis ; — pauperibus, si creditores sint absolutè incogniti.

9° Obligatio ad restitutionem pro circumstantiis tollitur aut suspenditur absolutè aut quoàd creditorem

tantùm, totaliter aut quoàd partem, — per voluntatem superioris, quæ manifestari potest per præscriptionem vel sententiam punitoriam aut declaratoriam; — per voluntatem *facti*, id est concessionem jus habentis; — per voluntatem *juris*, scilicet, impossibilitatem physicam; impossibilitatem moralem, seu quod idem est, grave detrimentum debitoris, creditoris, tertiæ personæ.

10° Obligatio est gravis aut levis, proùt materia est gravis aut levis.

DISPUTATIO II.

DE CONSECTARIIS

SECUNDARIIS

SEU

DE SPECIEBUS INJUSTITIÆ.

Sub titulo præcedenti, ex naturâ et existentiâ juris deduximus legem justitiæ, seu principia generalia justitiæ. Porro logicè à principiis ad conclusiones speciales, et à conclusionibus specialibus ad individuales est progrediendum. Proindè sub titulo præsenti, ex principiis justitiæ generalibus deducenda sunt corollaria spectantia ad varias species injustitiæ.

In injustitiâ autem, quæ est læsio juris alieni, duplex distingui potest elementum, scilicet factum lædens,

objectum læsionis. Injustitia proindè ab aliâ injustitiâ differre potest ratione vel facti lædentis, vel objecti læsi. Indè fluunt species injustitiæ 1° *Ex naturâ facti*, 2° *ex objecto læsionis* deductæ: de quibus dicendum.

1. SPECIES.

De injustitiis EX NATURA FACTI *deductis.*

Factum lædens, ut jam diximus, potest esse damni causa,—directa,—occasionalis,—negativa. Indè diversæ injustitiæ, quæ in tabulâ sequenti exponuntur.

Causa:			
1° *Directa:*			2° *Occasionalis* aut *Negativa.*
Immédiata:	Mediata:	Instrumentalis.	
1. Furtum. 2. Detentio. 3. Damnificatio.	1. Mandatum. 2. Consilium. 3. Facta mandato et consilio æquivalentia.		

Prædictæ causæ considerari possunt Absolutè,—Relativè.

CAPUT I.

De Causis injustitiæ ABSOLUTÈ *consideratis.*

Præmittenda:

1° De quolibet facto in tabulâ præcedenti exposito,

tria quæruntur: 1. Utrùm sit injustum materialiter; 2. In hypothesi affirmativâ, quandònam sit injustum formaliter, proindè obligans ad restitutionem; 3. In hypothesi obligationis, quid restituendum?

2° Ad solvendam quæstionem injustitiæ formalis, attendendum est utrùm agens sit bonæ, malæ, aut dubiæ fidei.—Est bonæ fidei si practicè et prudenter judicet se jus habere ad actum suum; malæ fidei, si judicet se jus non habere; dubiæ, si dubitet utrùm jus habeat. —Qui est in bonâ fide nunquàm est formaliter injustus, injustitiam enim non voluit liberè. Qui in malâ fide, positâ aliundè injustitiâ materiali, est semper injustus formaliter; quia vult directè aut indirectè injustitiam materialem. Qui in dubiâ fide, practicè reputandus est formaliter injustus, si dubium prudenter solvitur in gratiam legis; non verò, si solvitur in gratiam libertatis.

3° In quæstionibus sub titulo præsenti tractandis, supponimus semper jus læsum esse strictum. Quibus positis.

ARTICULUS I.

De causâ Directâ.

Causa directa, ut jam diximus, est actus naturâ suâ tendens ad damnum alterius. —Potest esse immediata, vel mediata, vel instrumentalis.

§ 1. DE CAUSA DIRECTA IMMEDIATA.

Causa immediata est actus naturâ suâ producens damnum absque intermedio.

PUNCTUM I. *De Furto.*

Furtum est injusta ablatio rei alienæ.

Indè furto reus non est : 1° qui rem alienam aufert, consentiente domino aut superiore jus habente de re disponendi ; 2° qui rem alienam aufert ut subveniat sibi in extremâ necessitate ; 3° qui jus habet ad compensationem, positis tamen quibusdam conditionibus.

In quâlibet hypothesi præcedenti, qui rem aufert non est fur, si jus habeat auferendi ; porro res ità est. 1° Si dominus aut superior consentiat : ut evidens est. — 2° Si auferens sit in extremâ necessitate : siquidem potest legitimè occupare quæ necessaria sunt ad subveniendum sibi. — 3° Si auferens jus habeat ad compensationem : quisque enim jus habet ad rem suam, aut ad rem injusti damnificatoris æquivalentem, si rem ipsam recuperare non possit.

Diximus in ultimâ hypothesi : « positis quibusdam conditionibus. » Conditiones autem requisitæ sunt : 1° *Ex titulo justitiæ*, — debitum sit certum ; sceus enim melior esset conditio possidentis ; — possessor non habeat jus rem possidendi, v. g. titulo pignoris, locationis, etc. ; — sumatur res ipsa, si fieri possit, aut tantùm res injusti damnificatoris æquivalens, si res ipsa recuperari non possit ; lædus enim jus habet ad rem primò et, defectu rei, ad æquivalens tantùm ex bonis damnificatoris ; — cautio adhibeatur ut debitor ponatur extrà periculum bis solvendi, nec tertius indè patiatur. — 2° *Ex titulo honestatis*, — ut viâ ordinariâ jus non possit facilè repeti ; — removeatur omne periculum scandali ; — compensatio generatim non fiat, nisi de consilio prudentium.

Omissis conditionibus ex justitiâ requisitis, compensatio esset injusta; illicita verò tantùm, deficientibus conditionibus ex honestate. Quibus positis,

Quæst. 1ª *Utrùm furtum sit materialiter injustum?*

Resp. Affirmativè : furtum enim directè et immediatè privat dominum possessione et usu rei suæ.

Quæst. 2ª *Quandònam furtum sit formaliter injustum et obliget ad restitutionem?*

Resp. Triplex hypothesis fingi potest : ablator est vel bonæ, vel malæ, vel dubiæ fidei.

1° Si bonæ fidei : Ablator non est formaliter injustus, nec proindè obligatur ad restitutionem ratione furti. — Dicimus : « ratione furti. » Ablator enim, licèt bonæ fidei, potest ad restitutionem teneri ratione possessionis.

2° Si malæ fidei : Ablator est formaliter injustus, proindè obligatur ad restitutionem.

3° Si dubiæ fidei : Vel dubium solvitur in gratiam legis, vel in gratiam libertatis. Si priùs : Ablator practicè reputandus est formaliter injustus; non verò, si posteriùs.

Quæst. 3ª *Quid sit restituendum ratione furti?*

Resp. 1° Si fur fuerit in malâ fide, gravatur oneribus ex injustitiâ materiali et formali sequentibus.

2° Item, si fuerit in dubiâ fide, et detegat rem non esse suam. In hoc enim casu dubia fides æquivalet malæ fidei.

Medio conclusionum suprà deductarum solvi potest duplex quæstio sequens :

1ª Q. *Utrùm famulus rectè judicans salarium suum esse infrà operam à se præstitam, possit occultè se compensare?*

R. Non potest : 1° Si gratis servire intenderit ; 2° si de salario infra operam liberè stipulatus fuerit. Siquidem in his casibus validè renuntiavit salario labori suo æquivalenti.

Potest probabiliùs se compensare usquè ad pretium infimum, si necessitate coactus fuerit ad stipulandum. Famulus énim jus habet ad salarium labori suo proportionatum, nisi liberè renuntiaverit ; porro liberè non renuntiavit. — Excipitur casus in quo dominus facilè potuisset alios famulos invenire pro tali pretio, aut famulum de quo agitur solâ misericordiâ susceperit. In his enim casibus dominus ad salarium ordinarium non tenebatur (1).

2ª *Q. Utrùm famulus augens operas debitas se compensare possit ?*

R. Non potest, si agat ex electione propriâ. Censetur enim renuntiare augmento salarii. Potest, si ex voluntate domini. Habet enim jus ad salarium labori proportionatum cui non renuntiavit (2).

PUNCTUM II. *De Detentione.*

Quæst. 1ª *Utrùm detentio rei alienæ sit materialiter injusta ?*

Resp. Affirmativè. Detentio enim directè et immediatè privat dominum possessione et usu rei suæ.

Quæst. 2ª *Quandònam detentio sit formaliter injusta, et obliget ad restitutionem ?*

(1) S. Lib. III, n. 522.

(2) Ità Salmanticenses, *De Restit.* cap. 1, n. 138 ; S. Lig. n. 524, etc.

Resp. Eædem sunt hypotheses, eædemque solutiones, quas attulimus simili quæstioni *de Furto*.

Quæst. 3ª *Quid restituendum?*

Resp. 1° Possessor bonæ fidei gravatur oneribus quæ sequuntur ex merâ detentione.

2° Possessor malæ fidei gravatur oneribus quæ sequuntur ex injustitiâ materiali et formali.

3° De obligationibus possessoris dubiæ fidei, *vide in* conclusionibus suprà resumptis.

Nota. 1° Possessor, sive sit bonæ, sive sit malæ, sive sit dubiæ fidei, potest in restitutione deducere expensas necessarias ad conservationem rei, expensas utiles seu quæ augent valorem rei; siquidem cedunt in utilitatem domini.—Non potest autem deducere expensas merè voluptuarias; quia non augent valorem rei.

2° Possessor malæ fidei potest etiam deducere expensas quas fecit ad colligendos fructus; istæ enim expensæ cedunt in utilitatem domini, cùm possessor teneatur ipsi restituere fructus.—Possessor verò bonæ fidei non potest deducere prædictas expensas. Nam fructus facit suos; proindè prædictæ expensæ serviunt ipsius utilitati, ab ipso proindè solvendæ sunt.

Ad explicandas obligationes possessoris malæ fidei, duplex quæstio specialis præcedentibus solutionibus est addenda.

1ª Q. *Utrùm possessor malæ fidei teneatur restituere rem alienam apud dominum certò perituram?*

Ratio dubitandi hæc est, scilicet, quia res certò peritura, primo intuitu videtur nullius valoris; proindè possessor malæ fidei, in hypothesi datâ, nullum reale dam-

num infert, non est proindè injustus materialiter, nec obligatur ad restitutionem.

R. Attento solo *jure naturali*, quædam certa, quædam controversa.

Certa. Detentor malæ fidei tenetur restituere :

1° Si res exstet. Ad dominum enim pertinet, quamvis apud ipsum fuerit peritura ; domino proindè restituenda est.

2° Si res peritura fuerit apud dominum injustitiâ materiali et formali tertiæ personæ. In hoc enim casu, dominus haberet contra injustum damnificatorem jus recuperandi rem suam aut ejus valorem ; non potest proindè dici rem nullum valorem habere.

3° Si res certò peritura apud dominum periculo præcedenti, perierit tantùm apud injustum detentorem periculo subsequenti, modò periculum subsequens non fuerit commune domino et possessori. Res enim à primo periculo liberata ad dominum pertinebat, illi restituenda erat ; proindè omissio restitutionis ex parte possessoris est injusta materialiter et formaliter, detentor proindè tenetur ad restitutionem.—Dicimus : « modò periculum subsequens... » Nam, si periculum fuisset commune, quæstio controvertitur, ut infrà.

Controvertitur autem utrùm possessor teneatur, si res, apud dominum casu fortuito peritura, apud possessorem eodem tempore perierit vel ipsius culpâ, vel casu fortuito, aut perierit periculo equidem subsequenti, sed communi domino et possessori.

Duplex opinio.—*Prima* negat possessorem teneri (1.)

(1) Ità Lessius, Lib. II, cap. 12, n. 92 ; De Lugo, n. 145 ; Vogler, n. 501 ; D. Carrière, n. 1067.

Quia res certò peritura casu fortuito apud dominum, nullum habet valorem; possessor proindè nullum damnum infert domino, ad restitutionem ergo non tenetur. —*Secunda* affirmat (1). Nam possessor malæ fidei facto possessionis fuit injustus materialiter et formaliter; proindè tenetur ad restitutionis obligationem, quæ non potest deleri per circumstantiam in quæstione allatam.

Cùm quæstio sit controversa, hìc applicandum esset principium reflexum : ***Melior est conditio possidentis.*** Undè : Possessor malæ fidei ad restitutionem non obligaretur antè sententiam ; — dominus posset legitimè provocare sententiam ; — possessor et dominus sententiæ validæ stare tenerentur.

Ex jure civili, possessor malæ fidei in quâlibet hypothesi potest ad restitutionem obligari per sententiam judicis (2). Teneretur proindè possessor, sed tantummodò post sententiam judicis. Obligatio enim imponeretur ipsi per modum pœnæ activæ et gravis ; obligat ergo tantùm post sententiam judicis.

2ª Q. Cùm detentor malæ fidei teneatur reddere dominum indemnem, quæritur : *Si res malâ fide possessa varium habuerit valorem tempore detentionis, juxta quem valorem facienda sit restitutio* ?

R. Quædam certa, quædam controversa.

Certa. 1° Possessor malæ fidei tenetur restituere, saltem secundùm valorem quem res habebat initio malæ fidei. Injustitia enim à possessore illata domino

(1) Ità Billuart, Dis. VIII, art. 11, § 2 ; Dens ; D. D. Bouvier.

(2) *Code civ.* ART. 1302..... De quelque manière que la chose volée ait péri, ou ait été perdue, sa perte ne dispense pas celui qui l'a soustraite de la restitution du prix.

æquivalet valori quem res habebat initio malæ fidei; restitutio proindè debet æquivalere saltem huic valori.

2° Sufficit ut restitutio fiat juxta valorem prædictum; 1. si ex unâ parte dominus rem suam venditurus aut consumpturus fuerit tempore quo ipsi ablata est, et aliundè detentor eodem tempore rem vendiderit aut consumpserit; 2. si res nullum valoris augmentum habuerit tempore detentionis, sive dominus eam venditurus aut consumpturus fuerit, sive non. Injustitia enim illata domino non excedit valorem quem res habuit initio malæ fidei.

3° Tenetur restituere juxta valorem quem res habet tempore quo fit restitutio, etiamsi valor creverit ab initio possessionis. Res enim fructificat domino, proindè augmentum rei pertinet ad dominum; ipsi proindè restituendum, deductis tamen impensis à detentore factis ad conservandam rem et augendum ejus pretium.

4° Tenetur restituere juxta valorem quem res habebat tempore quo eam consumpsit aut vendidit, etiamsi valor creverit ab initio possessionis. Res enim ad dominum pertinebat eo tempore quo consumpta aut vendita fuit à detentore; proindè injustitia domino illata æquivalet valori quem res habebat tempore quo detentor eam vendidit aut consumpsit.

5° Tenetur restituere juxta summum valorem rei, si dominus rem consumpturus aut venditurus fuisset tempore summi valoris. Damnum enim à possessore illatum domino æquivalet in hoc casu summo valori rei.

Controvertitur autem utrùm possessor teneatur restituere juxta majorem valorem quem res habuit tem-

pore possessionis, etiamsi eo tempore dominus rem suam nec consumpturus nec venditurus fuerit.

Duplex opinio. — *Prima* affirmat possessorem teneri juxta majorem rei valorem (1). Nam tempore quo res majorem attigit valorem, ad dominum pertinebat, ex justitiâ ipsi restituenda erat; detentor proindè non restituendo intulit domino injustitiam majori valori æquivalentem, ergo tenetur secundum valorem rei majorem. — *Secunda* negat detentorem teneri ad majorem rei valorem (2). Siquidem, cùm ex hypothesi dominus non sit venditurus aut consumpturus rem suam tempore majoris valoris, damnum ipsi illatum non æquivalet majori pretio rei.

Hìc applicanda sunt principia reflexa sæpiùs jam exposita.

Punctum III. *De Damnificatione.*

Damnificatio immediata, de quâ hìc agitur, est actus naturâ suâ et absque causâ morali intermediâ producens destructionem aut detrimentum rei alienæ.

Quæst. 1ª *Utrùm damnificatio sit materialiter injusta?*

Resp. Affirmativè. Est enim, ex ipsâ definitione, causa directa et immediata damni alterius.

Quæst. 2ª *Quandònam sit formaliter injusta, proindè obligans ad restitutionem?*

(1) Ità Antoine, q. 10; Billuart, *De Justitiâ*, art. 11, § 3; Collet, n. 265; S. Ligorius, *Homo Apost.*, de Septimo præcepto, n. 78; D. D. Bouvier, p. 74.

(2) Ità De Lugo, n. 32; Salmanticens., n. 57; Vernier, n. 566; D. Carrière, T. III, n. 1078.

Resp. Damnificator potest esse bonæ, malæ, vel dubiæ fidei.

1° Si bonæ fidei : damnificatio non est formaliter injusta, nec proindè obligans ad restitutionem.

2° Si malæ fidei : est formaliter injusta, proindè obligans ad restitutionem.

3° Si dubiæ fidei : vel dubium prudenter solvitur in gratiam libertatis, vel in gratiam legis. Si priùs : damnificatio practicè saltem, non est formaliter injusta. Si posteriùs : practicè est formaliter injusta et obligans ad restitutionem.

Quæst 3ª. *Quid restituendum ratione damnificationis?*

Resp. 1° Si damnificator fuerit malæ fidei, vel damnificatio fuit in bonis possessis aut speratis cum jure stricto, vel in bonis speratis absque jure stricto. — Si priùs : totum damnum restituendum est cum oneribus quæ sequentur ex injustitiâ materiali et formali. — Si posteriùs : restituendum est pro ratâ tantùm ; damnificator enim injustè privavit læsum spe tantùm et non re.

2° Si damnificator fuerit dubiæ fidei, vid. conclusiones suprà resumptas de damnificatione dubiæ fidei.

Ad explicandas obligationes damnificatoris malæ fidei, triplex quæstio specialis præcedentibus solutionibus est addenda.

1ª Q. *Utrùm damnificator malæ fidei teneatur restituere rem alienam à se destructam, si certò apud dominum peritura fuisset?* —2ª. *Si res destructa varium habuisset valorem apud dominum, juxta quem valorem facienda sit restitutio?*

R. Istæ quæstiones jam propositæ et solutæ sunt de possessore malæ fidei. Quæ diximus sub hoc titulo applicanda sunt damnificatori malæ fidei ; exceptis tamen solutionibus possessioni specialibus, damnificatio enim excludit possessionem.

3ª Q. *Utrùm qui rem alienam destruxit bonâ fide, credens illam habere valorem multò inferiorem valori reali, teneatur restituere juxta majorem valorem* ?

R. Duplex opinio. — *Prima* affirmat obligationem restituendi juxta valorem realem ; quia læsio fuit materialis et formalis quoàd totum valorem. — *Secunda*, probabilior, reducit obligationem valori putativo (1) ; quia injustitia, quatenùs formalis, ad hunc valorem extenditur tantùm, positâ bonâ fide. *S. Lig.*

§ 2. De causa Mediata.

Dicitur causa *mediata* actus naturâ suâ movens alium ad injustitiam exsequendam. — Actus dicitur *causa*, quia naturâ suâ tendit ad damnum ; *mediata*, quia movens non exsequitur damnum per se, sed per alium.

Ex dictis ubi *de Lege Justitiæ* evidens est 1° causam mediatam esse materialiter injustam, injustus est enim omnis actus directè ad damnum tendens ; 2° causam mediatam æquivalere damnificationi in se et quoàd obligationes. — Unum ergo de hâc materiâ inquirere necesse est, scilicet, utrùm tale factum sit causa mediata, nec ne. Solutâ enim illâ quæstione, aliæ solvuntur per principia exposita ubi *de Damnificatione*. Quibus positis.

(1) Ità Vogler, n. 189 ; S. Lig., Lib. III, n. 613 ; D. Carrière, n. 4151 ; P. Gury, n. 641.

Punctum I. *De Mandato.*

Mandatum est actus superioris actionem injustam jubentis.

Mandatum est *vestitum* aut *nudum*, proùt mandato adduntur, aut non adduntur motiva extrinseca quæ impellant exsequentem ad actum injustum.

Per mandatum damnum inferri potest duabus personis ; 1° personæ contra quam dirigitur mandatum, 2° mandatario. Quo posito,

Quær. *Utrùm mandatum sit causa directa damni ?*

Resp. 1° Mandatum est ordinariè causa directa et mediata damni quod patitur persona contra quam dirigitur.—Est causa directa : quia mandatum continet vim ad damnum determinativam ; — causa mediata : mandans enim per se damnum non exsequitur.

2° Mandatum non est causa mediata damni quod patitur mandatarius, si mandatarius consenserit liberè. *Scienti et liberè volenti non fit injuria ;* porro mandatarius in casu dato supponitur liberè consentiens damno suo, proindè ipse, non verò mandatum, est causa damni quod patitur.

3° Mandatum ordinariè est causa damni quod patitur mandatarius liberè non consentiens ; seu quod idem est, si mandatarius fuerit moraliter coactus per mandatum. Mandans enim, in hâc hypothesi, injustè minuit libertatem mandatarii, est proindè causa mediata damni quod ille patitur mandatum exsequendo.

Diximus : « ordinariè. » Nam 1. mandatum retractatum non est causa damni, modò retractatio fuerit antè actum sufficienter manifestata. Siquidem mandatum

retractatum nullam vim impulsivam conservat; damnum proindè, si inferatur, malæ voluntati mandatarii et non mandato imputari debet. — Modò retractatio fuerit sufficienter manifestata : Alioquin damnum inferretur vi mandati, ipsi proindè tanquàm causæ esset attribuendum.

2. Si mandatarius excesserit in exsecutione limites mandati, damnum excedens ipsi, non verò mandato, esset imputandum.

Nota. Licèt mandans ad restitutionem non teneatur vi mandati quod retractavit, attamen potest teneri — tanquàm consulens, si mandatum fuerit vestitum rationibus ad damnum impellentibus et non sufficienter destructis, ut infrà dicemus *de Consilio*; — tanquàm non obstans, si potuerit damnum impedire et non impediverit.

Punctum II. *De Consilio.*

Duplex distinguitur consilium : *impulsivum*, quo quis simpliciter impellit ad damnum; — *doctrinale*, quo quis pronuntiat de justitiâ aut injustitiâ facti.

Utrumque consilium potest esse *nudum* aut *vestitum*.

Per utrumque consilii modum damnum inferri potest duplici personæ : 1° personæ contra quam consilium dirigitur, 2° personæ cui consilium datur. Quo posito,

Quær. *Utrùm consilium sit causa mediata damni?*

Resp. 1° Consilium, sivè impulsivum, sive doctrinale ordinariè est causa mediata damni quod infertur personæ contra quam dirigitur. Continet enim vim impulsivam ad damnum huic personæ illatum, ut suprà diximus *de Mandato*.

2° Consilium impulsivum non est causa damni quod patitur exsequens, nisi consulens mendaciis aut sophismatibus circumvenerit exsequentem. — Non est causa damni quod patitur exsequens : Iste enim scienter et liberè consilium exsequitur, porro *scienti liberèque volenti non fit injuria*.— Nisi consulens mendaciis aut sophismatibus...: Consulens enim talibus mediis utendo minueret injustè libertatem exsequentis.

3° Consilium doctrinale falsum causa est mediata damni quod patitur exsequens, si consulens teneatur ex officio consilium dare, aut peritiam affectet ; modò consilium sit affirmativum aut negativum, non verò merè dubitativum, et imperitia consulentis non sit nota. — Est causa mediata, si consulens teneatur ex officio : siquidem, in hâc hypothesi, consulens tenetur et censetur habere scientiam saltem ordinariam muneri suo competentem ; consilium proindè habet vim impulsivam ad damnum. — Si consulens peritiam affectet: In hoc enim casu injustè decipit eum qui consilium petit, consulens proindè est causa directa et mediata damni quod ille patitur. — Modò consilium non sit dubitativum, et imperitia consulentis nota : secùs consultans debet imputare imprudentiæ suæ damnum quod patitur, cùm, positis circumstantiis, liberè subeat influxum consilii.

Diximus : « ordinariè. » Nam 1. consilium nudum et sufficienter retractatum non est causa damni, si retractatio fuerit ante actum sufficienter manifestata exsequenti. Ità communiter. — Si autem consilium sit vestitum, retractatio manifestata non suffieit. Insuper, juxta quosdam, requiritur ut consulens rationes afferat

quæ valeant influxum consilii destruere; requiritur juxta alios ut rationes realiter destruant influxum. De his in genere consideratis jam diximus ubi *de Lege justitiæ*.

2. Si exsequens excesserit limites consilii, damnum excedens imputandum esset ipsi, non vero consulenti.

PUNCTUM III. *De Factis mandato et consilio æquivalentibus.*

Quod diximus de mandato et consilio, dicendum pariter de factis mandato et consilio æquivalentibus, ut evidens est.

Porro Mandato æquivalent :

1° Quilibet actus minuens libertatem, simulque directè movens ad damnum alterius; v. g. minæ, violentia, etc. Ideò enim injustum est mandatum, quia movet ad damnum directè et minuendo libertatem exsequentis.

2° Consensus, seu actio dantis sententiam aut suffragium ex quo directè pendet violatio juris alieni. Per suffragium enim et sententiam quasi præcipitur executori actio injusta.

Consilio æquivalent :

1° Actio palponis. *Palpo* dicitur, qui laudando, adulando, vituperando, etc., movet ad damnum. Actio enim palponis movet ad damnum persuasione, sicut et consilium.

2° Actio ejus qui, sine ratione sufficienti, præbet furi aut damnificatori *recursum*, seu assecurationem, ità ut voluntas non restituendi, aut iterùm furandi vel damnificandi, assecuratione producatur aut firmetur. Propositio in se considerata ratione præcedenti probatur.

Diximus : « sine ratione sufficienti. » In genere autem rationes sufficientes deducuntur ex professione, ex consanguinitate, ex charitate. Sic inter receptantes non sunt computandi : qui hospitaliter furem recipiunt ex suo officio ; qui malefactorem domi recipiunt propter amicitiam et consanguinitatem ; qui sub spe emendationis illos occultant ; aut qui illorum evasioni favent cùm ad carcerem vel ad necem quæruntur. In casibus prædictis qui recursum præbent non sunt injusti ; siquidem læsus censeretur irrationabiliter obstare recursui.

Controvertitur utrùm pravum exemplum æquivaleat consilio, et proindè utrùm ad restitutionem teneatur qui scandalo movet alios ad injustitiam.

Prima opinio affirmat (1). Quia pravum exemplum est quasi persuasio naturaliter ad injustitiam movens. — *Secunda*, communior, negat (2). Quia pravum exemplum non influit directè, sed occasionaliter tantùm.

Cùm in quibusdam casibus dubium esse possit utrùm mandatum, consilium et actus iis æquivalentes influant directè et efficaciter in damnum (quod tamen necessarium est ad injustitiam materialem) ; ad explicanda principia in tribus titulis præcedentibus exposita, sequentes solvendæ sunt quæstiones.

1ª Q. Superior inferioribus suis manifestat quoddam

(1) Ità Antoine, p. II, cap. 3, q. 13 ; Billuart, D. VIII, art. 13 ; Collet, n. 310 ; D. D. Bouvier, p. 102 ; et alii.

(2) Ità Molina, T. III, D. 734, n. 2 ; Salmant., cap. 1. 114 ; Laymann ; Bonacina, etc.

factum injustum sibi gratum fore; damnum infertur; *utrùm factum superioris sit materialiter injustum?*

R. Affirm. Siquidem factum superioris habet vim persuasivam erga inferiorem; æquivalet proindè consilio.

2ª Q. Superior cognoscit damnum ab inferioribus suo nomine inferendum; non obstat; *utrùm ipsius factum sit injustum materialiter?*

R. Vel inferiores sciunt determinationem suam à superiore suo esse cognitam, vel non. — Si priùs: injustum est factum superioris. Superior enim, si non obstet, censetur approbare damnum nomine suo inferendum; proindè omissio reclamationis æquivalet consilio positivo. — Si posteriùs: factum superioris non est injustum. Ipsius enim silentium non censetur approbatio positiva; sed causa est merè negativa damni, quæ ad restitutionem non obligat, secluso contractu aut quasi contractu.

3ª Q. Superior ignorat damnum in nomine suo illatum; deindè approbat; *utrùm ejus approbatio sit materialiter injusta?*

R. Negativè. Approbatio enim non influit realiter in damnum.

4ª Q. Aliquis determinatur ad damnum inferendum, alius eum impellit ad idem damnum per mandatum aut consilium; *utrùm mandatum aut consilium sit materialiter injustum?*

R. Neg. Siquidem, ex hypothesi, lædens jam determinatus erat ad totum damnum; proindè mandatum aut consilium non influit in damnum.

5ª Q. Aliquis determinatur ad tale damnum, alius

illum impellit per mandatum aut consilium ad damnum a priori diversum; *utrùm mandatum aut consilium sit materialiter injustum?*

R. Vel damnum ab alio propositum inferendum est alteri personæ, vel eidem. — Si alteri: Consilium aut mandatum est injustum. Secunda enim persona jus strictum habet ne damnum priori imminens sibi inferatur. — Si eidem: Injustum est consilium, si secundum damnum sit priori gravius; non verò, si sit æquale aut minùs grave.

6ª Q. *Utrùm consulens solum injustitiæ modum sit materialiter injustus?*

R. Neg. si modus non augeat quantitatem damni; secùs, si augeat.

7ª Q. *Utrùm sit materialiter injustus qui in concilio dat injustum suffragium?*

R. Quædam certa, unum controversum.

Certa. 1º Injusti sunt omnes suffragium dantes in duplici casu: 1. si de condicto; 2. si eodem tempore suffragium injustum dederint.

2º Injusti sunt qui suffragium injustum dant, antequàm numerus suffragiorum ad sententiam necessarius sit completus.

In casibus prædictis suffragium injustum dantes participant efficaciter damno, proindè sunt injusti materialiter.

Controvertitur autem utrùm, seclusis condicto et suffragiorum simultaneitate, materialiter sit injustus qui dat suffragium, cùm numerus ad sententiam injustam necessarius jam sit completus? (supponimus senten-

tiam nondùm esse latam ; alioquin nulla adesset cooperatio sententiæ, proindè nulla injustitia).

Duplex opinio. — *Prima* negat (1). Damnum enim censetur illatum, cùm numerus suffragiorum ad sententiam ferendam est completus; proindè suffragia addita non sunt causa damni, nec proindè materialiter injusta. — *Secunda* affirmat (2). Quia suffragium in circumstantiis prædictis non est quidem necessarium ad producendum damnum, sed est concausa damni quod sufficit ad injustitiam.

Forsan theoricè probabilior est *secunda* opinio.

§ 3. DE CAUSA INSTRUMENTALI.

Instrumentalis dicitur causa per quam patratur damnum ab alio decretum. — Causa : Supponimus actum tendere directè ad damnum.—Per quam... His verbis designatur propria functio hujus causæ, quæ est quasi-instrumentum jubentis, consulentis aut causarum æquivalentium.

Quæst. 1ª. *Utrùm causa instrumentalis sit materialiter injusta* ?

Resp. Affirm. Ex definitione enim directè tendit ad damnum alterius, æquivalet proindè damnificationi.

Quæst. 2ª et 3ª. *Quandònam sit injusta formaliter et obligans ad restitutionem ; et, in hypothesi obligationis, quid restituendum* ?

Resp. Cùm causa instrumentalis æquivaleat causæ

(1) Ità plerique antiquiores, Cajet., Navar., Lessius, De Lugo ; S. Lig., *Homo àpost.* Tr. 10, n. 50.

(2) Ità Henno, Collet, Habert ; Billuart, Dis. 8, art. 13 ; D. D. Gousset, T. 1, n. 956.

damnificanti, duplex quæstio prædicta solvenda est iisdem responsionibus, quas suprà exposuimus ubi *de Damnificatione*.

Ad explicandam primam quæstionem, ulteriùs quærendum: Utrùm causa instrumentalis excusari possit ab injustitiâ materiali, si determinetur ad actum ob vitandum grave malum; et, in hypothesi affirmativâ, quandò excusetur?

In casu præsenti dubia est injustitia materialis, quia dubium est utrùm lædendus teneatur juri suo renuntiare.

Ad 1^am^ quæst. part., scilicet: *Utrùm causa instrumentalis excusari possit ab injustitiâ materiali, si determinetur ad actum ob vitandum malum grave*?

R. Certum est causam instrumentalem non excusari, si actus ponendus sit naturâ suâ malus. Siquidem lædendus non tenetur renuntiare juri suo; per renuntiationem enim non cessaret obligatio abstinendi ab actu, cùm, ex hypothesi, actus sit essentialiter malus. Ergo inutilis esset renuntiatio ad liberandum cooperantem, ad eam proindè non tenetur.

Controvertitur autem utrùm excusetur causa instrumentalis, si actus ab eâ ponendus de se indifferens sit. — Quatuor sunt opiniones (1).

Prima affirmat causam instrumentalem posse excusari. Nam, si damnum cooperanti imminens sit sufficiens, lædendus tenetur renuntiare juri suo. Cessante

(1) De hâc quæstione doctores locuti sunt valdè obscurè, ut ait S. Lig.; vid. apud illum statum controversiæ. *Theol. mor.* Lib. III, n. 571.

autem jure lædendi, cessat injustitia materialis cooperantis instrumentaliter.

Secunda negat causam instrumentalem posse excusari. Siquidem actus, in hypothesi datâ requisitus, coordinatur ad injustitiam per causam principalem, fit ergo essentialiter malus. Ergo per renuntiationem lædendi non cesseret obligatio abstinendi, inutilis esset proindè cooperatori cessio juris, ad eam proindè *non* tenetur lædendus.

Tertia distinguit. Negat causam instrumentalem posse excusari, si cooperatio sit proxima, v. g. arcam infringere, rem è domo extrahere. Affirmat, si remota, v. g. scalam tenere, furi claves tradere. Quia cooperatio est essentialiter mala, si sit proxima; non verò, si remota. Proindè inutilis esset renuntiatio juris in priori casu; utilis autem et, posito gravi cooperantis periculo, obligatoria est juris renuntiatio in posteriori.

Quarta, probabilior, alio modo distinguit. Negat causam instrumentalem posse excusari, si cooperetur ad injustitiam formalem. Affirmat verò illam excusari posse, si cooperetur ad injustitiam materialem tantùm.

Cooperatur autem ad injustitiam formalem qui per actionem suam directè creat, conservat, auget determinationem ad injustitiam in causâ principali aut in exsequentibus. Cooperatur ad materialem injustitiam tantùm qui concurrit solummodò ad exsecutionem materialem damni.

Porro non potest excusari causa instrumentalis cooperans ad injustitiam formalem. Siquidem actus cooperantis, ut potè ordinatus ad peccatum formale causæ principalis aut exsequentium, est essentialiter malus;

inutilis esset proindè cessio juris ex parte lædendi, ut suprà diximus. — Potest excusari qui cooperatur ad injustitiam materialem. Si non posset excusari, maximè quia cooperatio instrumentalis, utpotè ad injustitiam ordinata per causam principalem, esset in se mala, proindè cessio juris cooperanti inutilis. Atqui hoc falsum est; siquidem actus indifferens evadit malus per coordinationem agentis tantùm, non verò per coordinationem alterius ad malum finem.

Ad 2^am^ quæst. part., scilicet: *Quandònam causa instrumentalis excusetur ab injustitiâ materiali?*

R. Causa instrumentalis excusatur ab injustitiâ materiali, cùm actus de se indifferens est, simulque, positis circumstantiis, lædendus juri suo renuntiare tenetur.

Lædendus autem tenetur cedere jus suum: 1° Si damnum imminens cooperatori sit ordinis superioris; v. g. si abstinendo à concursu ad furtum aut damnificationem in bonis fortunæ cooperator incurrat periculum vitæ aut famæ. — 2° Si damnum imminens cooperatori, quamvis ejusdem ordinis, sit valoris superioris; modò cooperator possit et velit damnum reparare; v. g. si, abstinendo à concursu ad damnum in bonis fortunæ, incurrat periculum damni majoris in eodem ordine. Diximus: « modò possit et velit... » Alioquin lædendus non teneretur jus suum cedere, cùm possit legitimè sese præferre cooperanti. Undè nunquàm licet cooperari morti alterius, etiam imminente simili periculo, quia damnum non potest compensari.

ARTICULUS II.

De causâ Occasionali et Negativâ.

De causis occasionali et negativâ sub eodem titulo dicimus, quia de utrâque idem statuendum.

Quæst. 1ª *Utrùm causæ occasionalis et negativa sint materialiter injustæ?*

Resp. Non sunt injustæ, seposito; sunt injustæ, posito contractu aut quasi-contractu, ut explicavimus et probavimus ubi *de Præcepto negativo Legis justitiæ.*

Quæst. 2ª et 3ª. *Quandònam causæ occasionalis et negativa sint formaliter injustæ et obligent ad restitutionem; — quid restituendum?*

Resp. Hic redeunt distinctiones quoàd bonam, malam aut dubiam fidem, simulque solutiones suprà expositæ ubi *de Damnificatione.*

CAPUT II.

De causis injustitiæ RELATIVÈ *consideratis.*

Sub titulo præsenti supponitur plures ad injustitiam concurrisse. In hâc hypothesi tria quæruntur: 1º Utrùm existat ordo quidam inter obligationes cooperantium; 2º In hypothesi affirmativâ, quisnam sit ordo; 3º Quænam sint hujus ordinis consectaria?

Quæst. 1ª *Utrùm existat ordo inter obligationes cooperantium?*

Resp. Vel actiones cooperantium sunt collaterales, vel aliæ ab aliis pendent.

Si collaterales : Nullus inter obligationes existit ordo. Omnes enim cooperatores eodem titulo ad damnum concurrerunt.

Si actiones aliæ ab aliis pendeant : causæ principales tenentur ad restitutionem ante causas secundarias. Damnum enim primò et principaliter attribuendum est causis principalibus, cùm causæ secundariæ fuerint solummodò quasi instrumenta principalium.

Quæst. 2ª *Quisnam sit ordo inter obligationes?*

Resp. In genere ordo inter obligationes respondet ordini inter causas.

Undè 1° causa *directa* tenetur ante causam occasionalem ; causa directa vel occasionalis ante causam negativam. Damnum enim potiùs attribuendum est causæ directæ quàm occasionali, directæ vel occasionali quàm negativæ.

2° Inter causas directas :

Primo loco tenetur *detentor*, 1. Si existat res aut ejus æquivalens ; est enim causa damni principalis, cùm dominus rei damnum patiatur quia injustus detentor rem suam possidet ; — 2. etiamsi rem destruxerit aut consumpserit ; quia repugnat detentorem obligatione suâ liberari per novam injustitiam.

Secundo loco tenetur *mandans*, aut cooperator cujus actio mandato æquivalet. Tenetur ante exsecutorem ; mandans enim est causa et exsecutor ejus quasi instrumentum in actione damnificativa. — Idem dicendum de illo qui per consilium, aut preces, aut similia induxit alium ut in suo nomine aut suî gratiâ damnum

inferat; Est enim, sicut mandans, causa principalis, et censetur aliundè in se suscipere onus restitutionis.

Tertio loco tenetur, ex consensu theologorum, *exsequens* ante consulentes et cooperatores quorum actio consilio æquivalet. Actio enim consulentis aut cooperatorum quorum actio consilio æquivalet servit executori, sicut actio executoris servit mandanti, ipsum scilicet instruendo, fovendo, armando, etc.

Quarto loco tenentur *consulens* et alii cooperatores inter quos nullus est ordo. Eorum enim actiones sunt inter se collaterales, non verò subordinatæ. Sic palpo non est instrumentum consulentis, aut vice versâ.

3° Inter cooperatores negativos:

Tenentur ad restitutionem custodes et præfecti particulares ante generales. Particulares enim tenentur impedire damnum immediatè, generales autem mediatè, scilicet invigilando ut particulares debitè fungantur officio suo.

Quæst. 3ª. *Quænam sint ordinis prædicti consectaria?*

Resp. In generé causæ secundariæ ad restitutionem tenentur tantùm defectu causæ principalis à quâ pendent; ità ut, liberatâ causâ principali, liberentur secundariæ.

Indè: 1° Si causa principalis restituerit, aut remissionem debiti obtinuerit, ad nihil tenentur causæ secundariæ ab eâ pendentes.

2° Si una è causis minùs principalibus restituerit, causæ à restituente pendentes liberantur. Causa principalis liberatur erga creditorem, sed tenetur ad totum

erga restituentem ; causa enim minùs principalis, acquisivit jus creditoris contra causam principalem.

3° Si creditor solvat ab obligatione causam secundariam, liberantur erga creditorem causæ pendentes: à cooperatore cui facta est condonatio, non autem causæ principales. Creditor enim non potest liberare causam principalem, quin liberet causas secundarias ; potest autem et censetur liberare causam secundariam, quin liberet causam principalem.

II. SPECIES.

De injustitiis EX OBJECTO LÆSIONIS *deductis.*

Injustitia potest perpetrari

IN BONIS :

Spiritualibus,		Corporalibus,	
Intrinsecis :	*Extrinsecis :*	*Intrinsecis :*	*Extrinsecis :*
In genere, per privationem usûs facultatum. In specie, per metum et coactionem.	1. Per privationem veritatis. 2. Per inductionem ad malum. 3. Per actus famam destruentes aut minuentes.	1. Per homicidium. 2. Per stuprum. 3. Per adulterium.	Per actus lædentes in bonis fortunæ : jus individui ; jus societatis.

Præmittenda:

De actibus in præsenti tabellâ indicatis tractabimus

sub respectu justitiæ tantùm ; de his enim sub aliis respectibus consideratis alibi jam diximus.

Quærendum ergo : 1° utrùm actus prædicti sint injusti, et obligent ad restitutionem ; 2° ad quid teneatur lædens?

Quoàd 1^am^ quæst., supponimus 1. damnum reale ex facto secutum fuisse ; alioquin nulla esset injustitia materialis, ac proindè nulla obligatio ad restitutionem. Supponimus 2. in facto exstitisse conditiones injustitiæ formalis ; scilicet, malam fidem, aut fidem dubiam quæ contra lædentem solvatur. Nam, ut diximus, absente injustitiâ formali, abest etiam obligatio ad restitutionem.

Quoàd 2^am^ quæst., respondemus : In genere, suppositâ injustitiâ facti, lædens tenetur ad onera ex injustitiâ materiali et formali sequentia ; exceptis tamen damnis quæ per bona ejusdem ordinis compensari non possunt.

Hæc responsio generalis sufficit ad solutionem quæstionis. Illam ideò omittemus in sequentibus titulis, nisi materia specialem solutionem exigat.

CAPUT I.

De læsione in bonis Spiritualibus.

ARTICULUS I.

De læsione in bonis spiritualibus Intrinsecis.

Bona spiritualia intrinseca sunt : vita spiritualis, facultates quibus exercetur.— Dicuntur *bona* : primùm

enim alicujus entis bonum est ens, ipsius vita et facultates quibus exercetur;—*spiritualia* : hìc agitur de ente, vità et facultatibus; —*intrinseca :* hæc constituunt ens spirituale.

Vita spiritualis ejusque facultates non possunt lædi in se, naturà enim suà potestati humanæ subtrahuntur. Lædi autem possunt duobus mediis in tabellà præcedenti indicatis. Undè,

Quær. *Utrùm facta prædicta sint injusta et ad restitutionem obligantia ?*

Resp. Injusta sunt, si ad effectus productos tendant directè; vel si tendant occasionaliter aut negativè, modò adsit contractus aut quasi-contractus.

His conditionibus positis, injusta sunt :

1° Adhibitio mediorum quæ hominem ab usu facultatum privant : quia homo habet jus strictum ad usum facultatum.

2° Metus : Minuit enim libertatem determinationis; siquidem voluntas cui incutitur subit nolens vim impulsivam metûs.

3° Coactio : Destruit enim aut minuit libertatem executionis, ad quam homo habet jus strictum, nisi lege prohibeatur.

ARTICULUS II.

De lœsione in bonis spiritualibus Extrinsecis.

Spiritualia et extrinseca dici possunt bona quæ enti spirituali ab extrinseco uniuntur aut accedunt, ad illud perficiendum.

Præcipua hujus ordinis sunt: veritas, quæ perficit intellectum; virtus, quæ perficit voluntatem; bona existimatio, quâ homo magis perfectus habetur.

Bona extrinseca ordinis spiritualis lædi possunt præcipuè per actus in tabellâ præcedenti enuntiatos.

PUNCTUM I. *De Privatione veritatis;* speciatim, *de Mendacio et Violatione secreti.*

Quær. *Utrùm facta prædicta sint injusta et ad restitutionem obligantia ?*

I. Quoàd Privationem veritatis.

Resp. Disting. Vel privatio est activa, vel negativa.

1° Si activa; id est, si quis fraude, vi, impediat ne alter acquirat cognitionem, sive naturalem, sive supernaturalem: factum est injustum. Quisque enim jus habet ne per media libertatem minuentia privetur spe obtinendi bonum quod legitimè acquirere potest.

2° Si negativa; id est, si quis omittat alium docere: vel docere tenetur ex contractu aut quasi-contractu, v. g. ex officio; vel non.—Si tenetur: omissio est injusta. Secùs, si non tenetur.

II. Quoàd Mendacium.

Resp. Mendacium est injustum sub duplici respectu: 1° Vitiat intellectum hominis. — 2° Minuit libertatem determinationis. Voluntas enim decepta subit nolens vim impulsivam motivorum falsorum; proindè minùs est libera ad determinandum actum. Si v. g. aliquis proximo suo persuadeat talem actionem reverà lucrativam ipsi noxiam fore, qui deceptus est removetur vi erroris ab actione, proindè à lucro ad quod tamen naturaliter inclinabatur.

Undè injustus est, et ad restitutionem obligatur, qui utitur æquivocatione et restrictione mentali in sensu stricto. Hæc enim facta mendacio æquivalent. — Non verò, secluso contractu, si æquivocatio et restrictio mentalis sint in sensu lato ; sunt enim tantùm causæ occasionales erroris.

III. Quoàd Violationem secreti.

Præmittenda : Secretum est cognitio cujus manifestatio prohibetur.

Manifestatio prohiberi potest, — vel per legem naturalem, et secretum dicitur *naturale* ; — vel per promissionem explicitam ejus cui secretum committitur, et dicitur *promissum* ; — vel per promissionem implicitam ejus cui committitur, et dicitur *commissum*. Specialiter et strictiori sensu *commissum* dicitur secretum cujus manifestatio prohibetur vi quasi-contractûs annexi quibusdam officiis, v. g. officio medici, advocati, pastoris, etc. Quibus positis,

Ad quæst. *Utrùm violatio secreti sit injusta, et...?*

Resp. Injusta est violatio secreti, nisi facto aut jure consentiat ille cujus interest observatio secreti.

Prob. Injusta est violatio secreti : Res ità est, si auctor secreti jus strictum habeat prohibendi, et si reverà prohibeat secreti manifestationem. Atqui 1° jus habet prohibendi ; sive secretum sit naturale, cùm illius manifestatio læderet jus strictum juxta definitionem ; sive secretum sit promissum aut commissum, siquidem in hoc casu per contractum aut quasi-contractum acquisitum est ab auctore jus prohibendi manifestationem secreti. — 2° Reverà prohibet manifestationem : hoc supponimus.

Undè videre est secretum esse cognitionem in quam auctor secreti jus exclusivum habet.

Nisi *facto* aut *jure* consentiat ille cujus interest secreti observatio: posito enim consensu, cessat jus in secretum, proindè injustitia manifestationis.

Porro 1°. Auctor secreti *facto* renuntiat, si renuntiatio juris sit explicita; si renuntiatio certò præsumatur.

2°. *Jure* consentit, cùm, positis circumstantiis, irrationabiliter obstaret.

In genere autem irrationabiliter obstaret, si secretum sit aliundè divulgatum; si damnum ex occultatione secreti sit obventurum reipublicæ aut privatis; si manifestatio ab auctoritate legitimâ præcipiatur.

Dicimus: « in genere. » Siquidem 1. rationabiliter obstare posset qui secretum commisit alicui personæ, quæ ex professo dat consilium, v. g. pastori, medico, advocato, obstetrici, etc. Potest exigere ut hæc persona taceat secretum, etiamsi interrogetur ab auctoritate legitimâ, aut damnum grave sibi vel alii individuo ex silentio obvenire debeat. Nam boni publici valdè interest ut sint ejusmodi consiliarii, ad quos tutò et fidenter recurri possit; porro, talium personarum consiliis præcluditur aditus, si secretum ipsis commissum strictius non urgeat. Consiliarii prædicti possunt judici interroganti respondere se factum ignorare, quia censentur ignorare ea quæ sub secreto ipsis commissa fuerunt.

2. Secreti dominus potest certò exigere ut, etiam imminente gravi damno, taceat ille qui promisit secretum sub periculo vitæ, aut gravis damni, siquidem, vi promissionis, auctor secreti jus habet ad silentium, etiam imminente gravi periculo. — Controvertitur

autem utrùm auctor secreti possit exigere silentium sub periculo vitæ ab illo qui secretum promisit sub tali conditione. Negant quidam; quia promittens nullum jus habet in suam vitam, proindè non potuit validè promittere silentium cum periculo vitæ. Affirmat probabiliùs *S. Lig.* cum multis (1); quia non est illicitum omittere vitæ conservationem ad implendam promissionem.

Nota. Quod in epistolis continetur est secretum exclusivè pertinens ad scribentem aut recipientem epistolam; proindè dicta de violatione secreti applicanda sunt legenti alterius epistolas.

PUNCTUM II. *De Inductione ad peccatum.*

Quær. *Utrùm injusta sit actio inducens ad peccatum?*

Resp. Vel inducens adhibuit media libertatem minuentia, v. g. fraudem, metum, etc.; vel media non minuentia libertatem, v. g. preces, consilia, etc.

Si priùs: factum est injustum. Homo enim jus strictum habet ad bonum spirituale quod sibi appropriavit, proindè injusta est quælibet actio directè tendens ad privationem hujus boni; porro, in casu dato, actus tendit directè et immediatè ad imminutionem libertatis et mediatè ad peccatum.

Si posteriùs: Factum non est injustum, cùm scienti et liberè volenti non fiat injuria.

PUNCTUM III. *De Actibus destruentibus aut minuenti-*

(1) *Theol. mor.* Lib. III, n. 971.

bus bonam existimationem, bonam famam, honorem proximi.

Bona existimatio est judicium internum de excellentiâ alicujus personæ. — Ipsi opponitur *judicium, dubium, suspicio* in malam partem.

Bona fama est manifestatio externa existimationis multorum de alicujus excellentiâ.—Ipsi opponitur *detractio.*

Honor est testimonium externum reverentiæ alicui præstitum ob ipsius excellentiam. — Ipsi opponitur *contumelia.*

Quæst. 1ª *Utrùm injusta sint facta bonam existimationem, bonam famam, honorem destruentia aut minuentia?*

(Supponimus læsiones, de quibus nunc agitur, oriri directè ex facto posito, vel lædentem teneri ex contractu aut quasi-contractu, si factum concurrat tantùm occasionaliter aut negativè.)

Resp. Vel læsus reverà dignus est bonâ existimatione, famâ aut honore; vel indignus.

Si dignus: Injusta sunt facta prædicta bonæ existimationi, famæ aut honori opposita. Probavimus enim, ubi *de jure à Deo immediatè homini concesso*, hominem jus strictum habere ad bonam existimationem, proindè ad famam et honorem factis suis acquisita.

Si reverà indignus: Quæstio esse potest de judicio, dubio et suspicione, aut de detractione et contumeliâ.

1º Judicium, dubium, suspicio sunt injusta, si sint temeraria. Quisque enim censetur bonus, proindè ad bonam existimationem jus habet, nisi malus probetur. — Non sunt injusta, si rationibus sufficientibus nitan-

tur. Nemo enim, si probetur malus, jus habet ad bonam aliorum existimationem.

2° Detractio et contumelia sunt probabiliùs injustæ, si læsus, quamvis indignus, aliundè non amiserit jus ad famam. Siquidem bona fama et honor in hoc casu sunt quasi accessio naturalis ad quam persona jus habet quandiù illud non amiserit. — Non sunt injustæ si, positis circumstantiis, læsus amiserit jus ad bonam famam aut honorem. Amisso enim jure ad famam aut honorem, factum equidem potest lædere charitatem, non verò jus.

Dicimus: « Nisi læsus amiserit... » Jus autem ad famam amittitur 1. notorietate *juris*, quandò crimen constat per sententiam judicis; notorietate *facti* cùm crimen tali numero personarum innotescit ut moraliter impossibile sit illud celare. — Notorietate jus amittitur absolutè. Notorietate facti amittitur certè in loco ubi crimen est notum. Controvertitur autem utrùm amittatur in aliis locis. Nobis probabilior videtur opinio negativa, nisi agatur de criminibus quæ reddunt hominem perniciosum.

Amittitur 2. ratione utilitatis relativè notabilis, scilicet: — ratione utilitatis revelantis ipsius, v. g. ad petendum consilium aut auxilium; — utilitatis delinquentis, v. g. ad ipsius emendationem; — utilitatis Religionis, reipublicæ aut communitatis; indè licet crimina publica in historiis consignare ad bonum commune, horrorem vitii injiciendum, et veritatem actorum conservandam pro instructione posterorum; — utilitatis privatorum, v. g. ut caveant à malis certè aut probabiliter imminentibus.

Nota. Injustus est qui detrahit, non solùm de individuo vivente, sed etiam de communitate, aut individuo defuncto. Communitas enim habet, et defunctus conservat jus ad famam.

Non est injustus detractioni non obstans superior sive infamantis sive infati. Siquidem ratione sui officii non tenetur ex justitiâ invigilare bono temporali infamati.

Quæst. 2ª *Ad quid teneantur lædentes bonam existimationem, famam aut honorem?*

1° Si quæstio sit de illo qui temerè de proximo judicavit, dubitavit, suspicatus est:

R. Tenetur retractare temerarias cogitationes suas.

2° Si quæstio sit de detractore:

R. Ejus obligationes determinantur per principium generale quod exposuimus initio præsentis tituli.

Ad cujus applicationem quæstioni actuali, addendum: Detrahens tenetur ad reparandam famam meliori modo quo potest, nisi adsint rationes dispensantes.

Tenetur ad reparandam famam: Nam infamatus habeat jus strictum ad famam.

Meliori modo: Ad quod explicandum, disting. Detractor læsit famam proximi, vel imponendo falsum crimen, seu per calumniam; vel imponendo crimen verum quidem sed occultum, seu per meram detractionem. — Si per calumniam: Calumniator tenetur verba sua rectractare, etiam cum jacturâ propriæ famæ. — Si per meram detractionem: Modò prudenter possit absque mendacio, inducat eos qui detractionem audierunt ad credendum se falsa proximo imputâsse; dicendo v. g. se temerè, ex irâ, vindictâ, etc., locutum fuisse. Vel tacendo de primo crimine, laudet veras qua-

litates infamati, specialem honorem ipsi exhibeat, etc.

Nisi adsintrationes dispensantes: Dispensat autem à restitutione: 1. inutilitas reparationis; v. g. si fama aliundè sit reparata, si infamatio cessaverit oblivione; siquidem ad inutile nemo tenetur. — 2. Impossibilitas *physica*, v. g. si crimen aliâ viâ factum fuerit publicum; — *moralis*, si detractor non possit famam alterius reparare quin incurrat damnum notabiliter majus; infamatus enim tenetur renuntiare juri suo. Secùs dicendum, si damnum detractoris sit æquale aut paulò majus; melior est enim conditio innocentis. — 3. Condonatio valida, sive explicita, sive certò præsumpta. — 4. Compensatio; id est, si duæ personæ mutuò et æqualiter sese infamaverint, unâ renuente reparationem, altera non tenetur. Siquidem jus ad reparationem non habet qui debitori suo reparationem æqualem denegat.

3° Si quæstio sit de illo qui alterius læsit honorem:

R. Ejus obligationes determinantur per principium generale de quo suprà.

Ad cujus applicationem addendum: Qui alterius læsit honorem tenetur ad reparationem sufficientem publicam aut privatam, proùt contumelia ipsa fuit publica aut privata. Modus reparationis pendet à circumstantiis, v. g. ex gravitate injuriæ, ex dignitate personæ læsæ et personæ satisfacientis, ex consuetudine.

CAPUT II.

De læsione in bonis Corporalibus.

ARTICULUS I.

De læsione in bonis corporalibus Intrinsecis.

Bona corporalia intrinseca sunt: vita corporis, organa quibus exercetur. — Lædi possunt per actus in tabellâ præcedenti expositos, scilicet; per homicidium et mutilationem, per stuprum, per adulterium.

PUNCTUM I. *De Homicidio et Mutilatione.*

Hæc duo conjungimus, quia mutilatio est quasi inchoatio homicidii, et aliundè quia mutilatoris obligationes specie non differunt ab obligationibus homicidæ.

Quæst. 1ª *Utrùm injusta sint damna ex homicidio sequentia?*

Resp. Per homicidium læditur occisus. Lædi possunt occisi hæredes, creditores, ab occiso dona sperantes. Quatuor ergo quæstiones includit quæstio proposita, quibus juxta ordinem suum respondemus.

1° *Si* quæstio sit de læsione occisi:

R. Occisus sequentia patitur damna: Amittit vitam; inducitur in expensas ad curationem morbi, si statim post vulnus non sit defunctus; potest subire, ratione vulneris, lucrum cessans, damnum emergens ante mortem.

Hæc omnia damna sunt injusta. Nam ex vulnere di-

rectè et immediatè sequitur amissio vitæ ; ex amissione vitæ directè sequuntur alia damna.

2° Si quæstio sit de læsione hæredum:

R. Hæredes possunt privari spe hæreditatis pinguioris, ratione lucri cessantis et damni emergentis ex morte.

De injustitiâ horum damnorum quædam certa, quædam controversa.

Certum est, et ab omnibus admissum, hæc damna esse injusta erga hæredes *necessarios*. Injusta enim essent erga auctorem, sunt ergo injusta erga hæredes qui cum auctore unam personam moralem constituunt —*Necessarii* autem dicuntur hæredes, qui, juxta legem civilem, hæreditate privari nequeunt ; scilicet, pater, mater, liberi, alii ascendentes et descendentes.

Controvertitur autem utrùm sint injusta erga hæredes *voluntarios*, seu qui totaliter hæreditate privari possunt.— De hâc quæstione triplex opinio.

Prima negat (1). Quia 1. hæredes voluntarii nullum habent jus ad hæreditatem, ergo privatio spei ad hæreditatem pinguiorem non est erga eos injusta. 2. Defunctus antè mortem nullum jus habebat ad lucrum cessans et damnum emergens ex morte, ergo jus illud hæredibus voluntariis transferre non potuit ; homicida proindè non fuit injustus eos privando spe hæreditatis pinguioris.

Secunda affirmat (2), sequentibus rationibus nixa.

(1) Ità Collet, n. 122 ; Billuart, Dis. 10, art. 11, § 2 ; D. D. Bouvier, *De Justitiâ*, p. 241.

(2) Ita Sanchez, *Consilia moral.* Lib. I, cap. 4, d. 2 ; Henno ; Dens, n. 140 ; D. Carrière, T. III, n. 1329, etc.

1. Equidem hæredes possunt hæreditate privari per voluntatem testatoris, sed hæredes instituti, succedunt omnibus juribus defuncti sicut hæredes necessarii ; ergo si damna prædicta sint injusta erga hæredes necessarios, à pari erga hæredes voluntarios. 2. Injustus est qui lædit spem legitimam per media destruentia libertatem sperantis aut ejus à quo speratur ; porro homicida per media libertatem occisi destruentia, *morte* scilicet, privavit hæredes spe obtinendi hæreditatem pinguiorem. 3. Si hæredes voluntarii non haberent jus ad lucrum cessans et damnum emergens ex morte, maximè quia jus istud non fuisset acquisitum defuncto ante mortem. Porro hoc falsum est ; siquidem, statim ab instanti vulneris et ante mortem, habet jus ad compensationem damnorum directè ex vulnere sequentium.

Tertia distinguit (1). Vel homicida voluit hæredes privare pinguiori hæreditate ; vel non. — Si priùs : Injustus est erga hæredes, quia est causa directa damni. Si posteriùs : Non est injustus, est enim simplex occasio.

Falsa videtur *prima* opinio, ob rationes *secundæ*. Falsa *tertia* ; supponit enim injustitiam pendere ab intentione explicitâ lædentis, quod falsum est. — Probabilior videtur *secunda*.

3° Si quæstio sit de læsione creditorum :

R. Creditor potest per homicidium debitoris privari spe recuperandi rem sibi debitam.

De injustitiâ homicidæ erga creditores occisi triplex opinio (2).

(1) Ità De Lugo, n. 77 et 79 ; Salmant., n, 108 ; S. Lig. *Homo Apost.*, Tr. 10, n, 87 ; D. D. Gousset, T. I, n. 1008.

(2) Pro quâlibet opinione stant iidem auctores qui citati sunt in quæstione præcedenti.

Prima negat homicidam esse injustum erga creditores. Quia damnum creditorum sequitur solummodò occasionaliter ex homicidio.

Secunda affirmat homicidam esse injustum erga creditorem, si res ipsi debita non restituatur; nisi 1. hæreditas defuncti sit sufficiens ad solvenda ipsius debita; nisi 2. debitor vivens debita solvere non potuisset aut certò noluisset.— In genere homicida est injustus; quia per medium destruens libertatem debitoris, per mortem scilicet, privavit creditorem spe recuperandi rem suam —Nisi 1. hæreditas sit sufficiens: Siquidem in hoc casu hæredes tenentur ad solvenda auctoris debita, proindè injustitia creditori illata, hæredibus non verò homicidæ est imputanda. — Nisi 2. debitor vivens debita solvere non potuisset aut certò noluisset: In hoc enim casu damnum non potest imputari homicidæ.

Tertia distinguit, ut suprà: vel homicida voluit privare creditorem re suâ, vel non. — Si priùs: injustus est; si posteriùs, non est injustus.

Probabilior *secunda* opinio.

4° Si quæstio sit de læsione eorum qui dona gratuita sperabant:

R. Tres sunt opiniones, ut suprà. — Ab extrinseco multò probabilior est opinio negans homicidam esse injustum erga sperantem. Illam amplectuntur plures qui aliter sentiunt quoàd hæredes voluntarios et creditores.

Quæst. 2ª *Ad quid teneatur homicida?*

1° Erga vulneratum:

R. Tenetur reparare impensas morbi, lucrum cessans

damnum emergens ante mortem. Ad nihil tenetur ad compensandum amissionem vitæ.

2° Erga hæredes, sive necessarios, sive voluntarios :

R. Quædam certa, quædam controversa.

Certa. 1. Homicida tenetur compensare impensas morbi, lucrum cessans, damnum emergens ante mortem ; si vulnerato jam non restituerit. Hæredes *enim*, sive necessarii, sive voluntarii, succedunt omnibus juribus defuncti jam acquisitis. Porro jura prædicta sunt acquisita defuncto ante mortem.

2. Erga hæredes necessarios tenetur insuper compensare lucrum cessans, damnum emergens ex morte sequentia, juxta valorem spei hæreditatis pinguioris. — Juxta valorem spei : Homicida enim privavit hæredes spe hæreditatis pinguioris, non verò hæreditate ipsâ. Ad determinandam ergo restitutionis quantitatem attendendum est ad omnes circumstantias probabiles, quæ hæreditatem augere aut minuere potuissent. Deduci possunt impensæ quas fecisset defunctus ; et, juxta quosdam, quod occisus præsumitur daturus fuisse pro redemptione laboris.

Controvertitur autem utrùm homicida teneatur compensare lucrum cessans, damnum emergens ex morte erga hæredes voluntarios. — Alii affirmant, alii negant. Ex dictis suprà in primâ quæstione, opinio affirmans est theoricè probabilior. Cùm autem opinio negans admittatur à pluribus theologis non infimæ notæ, applicanda sunt principia reflexa huic quæstioni.

3° Erga creditores defuncti :

R. De injustitiâ homicidæ erga creditores occisi triplex est opinio, ut vidimus in primâ quæstione. Rigori prin-

cipiorum magis conformis esset opinio affirmans obligationem restitutionis, exceptis duobus casibus suprà expositis. Communior tamen, et in praxi tuta, opinio negans.

4° Erga eos qui à defuncto dona sperabant :

R. Quoàd quæstionem theoricè consideratam, idem dicendum quod suprà de creditoribus. Attamen ferè generalis est opinio negans obligationem restitutionis, proindè homicida practicè dispensatur ab obligatione.

Cùm 1. scienti, liberè validèque volenti non fiat injuria ; cùm 2. debitoris obligatio cesset, si creditor renuntiet debito; ad explicandam responsionem præcedentem triplex addenda quæstio.

1ª Q. *Utrùm ad restitutionem teneatur qui hominem in duello occidit* ?

R. Vel occisus duellum acceptavit liberè ; vel non. — Si priùs : Ratiocinandum est de casu ut infrà, de occiso qui jus suum cessit ante mortem.—Si posteriùs, id est, si provocatus fuerit per medium libertatem minuens : Homicida tenetur ; siquidem injustè minuit libertatem occisi, tenetur proindè de damnis ex facto directè sequentibus.

2ª Q. *Utrùm ad restitutionem teneatur qui alium occidit excedendo modum justæ defensionis, seu moderamen inculpatæ tutelæ ?*

R. Quidam negant ; quia aggrediens censetur renuntiare juri suo. Communiùs et probabiliùs affirmant theologi, si deliberatè excesserit, quia invasor non censetur juri suo renuntiare.

3ª Q. *Utrùm cessent obligationes homicidæ, si occisus renuntiaverit restitutioni antè mortem ?*

Quæstio esse potest de restitutione debitâ vulnerato, — hæredibus, — creditoribus, — donatariis.

1° Si de restitutione debitâ vulnerato :

R. Cessat obligatio homicidæ; vulneratus enim potuit absque injustitiâ renuntiare juri suo.

2° Si de restitutione debitâ hæredibus :

R. Cessat obligatio 1. erga hæredes voluntarios; auctor enim potuit absque injustitiâ eos privare hæreditate suâ.—Cessat 2. etiam erga hæredes necessarios, si renuntiatio fiat ante vulnus ; auctor enim potest absque injustitiâ erga hæredes renuntiare juri nondùm acquisito, porro ante vulnus jus ad compensationem nondùm est acquisitum.

Obligatio non cessat erga hæredes necessarios, si renuntiatio fiat post vulnus, et aliundè jus concessum per renuntiationem excedat quotitatem à vulnerato disponibilem. Siquidem statim post vulnus acquiritur vulnerato jus ad compensationem damnorum, quod inter ipsius bona computari debet. Porro, ut dicemus infrà sub titulo *de Donationibus*, omnis donatio, ac proindè renuntiatio (cùm donationi æquivaleat) quotitatem à donatore disponibilem excedens, est invalida quoàd excessum. Undè homicida, positâ etiam renuntiatione defuncti, teneretur ad restituendum hæredibus necessariis partem quæ quotitatem disponibilem excederet.

3° Si de restitutione debitâ creditoribus :

R. Obligatio non cessat in opinione quæ affirmat homicidam teneri erga creditores ; vulneratus enim non

potuit cedere jus creditorum.—In specie, homicida tenetur, etiam posità renuntiatione vulnerati, præbere alimenta et alia vitæ necessaria parentibus, uxori et filiæ indigentibus, juxta tenorem art. 203 et seq. et 214 *codicis civilis* (1). Hæc enim strictè debentur, nec vulneratus potuit hoc jus cedere.

4° Si de restitutione debità donatariis :

R. Cessat obligatio, etiam in opinione eorum qui eam admittunt; vulneratus enim potuit absque injustitiâ privare donatarios spe obtinendi à se donationes gratuitas.

(1) ART. 203. Les époux contractent ensemble, par le fait seul du mariage, l'obligation de nourrir, entretenir et élever leurs enfants.

ART. 205. Les enfants doivent des aliments à leurs père et mère et autres ascendants qui sont dans le besoin.

ART. 206. Les gendres et belles-filles doivent également, et dans les mêmes circonstances, des aliments à leurs beau-père et belle-mère; mais cette obligation cesse 1° lorsque la belle-mère a convolé en secondes noces; 2° lorsque celui des époux qui produisait l'affinité, et les enfants issus de son union avec l'autre époux, sont décédés.

ART. 207. Les obligations résultant de ces dispositions sont réciproques.

ART. 208. Les aliments ne sont accordés que dans la proportion du besoin de celui qui les réclame, et de la fortune de celui qui les doit.

ART. 209. Lorsque celui qui fournit ou celui qui reçoit des aliments est replacé dans un état tel, que l'un ne puisse plus en donner, ou que l'autre n'en ait plus besoin, en tout ou en partie, la décharge ou réduction peut en être demandée.

ART. 214. La femme est obligée d'habiter avec le mari, et de le suivre partout où il jugera à propos de résider. Le mari est obligé de la recevoir et de lui fournir tout ce qui est nécessaire pour les besoins de la vie, selon ses facultés et son état.

Punctum II: *De Stupro.*

Stuprum est commercium carnale inter personas liberas.

Quæst 1ª *Utrùm stuprum sit injustum?*

Per stuprum læditur mulier stuprata; — lædi possunt ipsius parentes. Duplex proindè quæstio subsequitur.

1ª Q. *Utrùm læsio stupratæ sit injusta?*

Stuprata amittit integritatem corporis, honorem; subit aliquandò damnum temporale, specialiter difficultatem majorem ineundi matrimonium conveniens.

R. Vel stuprata consensit liberè, vel non. — Si prius : Stuprum non est injustum: *scienti et liberè volenti non fit injuria.* — Si posteriùs; id est, si stuprator fraude, metu, coactione usus fuerit: Stuprum est injustum in se et quoàd damna directè indè secuta. Stuprator enim injustè minuit voluntatem personæ stupratæ, ipsi proindè ad injustitiam attribuenda sunt damna prædicta, quæ directè ex minutione libertatis sequuntur.

2ª Q. *Utrùm læsio erga parentes sit injusta?*

Parentes subeunt moralem necessitatem augendi dotem puellæ ut possit nubere juxta conditionem.

R. Vel puella non consensit liberè, vel consensit liberè.

Si non consenserit: Stuprum est injustum quoàd parentes. Parentes enim inviti subeunt damnum, scilicet necessitatem augendi dotem puellæ.

Si puella liberè consenserit: Duplex opinio.—*Prima* affirmat injustitiam (1). Quia, etiam consentiente puellâ,

(1) Ità Antoine, q. 1; Collet, n. 182; Navar., etc.

parentes inviti passi sunt necessitatem augendi dotem. — *Secunda*, probabilior, negat (1). Puella enim stupro liberè consentiens renuntiavit juri quod habebat nubendi secundùm conditionem; porro, renuntiante puellâ, parentes jus suum non conservant, proindè stuprum non est injustum.

Quæst. 2ª. *Ad quid teneatur stuprator qui fraude, metu aut coactione, puellam induxit ad stuprum?*

Obligari potest erga personam stupratam, erga parentes. Undè,

1ª Q. *Ad quid teneatur erga personam stupratam?*

R. Vel certum est prolem non esse natam, — vel certum est prolem esse natam, — vel dubium est utrùm proles nata sit, nec ne.

Prima hypothesis. Si certum sit prolem non esse natam:

Quædam certa, quædam controversa.

Certa. 1° Non tenetur compensare per pecuniam amissionem integritatis, honoris. — 2° Tenetur compensare omnia damna temporalia ex stupro naturaliter emergentia; proindè; vel augere dotem puellæ ut possit nubere secundum conditionem, vel eam ducere.

Controvertitur autem utrùm stuprator teneatur ducere puellam stupratam. — Duplex opinio.

Prima affirmat. Quia stuprator nequit aliter damnum adæquatè reparare. Attamen hujus opinionis fautores excipiunt casum frequentissimum, scilicet, si pessimus matrimonii exitus timeatur.

(1) Ità Sanchez, *De Matrim.*, Lib. VII, n. 11; De Lugo; Lessius; Lib. II, cap. 10; Laymann; S. Lig., qui hanc opinionem vocat communissimam, *Homo Apost.*, Tr. 10, n. 91.

Secunda, probabilior, negat, etiam posità matrimonii promissione. Si enim teneretur stuprator, vel ratione facti solius, vel ratione promissionis. — Non ratione facti : Tenetur quidem stuprator ad reparationem, nullâ autem ratione probari potest eum teneri ad matrimonium non promissum. — Non ratione promissionis : hæc enim promissio, etiam sincera, saltem ex jure positivo est invalida. Siquidem in genere non valet, ac proindè obligationem non inducit contractus sub conditione turpi, ut videbimus sub titulo *de Contractibus in genere*. Ità *D. D. Gousset* et *Carrière* (1).

Si tamen, inquit *D. D. Gousset*, puella facta fuerit gravida ex fornicatione, urgendus foret seductor ut eam duceret, nisi nimia disproportio inter utriusque conditionem existeret, aut aliud gravissimum incommodum obstaret. Nam difficillimè potest alio modo damnum reparare.

Secunda hypothesis. Si certum sit prolem esse natam : Obligationes stupratoris præcedentibus regulis determinantur.

Insuper quæritur : *Utrùm, ad quid teneatur ratione prolis?*

R. Vel proles in xenodochio deposita est, vel non.

Si deposita : Ad nihil tenetur, si stuprator et stuprata sint pauperes ; hæc enim censetur fuisse fundatorum intentio. — Si sint divites, quædam opinio negat etiam obligationem, quia ista nosocomia creata sunt indiscriminatim in gratiam infantium qui à parentibus

(1) D. D. Gousset, *Théol. mor.*, T. I, n. 1015; D. Carrière, *De Contract.*, T. I, n. 334.

abjiciuntur. Altera verò *probabilior*, generaliter in Gallliis admissa, obligat ad compensationem cujus valor pendet à variis circumstantiis. Sic determinatur valor restitutionis à *D. Carrière :* Si proles duodecimum annum attigerit, solvendi sunt 1000 aut 1200 franci. Si ante decimum annum proles defuncta fuerit, solvantur expensæ a die expositionis usquè ad mortem. Si dubium sit utrùm proles vixerit et quanto tempore, restitutio facienda est secundùm communem vitæ et mortis probabilitatem ; in tali dubio 200aut 150 francos restituere sufficiet.

Si proles in xenodochio non fuit deposita : Stuprator tenetur ad alendum educandumque infantem,

Ad prædictas obligationes ratione prolis tenetur: — Primo loco, et ad totum, stuprator, si libertatem stupratæ minuerit ; nam mandantis partes habet ; — secundo loco stuprata, ratione coexsequentis, si aliquam libertatem conservavit ; ratione maternitatis, quamvis nullam libertatem in actu conservasset.— Item ratione paternitatis et maternitatis tenerentur collateraliter et in solidum stuprator et stuprata, si ambo liberè ad stuprum consensissent.

Tertia hypothesis. Si dubium sit utrùm proles nata sit nec ne ex commercio carnali certè habito :

Quær. *Utrùm stuprator teneatur ratione prolis?*

R. 1° Negat *S. Ligorius* (1), quia dubia est obligatio. — Probabiliùs tamen tenetur stuprator pro ratione dubii, si dubium exurgat ex eo quòd plures cum eâdem personâ habuerint commercium carnale.

(1) S. Lig., *Theol. mor.*, Lib. III, n. 657. 658.

2° Tenetur etiam, si, positis omnibus circumstantiis, multò probabilius sit prolem esse natam. Factum enim censetur effectum naturalem et ordinarium produxisse, nisi contrarium constet.

Decisiones prædictæ nituntur principiis suprà expositis ubi *de Principiis reflexis*.

2ª Q. *Ad quid stuprator teneatur erga parentes stupratæ*?

R. Stuprator, si jam non restituerit puellæ, tenetur parentibus præbere quæ necessaria sunt ad augendam dotem, ità ut puella possit nubere juxta conditionem suam.

PUNCTUM III. *De Adulterio*.

Adulterium est commercium carnale inter duas personas quarum una saltem est matrimonio juncta.

De adulterio idem dicendum quod suprà diximus *de Stupro*.

Insuper quær. 1° *Utrùm adulteri sint injusti* — erga compartes suas, — erga patrem putativum, — erga hæredes patris putativi, — erga illos qui filiis adulterinis donationes gratuitas faciunt, arbitrantes eos esse legitimos?

1ª Q. *Utrùm... erga compartes*?

R. Vel compartes consenserunt adulterio, vel non.

Si consenserunt; Duplex opinio. — *Prima*, affirmat adulteros, non obstante consensu, esse injustos: Compartes enim adulterorum non potuerunt consentire; manet proindè eorum jus; injustum est ergo, non obstante consensu, adulterium. — *Secunda*, probabilior negat. Equidem compartes non potuerunt consentire

adulterio, ità ut actus fiat licitus; possunt verò renuntiare juri suo, ità ut actus non sit injustus.

Si compartes non consenserunt: Injusti sunt adulteri; violant enim jus strictum compartium.

2ª Q. *Utrùm... erga patrem putativum?*

R. Injusti sunt adulteri. Per actus enim eorum directè imponitur patri putativo onus alendi et educandi prolem non suam.

3ª Q. *Utrùm... erga hæredes patris putativi?*

R. Injusti sunt adulteri. Per adulterium enim hæredes directè privantur portione hæreditatis quæ obvenit proli adulterinæ.

4ª Q. *Utrùm... erga donatores?*

R. Duplex opinio. — *Prima* affirmat. Quia per factum suum adulteri induxerunt donatores in errorem de conditione prolis, undè secuta est imminutio libertatis in donatione. — *Secunda* communior negat. Quia adulterium est solummodò occasio erroris. Undè practicè adulteri non obligantur ad restitutionem.

Ex dictis, participant damno per adulterium commisso; spurius, obtinendo partem hæreditatis aut dona gratuita; adulteri. Undè,

Quæst. 2ª *Ad quid teneantur prædictæ personæ?*

Resp. 1º Spurius, si conditionem suam certò cognoscat, tenetur 1. restituere partem hæreditatis quam accepit; adulterinus enim nullum habet jus ad hæreditatem patris putativi, ut evidens est; nec etiam ad hæreditatem matris suæ, ut videbitur infrà sub titulo *de Donationibus*. — Tenetur 2. restituere donationes sibi factas ex ignorantiâ vitii nativitatis; siquidem illæ dona-

tiones ex ignorantiâ factæ non fuerunt liberæ, proindè nullum jus transmiserunt donatario.

Dicimus : « Si conditionem suam certò cognoverit ». Siquidem in dubio melior esset conditio ipsius possidentis.

Juxta *S. Lig.* et multos alios (1), filius non tenetur credere matri affirmanti illum esse illegitimum, *nisi*, præter testimonium matris, alia sint indicia *sufficientia* cum testimonio matris ad probandum factum, v. g, absentia patris à longo tempore.

2° Adulteri tenentur 1. excluso spurio, de sumptibus alimentorum et educationis spurii. Siquidem iste non fuit causa hujus damni, aliundè bonâ fide consummavit. — Tenentur 2. spurio non restituente, de parte hæreditatis injustè obtentâ à spurio. Hic enim, utpotè possessor, tenetur quidem primo loco, sed ejus defectu adulteri tenentur, quia fuerunt causa directa damni istius quod potuerunt ac debuerunt prævidere.

Adulteri tenentur in solidum; siquidem amborum cooperatio necessaria fuit ad damnum. — Si complex unus minuerit alterius libertatem, tenetur primo loco ad totum. Secùs, tenentur eodem loco et æqualiter.

Restitutio fieri potest ab adultero duplici modo : — Vel omnes impensas jam factas et in posterum faciendas, attentis omnibus circumstantiis, determinando et unâ vice compensando ; — vel successivè damna restituendo. In ultimo casu, adulter ad faciendam suo tempore restitutionem committat fideli cuidam personæ summam

(1) De Lugo, Salmant., Lessius, Laymann, etc., S. Lig., Lib. III, n, 634.

sufficientem pecuniæ, cum onere restituendi residuum hæredibus suis.

Adultera 1. omnia bona à se disponibilia marito et filiis legitimis prudenter concedat; 2. cautè suadeat marito ut legitimos filios pluribus bonis instruat quàm spurium; 3. parcat sumptibus, diligentiùs familiam administret, ardentiùs laboret, ut sic compensare possit, saltem quoàd aliquam partem, damna familiæ illata; 4. spurium hortetur ad cœlibem vitam, si vocationi ejus non repugnet, ut post ejus mortem bona quæ absque jure obtinuerit ad legitimos hæredes transeant.

Non tenetur autem mulier crimen suum revelare, etiamsi alio modo damnum reparare non possit. Quia 1. ex hâc revelatione maxima ordinariè sequerentur incommoda, quæ mulier subire non tenetur. Quia 2., etiam hoc medio adhibito, damnum difficilè reparari potest. Excipiunt theologi communiter, si mater sit perditæ famæ.

ARTICULUS II.

De læsione in bonis corporalibus Extrinsecis.

Bona corporalia extrinseca dicuntur divitiæ per quas homo sibi subvenit in necessitatibus corporalibus. — Lædî possunt per actus in præcedenti tabellâ indicatos.

PUNCTUM I. *De Actibus lædentibus jus individui.*

Jus individui lædi potest ablatione, detentione, damnificatione. De quibus sufficienter suprà diximus.

PUNCTUM II. *De Actibus lædentibus jus auctoritatis publicæ.*

Hic agimus 1° De tributorum defraudatione ; 2° de damnis quibusdam illatis occasione legis ad militiam obligantis.

I. De Tributorum defraudatione.

Quæst. 1ª. *Utrùm sint injusti et ad restitutionem teneantur tributa defraudantes?*

Quæstio examinari potest in genere, vel attentis circumstantiis actualibus.

1° Si quæstio consideretur in genere:

R. Vel certum est tributa esse legitima et imposita cum intentione strictè obligandi ; — vel certum est tributa esse illegitima, aut imposita absque intentione strictè obligandi; — vel dubium est utrùm tributa sint legitima, aut imposita absque intentione obligandi.

1. Si Certum sit tributa esse legitima et imposita cum intentione strictè obligandi : defraudantes sunt injusti et ad restitutionem obligati. Auctoritas enim potest, et, positâ hypothesi, vult strictè obligare defraudantes ; isti proindè lædunt jus strictum et ad restitutionem obligantur.

2. Si certum sit tributa esse illegitima ; aut legitima quidem, sed imposita absque intentione strictè obligandi: Defraudantes non sunt injusti, nec ad restitutionem obligati. Siquidem, in primâ hypothesi, lex tributorum nulla est, proindè obligare non potest; in alterâ hypothesi, lex est legitima quidem, sed legislator non vult ex justitiâ obligare.

3. Si dubia sit legitimitas legis : Vel dubium est utrùm auctoritas habeat jus præcipiendi, vel utrùm auctoritas certè legitima debito modo utatur jure suo.

— Si dubia auctoritas : Lex practicè nullà est, cùm dubia sit legislatoris auctoritas ; ac proindè legem defraudantes non sunt injusti, nec ad restitutionem obligati. — Si dubium sit tantùm utrùm auctoritas legitimè utatur jure suo : Lex practicè valida est, cùm præsumptio stet pro legislatore cujus auctoritas est certa ; defraudantes proindè sunt injusti et ad restitutionem obligati.

Si dubia sit intentio ex justitiâ strictè obligandi : Legislator censetur uti jure obligandi ex justitiâ strictâ, donec contrarium constet verbis legis aut interpretatione communi.

2° Si quæstio examinetur attentis circumstantiis actualibus :

R. Quædam certa, quædam controversa.

Certa. 1. Non sunt injusti, nec ad restitutionem obligati, qui introducunt, vendunt aut emunt merces quæ absolutè prohibentur. Legislator equidem potuisset tributo subjicere introductionem, venditionem aut emptionem harum mercium ; sed reverà nihil exigit, nihil proindè ex justitiâ debetur (1).

2. Non sunt injusti qui, seclusis mediis libertatem exactorum minuentibus, non solvunt vectigalia quæ ab ipsis non exiguntur, si consuetudo existat ut tributa hujus generis non solvantur nisi petantur. Leges enim non obligant ultra communem interpretationem. Sic vectigalia quæ ad portam civitatis, ad pontem, ad viam publicam solvuntur, non debentur antequàm petantur. — Dicimus : « seclusis mediis... » Societas enim habet

(1) Ità D. D. Bouvier, *De Justitiâ*, Part. 2, q. 4, art. 3 ; P. Gury, *Compendium Theol.*, T. I, n. 715 ; et alii communiter.

jus strictum ne præpositi sui per media libertatem minuentia impediantur ab exercendo munere suo (1).

Controvertitur autem utrùm defraudantes tributa à præcedentibus distincta sint injusti et ad restitutionem obligati.

De hâc difficillimâ quæstione triplex distingui potest opinio.

Prima affirmat injustitiam et obligationem *restituendi* rigorosam. Nam, ex unâ parte, legislatores censentur exigere ex justitiâ solutionem tributorum ; ex aliâ parte, leges de hâc materiâ sunt justæ aut saltem non certò probantur injustæ.

Secunda docet populos excitandos esse ad tributa solvenda, sed post factum non cogendos esse ad restitutionem tributi defraudati. Quia 1. solutiones tributorum certò excederent necessitates publicas, si omnes subditi integras impositiones solverent ; exiguntur ergò ultra justam rationem. — Quia 2. prævisis fraudibus, mulctæ decernuntur in fraudantes, ità ut per fraudes plus ærario publico obveniat, quàm si tributa adamussim solverentur. — Quia 3. generaliter, sive à societatis moderatoribus, sive à populis, leges ad tributorum solutionem habentur ut merè pœnales ; porro leges non obligant ultra interpretationem communem.

Tertia opinio, quasi media inter duas præcedentes, sic exponitur à *D. D. Gousset* : « Nous pensons que, « sans approuver jamais ces sortes de fraudes, un con- « fesseur peut se montrer indulgent envers ceux qui « s'en rendent coupables. Il est prudent à notre avis

(1) Ità Sylvius, et alii communiter.

« de ne point inquiéter ceux qui sont dans la bonne foi, « ceux à qui on ne peut persuader qu'ils font tort à « l'Etat. Mais si un pénitent s'accuse d'avoir fraudé les « droits, ou s'il demande à quoi s'en tenir sur ce point, « le confesseur doit lui rappeler l'obligation où il est « d'observer les lois et de payer les impôts directs et « indirects. Il exigera même qu'il restitue autant que « possible à raison des fraudes qu'il a commises (1). »

Hæc opinio in praxi nobis magis arridet quàm præcedentes, quarum *prima* nimis stricta, *secunda* nimis laxa videtur.

Quoàd jura præscriptionum (*d'enregistrement*), notandum: 1° In successionibus neminem teneri valorem bonorum immobilium æstimare supra redditus annuos aut pretium locationis. — 2° In venditionibus sufficere, juxta multos, pretio infimo æstimare.

Quæst. 2ª. *Ad quid teneantur et sint obligandi tributa defraudantes in tertiâ opinione suprà expositâ?*

Resp. Tenentur et sunt obligandi ad aliquam restitutionem impendendam in utilitatem pauperum aut societatis. — Tenentur ad aliquam restitutionem: Nam fuerunt injusti. Quoàd verò quantitatem restituendam obligatio est minùs rigorosa quàm si ageretur de injustitiâ individuo illatâ. Sic communiter interpretatur voluntas eorum quibus restitutio debetur. — Impendendam in utilitatem pauperum aut societatis: Equidem restitutio fieri deberet ærario publico, juxta quosdam. Sed hoc falsum est; siquidem respublica nihil patitur damni per defraudationem, cùm administratores socio-

(1) *Theol. mor.*, T. I, n. 999.

tatis, prævisis fraudibus, majora imponant tributa. Æquiùs, juxta alios, fieri debet subditis læsis. Sed cùm restitutio fieri non possit omnibus læsis, impendi debet secundum illorum intentionem rationabiliter præsumptam, in utilitatem pauperum aut societatis.

II. De Damnis quibusdam occasione militiæ illatis.

Quæst. 1ª. *Utrùm sint injusti et ad restitutionem obligati qui militiæ se subtrahunt, vel obtinent exemptionem sine causis legitimis?*

Resp. Certè sunt injusti et ad restitutionem obligati erga juvenes loco ipsorum ad militiam vocatos, qui magistratus et medicos corrumpunt ut ab eis declarentur militiæ incapaces. Efficaciter enim movent magistratus et medicos ad inferendam injustitiam alteri.

Controvertitur autem utrùm sint injusti qui per mendacium, fraudem aut præviam mutilationem magistratus decipiunt. — Duplex opinio.

Prima affirmat injustitiam et obligationem restituendi. Nam legi militiæ subjecti rejiciunt onus suum in alios qui eâdem lege erant exempti. Ità *D. D. Gousset* et *D. D. Bouvier* (1).

Secunda negat injustitiam et obligationem restituendi. Nam 1. prædicti conscripti non incitant positivè magistratus ad illos militiæ inscribendos; concurrunt tantùm negativè et proindè absque injustitiâ, scilicet denegando obedientiam legi. — 2. Sufficienter non probatur legem obligare ad militiam ex justitiâ strictâ, non constat ergo prædictos peccare contrà justitiam.

(1) D. D. Gousset, T. I, n. 1001; D. D. Bouvier, *De Restitut.*, q. 2, art. 2.

Quidquid sit de quæstione theoricâ, in praxi prudenter agendum erga juvenes qui per media prædicta sese liberaverunt; plerique enim ignorant se committere injustitiam, et rarò monitis obtemperarent.

Quæst. 2ª. *Utrùm teneantur ad restitutionem conscripti desertores?*

Resp. Negat. quoàd Galliam, positâ lege conscriptionis datâ 10 martii 1818. Si tenerentur, vel erga individuum, vel erga societatem. Porro — Non priùs: Lex enim non requirit alium loco desertoris. — Non posteriùs: Lex enim obligans ad militiam, aut non obligat ex justitiâ strictâ, aut saltem societas juri suo renuntiat.

Quæst. 3ª. *Utrùm ad restitutionem teneantur qui se locaverunt pro aliis, et deindè militiam deseruerunt?*

Resp. Quoàd Galliam disting. Vel deseruerunt primo militiæ anno, vel annis sequentibus.

Si primo anno: Tenentur; per violationem enim contractûs cum conductoribus initi, eos obligant ad militiam aut ad novas expensas; cùm sint sponsores primo militiæ anno.

Si annis sequentibus: Non videntur obligati; pretium enim acceperunt ad liberandum conductorem ab onere militiæ; porro reverà liberârunt, cùm conductores post primum annum ab omni sponsione eximantur.

Ex principiis legis justitiæ multa adhuc oriri possunt corollaria ad varios societatis status spectantia. De his corollariis suo loco alibì dicemus.

DE

CONTRACTIBUS.

ACTIBUS

DE

CONTRACTIBUS.

Sub titulo *De Jure homini concesso* diximus omnia hominis jura oriri à Deo, alia immediatè, alia mediatè; duplicem esse originem mediatam, contractum scilicet et legem. De contractibus suo loco dicere non potuimus, ob rationes expositas; de his nunc tractandum.

Contractus autem est: *Conventio inter duas personas, vi cujus una confert et alia acceptat, aut ambæ conferunt et ambæ acceptant jus strictum.*

Conventio: Actus moralis voluntatum in eodem placito unitarum, scilicet, in intentione jus transferendi.

Inter duas personas: Nam 1° unica persona non potest transferre jus, seu contrahere; necessariò requiritur conferens et acceptans. 2° Plures personæ ad contractum concurrentes possunt reduci ad duas personas *morales*. Sic v. g. si decem vendant proprietatem indivisam et decem emant, viginti sunt personæ physicæ contrahentes, duplex persona moralis. — Conferens appellatur *debitor*, acceptans autem *creditor*.

Una confert, alia acceptat, aut ambæ conferunt et ambæ acceptant: Duplex enim est species contractûs: *gratuitus*, in quo unus gratis confert, et alius acceptat jus absque onere, v. g. donatio; — *onerosus*, in quo ambo contrahentes conferunt et ambo acceptant, v. g. venditio, emptio.

Jus strictum: Alioquin conventio non esset contractus in sensu stricto, de quo tamen exclusivè loquimur.

Sub duobus titulis materiam præsentem exponemus: 1° De contractibus in genere, ubi de his quæ communia sunt omnibus contractibus ; 2° de contractibus in specie, ubi de his quæ sunt specialia variis contractuum speciebus.

Sub utroque titulo dicendum 1° de *Conditionibus* validitatis, licitatis ; 2° de *Effectibus* consideratis quoàd subjectum, quoàd objectum, quoàd intensitatem.

DISPUTATIO I.

DE CONTRACTIBUS

IN GENERE.

Contractus possunt esse : vel *simplices*, seu nudati ab omni modificatione accidentali ; vel *modificati*. Eos sub duplici respectu consideramus.

CAPUT I.

De Contractibus Simplicibus.

ARTICULUS I.

De Conditionibus.

§ 1. *De conditionibus* VALIDITATIS.

In genere, conditio *validitatis* ea est cujus absentia invalidat contractum.

Tria quæruntur: 1° Utrùm existant conditiones ad validitatem contractuum requisitæ; 2° in hypothesi affirmativâ, quænam sint; 3° quid sequatur ex earum absentiâ?

Quæst. 1ª *Utrùm existant conditiones ad validitatem contractuum requisitæ?*

Conditiones validitatis oriri possunt ex lege naturali; ex lege positivâ divinâ, ecclesiasticâ, civili. Indè,

Resp. 1° Ex lege *naturali* oriuntur conditiones validitatis. Res ità est, si ex naturâ et fine contractûs sequatur necessariò ejus invaliditas deficiente tali conditione; porro hoc constat. Sic, ex eo quòd finis contractûs sit translatio juris, sequitur ejus invaliditas, si debitor nullum jus habeat in re à se concessâ, si actus per quem jus transfertur non sit moralis, etc.

2° Ex positivâ lege *divinâ* et *ecclesiasticâ*, excepto Matrimonio de quo alibi dicemus, nulla oritur conditio validitatis sub lege Evangelicâ:

3° Ex lege *civili* oriuntur conditiones ad validitatem contractuum *civilium*. Vera propositio, si auctoritas civilis possit ac velit hujusmodi conditiones instituere. Atqui, — Potest : Siquidem, vi alti dominii, potest jura civium restringere ratione boni publici. — Vult : Id constabit ex infrà dicendis in enumeratione conditionum à lege civili institutarum.

Quæst. 2ª *Quænam sint conditiones requisitæ ad validitatem?*

Resp. In genere requiritur et sufficit ut causa contractûs (contrahentes) *possit, velit, velit convenienter*. Contractus enim ordinatur ad translationem juris, translatio autem juris est effectus in ordine morali productus; effectus, scilicet quasi motus juris ; in ordine morali, jus enim est relatio moralis. Porro, effectus quilibet supponit causam capacem ; effectus moralis requirit insuper causam, causam volentem effectum, et quidem modo convenienti.

Quæ conditiones singillatim sunt evolvendæ.

Prima conditio.— Causa POSSIT : Id est, ambo contrahentes possint contrahere in genere, contrahere inter se, contrahere inter se de tali materiâ ; seu, aliis verbis, nulla contractui obstet absolutè aut relativè, jure naturali aut positivo, inhabilitas personæ vel indisponibilitas materiæ. Quia deficiente vel unâ ex his conditionibus causa fit incapax contractûs.

Porro, *inhabiles* sunt *jure naturali* et absolutè, omnes et soli qui sunt incapaces actûs moralis, seu liberi. Siquidem contractus est actus ordinis moralis. — *Jure positivo*, nulli sunt incapaces ad omnes contractus. Sub

titulis specialibus indicabimus inhabilitates absolutas et relativas.

Indisponibiles sunt *jure naturali* à quolibet homine, res in quas homo nullum jus habere potest; à tali homine, res in quas nullum jus habet; — *jure civili*, res quæ non sunt in commercio.

Secunda conditio.— Causa VELIT : Id est, ambo contrahentes velint contrahere, contrahere inter se, contrahere inter se de tali materiâ. Voluntate enim deficiente vel circa unum ex his objectis, contrahentes nolunt, ac proindè non conficiunt contractum.

Tertia conditio.— Causa VELIT CONVENIENTER : Id est, consensus sit 1. directus; 2. liber in gradu requisito; 3. simultaneus, saltem moraliter; 4. excludens omnes conditiones obligationem destruentes; 5. expressus debitomodo.

1° *Directus:*—Id est, requiritur ut contrahentes reverà consentiant; non sufficit ut potuerint et debuerint consentire. — Sufficit quidem aliquandò ad translationem juris ut jus habens possit et teneatur renuntiare juri suo; sed in hoc casu translatio fit auctoritate et voluntate superioris, potiùs quàm voluntate et auctoritate jus habentis; undè non potest dici facta per contractum, qui, naturâ suâ, est *conventio* exigens consensum utriusque contrahentis.

2° *Liber in gradu requisito;* — Liber : Siquidem contractus ordinatur ad translationem juris. Jus autem inhæret homini, quatenùs est moralis, seu liber; proindè ad ejus translationem requiritur ut conferens exuat se moraliter, seu liberè, jure habito, et acceptans induat se moraliter jure vacante per renuntiationem confe-

rentis.— In gradu requisito: Porro, *jure naturali* exigitur gradus libertatis ad peccatum mortale sufficiens, si contractus obliget sub gravi. Repugnat enim hominem sibi imponere obligationem gravem per actum excludentem libertatem requisitam ad peccatum grave. *Jure positivo* aliquandò requiritur gradus intensior libertatis; id notabimus sub titulis specialibus.

3° *Simultaneus, saltem moraliter* : — Simultaneus : Si enim concessio et acceptatio non coexisterent, jus non vacaret tempore acceptationis; ergo invalida esset acceptatio, proindè nulla existeret juris translatio. — Saltem moraliter : Sufficit enim vera simultaneitas inter duos actus; porro, simultaneitas moralis est vera, cùm, ex omnium consensu, actus moralis semel positus per aliquod temporis spatium perseverare possit.

4° *Excludens omnes conditiones obligationem destruentes :* Alioquin contrahentes per conditionem destruerent voluntatem contrahendi, proindè reverà contrahere nollent.

5° *Expressus debito modo* : — Expressus : Contractus enim est conventio, seu compenetratio voluntatum; porro, voluntatum compenetratio non potest fieri immediatè, sed tantùm mediante expressione.— Debito modo : *Jure naturali* requiritur tantùm expressio quælibet, modò uterque contrahens voluntatem compartis cognoscere possit. *Jure positivo* aliquandò requiritur specialis modus expressionis, quem indicabimus sub titulis specialibus.

Quæst. 3ª *Quid sequatur in contractibus ex absentiâ conditionum validitatis?*

Resp. Vel conditio deficiens requiritur à jure natu-

rali, vel à jure civili. (Hic omittimus jus divinum et ecclesiasticum, quia ex his juribus oritur invaliditas in Matrimonio tantùm.)

I. Si à *jure naturali :*

Contractus est nullus in foro conscientiæ. Absunt enim conditiones ad existentiam contractûs requisitæ.

II. Si à *jure civili :*

Contractus est nullus *in foro civili* ; seu, quod idem est, contrahentes actionem non habent coràm tribunalibus civilibus ad exsecutionem contractûs.

In foro conscientiæ distinguendum : Nullitates legales respiciunt vel capacitatem personarum, vel disponibilitatem materiæ, vel formam actuum.

1° Si agatur de nullitatibus capacitatem personarum respicientibus :

1. Si nullitas instituta sit directè et immediatè ob bonum publicum et bonos mores, contractus est nullus in foro conscientiæ, etiam antè sententiam judicis. Legislator enim censetur velle absolutè bonum publicum et conservationem bonorum morum ; ac proindè invalidare contractum quantùm potest, id est, in foro conscientiæ et ante sententiam judicis.

2. Si nullitas instituta sit primariò et immediatè ob bonum privatum, contractus est validus ; sed rescindibilis in foro conscientiæ, ad nutum ejus in cujus favorem lex constituta est, per totum tempus à lege concessum.—Contractus est validus : Legislator enim id unum voluit, scilicet providere utilitati eorum in quorum favorem instituta est nullitas. Porro, ad obtinendum hunc scopum, sufficit rescindibilitas ; proindè legislator non censetur invalidare contractum.— Rescindibilis in

foro conscientiæ ad nutum...: Alioquin lex ipsis esset inutilis, cùm non possent tutâ conscientiâ uti privilegio à lege concesso. Indè sequitur illum, in cujus utilitatem nullitas constituta est, posse, si nullitas sit clara et aperta, recusare exsecutionem contractûs, etiam non petitâ rescissione. Quia frustrà solveretur quod statim efficaciter posset repeti. — Per totum tempus à lege concessum : Facultas enim rescindendi contractum à lege oritur ; proindè ille cui conceditur non potest, etiam in foro conscientiæ, ejus beneficio uti, nisi quatenùs lex ipsi concedit.

2° Si agatur de nullitatibus disponibilitatem materiæ respicientibus :

Contractus est nullus in conscientiâ, etiam ante sententiam judicis. Siquidem, ex omnium consensu, illæ nullitates fundantur, vel in motivo ordinis publici et bonorum morum, vel in lege determinativâ proprietatis. Porro, si ex motivo ordinis publici et bonorum morum, invalidant contractum ante sententiam judicis, ut suprà probavimus. Item, si fundantur in lege proprietatis determinativâ, seu in lege quæ invalidat contractum ab aliquo factum, eo motivo nixa quòd objectum contractûs jam attribuitur alteri personæ vi legis justæ. Nullus est enim, etiam ante sententiam judicis, contractus in quo contrahens disponit de re non suâ.

3° Si agatur de nullitatibus formam actûs respicientibus :

Contractus est validus in foro conscientiæ, si agatur de contractibus qui non sunt solemnes. In illis enim forma præscribitur tantùm ut de conventione constet,

proindè legislator non vult invalidare contractum deficiente formâ.

Controvertitur autem, utrùm deficiente formâ contractus solemnis sit validus. De hâc quæstione agemus ubi *de Donationibus*.

Contractus autem dicitur *solemnis*, si ad ejus valorem requiratur specialis solemnitas, v. g. donatio, cod. civ. art. 931 ; hypotheca conventionalis, art. 2127. (1). — *Non solemnis* dicitur iste qui, ut valeat, nullam specialem solemnitatem requirit; sed subjicitur tantùm dispositionibus generalibus. Sic, contractus venditionis qui fieri potest per scripturam privatam, vel etiam per verba tantùm.

Notanda. 1°. Si lex aut sententia pronuntians nullitatem fundetur in præsumptione facti, et factum non existat, contractus valet in foro conscientiæ; talis est intentio legislatoris et judicis.—2° Secùs esset dicendum, si lex fundetur in præsumptione periculi. Valet enim in genere lex hujus modi, etiamsi non existat malum quod timetur.— 3° Si nullitas feratur in pœnam delicti tantùm, non producit effectum ante sententiam judicis; sic enim intelliguntur leges illæ. Secùs, si simul directè fundetur in motivo boni publici. — 4° Actus initus in fraudem legis irritantis invalidus est in conscientiâ ante

(1) ART. 931. Tous actes portant donation entre vifs seront passés devant notaires, dans la forme ordinaire des contrats ; et il en restera minute sous peine de nullité.

ART. 2127, L'hypothèque conventionnelle ne peut être consentie que par acte passé en forme authentique devant deux notaires, ou devant un notaire, et deux témoins.

sententiam judicis. Alioquin legislator censeretur invalidare potiùs formulam contractûs, quàm contractum ipsum, et viam aperuisset fraudibus; quod admitti non potest.

Sic generaliter statuunt theologi recentiores, in specie *D. Carrière*, de effectu nullitatum legalium contractûs quoàd forum conscientiæ (1).

Ex principiis suprà expositis circa conditiones validitatis contractûs, deducuntur solutiones quæstionum infrà positarum.

I. Ad validitatem contractûs requiritur ut causa possit; specialiter, *materia non sit indisponibilis*. — De hâc conditione tria quæruntur:

1ª Q. *Utrùm valeat contractus cujus materia* (res aut factum) *est impossibilis*?

R. 1° Contractus est absolutè invalidus, si tota materia sit impossibilis. Item, si materia, quamvis partìm possibilis, sit aliundè indivisibilis in se aut in intentione contrahentium; id est, si partes intenderint contrahere quoàd totum, vel quoàd nullam partem.

2° Valet quoàd partem possibilem, si materia sit aliundè divisibilis.

2ª Q. *Utrùm valeat contractus de materiâ merè probabili?*

R. Valet. Spes enim habet valorem disponibilem.

3ª Q. *Utrùm valeat contractus cujus materia est res aut factum alterius?*

R. 1° Non valet contractus in quantùm habet pro

(1) *De Contract.*, T. I, à n. 147 ad 174.

objecto rem aut factum alterius. Siquidem res aut factum alterius est quid indisponibile contrahenti.

2°. Valere potest in quantùm haberet pro objecto factum ipsius contrahentis relativum ad factum alterius ; v. g. si contrahens promitteret se curam adhibiturum ut tale factum ab altero præstetur. Siquidem contrahens potest de facto suo disponere. Validitatem hujus contractûs admittit lex civilis, art. 1120 (1).

II. Ad validitatem contractûs requiritur ut causa VELIT. —De hâc conditione quatuor quæruntur :

1ª Q. *Utrùm valeat contractus initus absque voluntate interiori jus conferendi?*

R. Duplex est opinio. —*Prima* affirmat. Quia alioquin nulla obligatio orta ex contractu esset firma, cùm quisque contrahens affirmare posset se non consensisse. —*Secunda*, probabilior, negat. Quia translatio dominii exigit actum voluntatis liberum.

2ª Q. *Utrùm valeat contractus initus sine animo conventa exsequendi?*

R. Valet. Quia ad contractum sufficit voluntas jus conferendi, quæ conciliari potest cum intentione non implendi obligationem.

3ª Q. *Utrùm valeat contractus de materiâ indeterminatâ?*

R. Vel materia est indeterminata quoàd speciem, v. g. tibi promitto aliquod animal ; vel determinata

(1) ART. 1120. Néanmoins on peut se porter fort pour un tiers, en promettant le fait de celui-ci : sauf l'indemnité contre celui qui s'est porté fort ou qui a promis de faire ratifier, si le tiers refuse de tenir l'engagement.

quidem quoàd speciem, sed indeterminata de individuo aut quantitate.

1°. Si indeterminata quoàd speciem : Contractus est invalidus. Siquidem potest reduci ad materiam nullius valoris, proindè creditor nullam reverà sibi imposuit obligationem.

2° Valet autem contractus, si materia sit determinata quoàd speciem, quamvis indeterminata quoàd individuum aut quantitatem, modò tamen quantitas sit determinabilis ex circumstantiis. Contractus enim habet materiam pretio æstimabilem. — In hoc casu debitor nec tenetur dare rem optimam in suà specie, nec potest dare pessimam. Cod. civ., art. 1129, 1022, 1246 (1).

4ª Q. *Utrùm valeat contractus in quo contrahentes stipulantur in utilitatem tertiæ personæ?*

R. Quoàd *forum civile*, vid. cod. civ., art. 1119, 1121, 1165 (2).

(1) ART. 1129. Il faut que l'obligation ait pour objet une chose au moins déterminée quant à son espèce.

ART. 1022. Lorsque le legs sera d'une chose indéterminée, l'héritier ne sera pas obligé de la donner de la meilleure qualité, et il ne pourra l'offrir de la plus mauvaise.

ART. 1246. Si la dette est d'une chose qui ne soit déterminée que par son espèce, le débiteur ne sera pas tenu, pour être libéré, de la donner de la meilleure espèce ; mais il ne pourra l'offrir de la plus mauvaise.

(2) ART. 1119. On ne peut, en général, s'engager, ni stipuler, en son propre nom, que pour soi-même.

ART. 1121. On peut pareillement stipuler au profit d'un tiers, lorsque telle est la condition d'une stipulation que l'on fait pour soi-même ou d'une donation que l'on fait à un autre. Celui qui a fait cette stipulation ne peut plus la révoquer, si le tiers a déclaré vouloir en profiter.

ART. 1165. Les conventions n'ont d'effets qu'entre les parties contractantes ; elles ne nuisent point au tiers, et elles ne lui profitent que dans le cas prévu par l'article 1121.

Quoàd *forum conscientiæ*. — 1° Conditio æquivalet inter contrahentes contractui sub conditione consensûs tertiæ personæ; valet proindè in eo sensu quòd teneantur exspectare utrùm conditio verificanda sit nec ne. — 2° Erga tertiam personam conventio non valet ante ipsius acceptationem. Siquidem non potest vestiri jure, nisi positâ acceptatione. Undè contractus potest, absque injuriâ tertiæ personæ, rescindi à contrahentibus ante ipsius acceptationem.

III. Ad validitatem contractûs requiritur ut causa VELIT CONVENIENTER; speciatim, *consensus sit liber*. — De quâ conditione tria quæruntur:

1ª Q. *Utrùm valeat contractus ex errore initus?*

Error potest esse substantialis, vel accidentalis.

In genere *substantialis* est error, si consensum destruat.

Porro consensum destruit: — error, etiam vincibilis, de naturâ contractûs in genere, aut contractûs specialis; v. g. si contrahens ignoret quid sit contractus in genere, si sumat locationem pro venditione; — error de materiâ contractûs, v. g. si contrahens emat cuprum pro auro; — error de causâ finali, v. g. si aliquid donetur ob paupertatem aut pietatem tali personæ reverà diviti aut impiæ; — error de personâ, in contractibus gratuitis tantùm; — error de qualitatibus accidentalibus, si qualitas intendatur ut *conditio sine quâ non*; vel si qualitas, quamvis accidentalis in se, essentialis generaliter æstimetur, v. g. si quis habeat communem tabellam à pictore meriti eminentissimi confectam.

Accidentalis autem est error, si versetur simpliciter

circa qualitates, seu accidentia rei ; v. g. si equus sit tardus dùm reputatur velox. Quo posito,

R. Si error sit *substantialis*, contractus est invalidus. Siquidem unus è contrahentibus aut ambo contrahentes errantes circa substantiam contractûs reverà contrahere nolunt ; « *Nihil est volitum quin præcognitum.* »

Si error sit *accidentalis*, valet contractus 1. si error non dederit causam contractui ; id est, si contrahentes contraxissent etiam cognito defectu materiæ ; — 2. si error dederit causam contractui negativè ; id est, si partes quæ, cognito defectu aliundè non contraxissent, attamen non fuerunt impulsæ ad contractum per errorem ; — 3. probabiliùs, quamvis error sit causa positiva seu impulsiva, si contractus sit onerosus. In casibus enim prædictis sufficiens, quamvis non plena, adest cognitio, proindè consensus.

Probabiliùs autem non valet contractus, si error fuerit causa positiva seu impulsiva ad contractum gratuitum. Quia contractus gratuiti plenum voluntarium omnimodamque spontaneitatem requirunt. Donator enim non censetur velle se gratuitò bonis suis spoliare, nisi ex voluntate plenissimâ ; porro, si error sit causa positiva contractûs, consensus non est plenus. Ità communiter contra paucos.

2ª Q. *Utrùm valeat contractus ex dolo initus ?*

Dolus est error productus per artificia ad hunc finem adhibita.

R. De validitate contractûs idem statuendum quod suprà de errore.

3ª Q. *Utrùm valeat contractus ex metu initus ?*

R. Vel contrahentes conservant libertatem requisitam

ad peccatum mortale, vel non.— Si conservent : Valet contractus ; nisi leges positivæ gradum libertatis intensiorem exigant, aut, juxta multos, contractus sit gratuitus. In his enim casibus non adesset spontaneitas sufficiens.

Contractus ex metu vel ex dolo initus potest esse rescindibilis, ut infrà dicemus.

Ut contrahentes velint convenienter, requiritur etiam ut consensus *excludat omnes conditiones obligationem destruentes.*— De hâc conditione tria quæruntur.

1ª Q. *Utrùm valeat contractus initus sub conditione impossibili* ?

R. Non valet, si conditio sit seriò apposita. Nam conditio impossibilis non potest adimpleri, proindè partes non seriò volunt contrahere.

Jure civili talis conditio non censetur apposita in donationibus et testamentis, 900 ; irritat alias conventiones, 1172 (1).

2ª Q. *Utrùm valeat contractus initus sub conditione potestativâ?* (v. g. tibi dabo tale objectum, si voluero.)

R. Non valet contractus initus sub conditione suspensivâ merè potestativâ ex parte illius qui se obligat. Siquidem, deficiente obligatione, deficit contractus ; porro in hoc casu deficit obligatio, cùm contrahens possit ad arbitrium solvere aut omittere.

(1) Art. 900. Dans toute disposition entre vifs ou testamentaire, les conditions impossibles, celles qui seront contraires aux lois ou aux mœurs seront réputées non écrites.

Art. 1172. Toute condition d'une chose impossible, ou contraire aux bonnes mœurs, ou prohibée par la loi, est nulle, et rend nulle la convention qui en dépend.

Dicimus : « sub conditione merè potestativâ. » Nam, si conditio non pendeat ex merâ voluntate contrahentis, sed ex facto quod est in ipsius potestate, valet contractus. Sic valeret ista conventio : Promitto tibi 100 nummos, si intrà annum iero Lugdunum. — « Suspensivâ : » Secùs dicendum de conditione resolutoriâ. Sic valeret locatio quæ post tale tempus resolvi posset ad nutum unius è contrahentibus. — « Ex parte illius qui se obligat : » Valet nempè contractus, si conditio pendeat ex voluntate ejus erga quem contrahitur obligatio. Sic, v. g. dabo tibi 100 nummos, si Romam ieris. In tribus enim casibus prædictis non deficit obligatio.

3ª Q. *Utrùm valeat contractus sub conditione turpi* (peccaminosâ)?

R. Vel conditio est præterita et præsens ; vel futura.

Prima hypothesis. — Si *præterita* et *præsens,* v. g. do tibi tale objectum, si olim tale crimen commiseris : Valet contractus. Occasio quidem contractûs est mala, non verò contractus in se, ut patet exemplo citato.

Secunda hypothesis.— Si conditio sit *futura* : Iterùm potest supponi, vel conditionem esse obligatoriam, id est, contrahentes voluisse conditionem turpem ut obligatoriam ; vel conditionem esse facultativam, seu non obligatoriam.

1° Si conditio sit *obligatoria:* Non valet contractus, neque ante, neque post verificationem. Nemo enim potest validè se obligare ad malum ; proindè contractus, est nullus; proindè partes neque ante, neque post verificationem tenentur.

2° Si conditio sit *facultativa :* 1. Ante verificationem neutrum obligat ; neque contrahentem cui proponitur

conditio, siquidem est facultativa et aliundè mala ; neque contrahentem qui proposuit conditionem, contractus enim cum conditione facultativâ, etiam legitimâ, non obligat nisi verificatâ conditione.

2. Post verificatam conditionem contractus obligat, si materia sit intrinsecè bona et pretio æstimabilis, et tantùm accidentaliter mala. Sic v. g. aliquis talem mercedem promisit alteri si die dominicâ laboraverit ; 1. mala est quidem occasio contractûs, non verò objectum, non est enim malum solvere pretium rei pretio æstimabilis, etiamsi fuerit accidentaliter mala ; 2. qui promisit remunerationem, eam non solvendo ex re alienâ ditesceret.

Controvertitur autem utrùm contractus sub conditione turpi essentialiter malâ obliget post verificatam conditionem ?

Attento solo *jure naturali*. — *Prima* opinio, probabilior, affirmat (1). Quia contractus est donatio cujus mala est occasio tantùm.— *Secunda* negat (2). Quia 1. contractus erat invalidus ante, ergo etiam post verificationem, proindè non obligat. Quia 2. materia est essentialiter mala, ergo non est pretio æstimabilis, nihil proindè pro rei præstatione debetur. Quia 3. contractus allicit ad malum, ergo est invalidus.

Jure autem *civili*, invalidi sunt contractus sub con-

(1) Ità Lessius, Lib. II, cap. 14 ; Salmant. *De Restitut.*, cap. 1, n. 154 ; De Lugo, *De Justitiâ*, D. 18 ; Sylvius, quæst. 32, art. 7 ; Billuart, etc.

(2) Ità Collet. *De Justitiâ*, T. I, p. 1 ; Collat. Andegav., Conf. 2 ; D. Carrière, *De Contr.*, T. I, n. 332, etc.

ditione turpi. Cod. civ. art. 1172, 1108, 1131, 1133(1). — Valet in foro conscientiæ hæc dispositio, pronuntiata est enim intuitu boni publici et morum. Ità *D. D. Gousset, D. Carrière* (2).

Undè restituenda sunt accepta ex contractu sub conditione turpi; nisi donatio censeatur absoluta, aut confirmata per secundam donationem; vel nisi res acquisita fuerit per professionem à Gubernio toleratam, v. g. per meretricium. Expedit tamen, ut quantùm fieri potest, aliqua restitutio imponatur erga pauperes, etc. per modum pœnitentiæ.

Ut contrahentes velint convenienter requiritur *consensus debito modo expressus*. De quâ conditione duo quæruntur.

1ª Q. *Utrùm valeat contractus, si una pars manifestet voluntatem contrahendi, alteraque acceptet interiùs tantùm?*

R. Contractus non valet.

Siquidem voluntas utriusque contrahentis manifestari debet, alioquin non adest conventio.

(1) ART. 1108. Quatre conditions sont essentielles pour la validité d'une convention: le consentement de la partie qui s'oblige; sa capacité de contracter; un objet certain qui forme la matière de l'engagement; une cause licite dans l'obligation.

ART. 1131. L'obligation sans cause, ou sur une fausse cause, ou sur une cause illicite, ne peut avoir aucun effet.

ART. 1133. La cause est illicite, quand elle est prohibée par la loi, quand elle est contraire aux bonnes mœurs ou à l'ordre public.

(2) D. D. Gousset, *Le Code civ. comment.*, ad art. 1133; D. Carrière, *De Cont.*, T. I, n. 334; contra D. D. Bouvier, *De Contr.*, P. 2, cap. 1, art. 1.

Notandum tamen silentium ordinariè æquivalere expressioni, si materia sit favorabilis tacenti.

2ª Q. *Utrùm valere possit contractus per procuratorem; et quandò perficiatur?*

R. Ad 1ᵘᵐ: Contractus per procuratorem valere potest. Quisque enim potest alium sibi substituere ad administrandas res suas.

Ad 2ᵘᵐ: Contractus perficitur quandò procurator acceptat, quamvis nondùm acceptaverit contrahens cujus partem gerit; quia actio procuratoris censetur moraliter actio mandantis.

§ 2. *De conditionibus* LICITATIS.

Idem de licitate quærendum quod de validitate.

Ad 1ᵃᵐ: Quæst. *Utrùm existant...?*

Resp. Existunt conditiones licitatis.

Ad 2ᵃᵐ: *Quænam sint...?*

Resp. Conditiones licitatis reduci possunt ad principium sequens : Contractus nulli legi opponatur, speciatim legi justitiæ. — Nulli legi opponatur : Licitum est enim quod nulli legi opponitur, illicitum verò quod legi adversatur. — Speciatim legi justitiæ : Ad illam nempè specialiter attendimus sub præsenti titulo.

Ad 3ᵃᵐ: *Quid sequatur ex earum absentiâ?*

Resp. Si absit conditio licitatis tantùm, contractus est illicitus, non verò invalidus.

Ex his principiis deducuntur solutiones sequentes de injustitiâ quorumdam contractuum.

1ª Q. *Utrùm injusti sint qui non consentiunt internè*

contractui externo, qui alios ad contrahendum determinant per dolum aut metum?

R. Affirmativè. Lædunt enim libertatem co-contrahentium per fraudem, mendacium, metum; insuper ipsis imputanda sunt damna ex hàc læsione directè manantia.

2ª Q. *Utrùm prædicti teneantur restituere; et, in hypothesi affirmativâ, quid restituendum?*

R. In genere, positis conditionibus injustitiæ formalis, gravantur oneribus ex injustitiâ materiali et formali sequentibus.

In specie, per facta præcedentia contractus fit aliquandò rescindibilis ad arbitrium læsi, ut infrà dicemus ubi *de Rescindibilitate.*

ARTICULUS II.

De Effectibus contractuum.

Quæst. prævia. *Utrùm contractus producat effectus?*

Resp. Vel contractus est validus, vel invalidus. Si validus : producit effectus. Si invalidus : *per se* non producit effectus.

Dicimus : « per se. » Nam, si alia causa obligationis adjungatur contractui invalido, effectus produceretur, non quidem vi contractûs, sed vi causæ additæ. Undè solvenda est quæstio specialis sequens :

Utrùm contractus invalidus juramento firmetur seu producat obligationem vi juramenti?

Duplex potest esse quæstio : 1º Utrùm producat obligationem justitiæ : 2º Utrùm producat obligationem religionis?

Ad 1^am^ R. Negativè; obligatio enim justitiæ produceretur vel contractu, vel juramento. Atqui — non contractu : siquidem contractus est invalidus; — non juramento : juramentum potest quidem producere obligationem religionis, minimè autem obligationem justitiæ.

Ad 2^am^ R. Jurans intendit vel confirmare obligationem suppositam contractûs, vel sibi imponere obligationem independentem ab obligatione contractûs.

Si priùs : Nulla per juramentum produceretur obligatio. Accessorium enim sequitur principale; porro in casu præsenti principale est contractus, cùm juramentum ipsi addatur per modum confirmationis. Ergo nullum est juramentum, cùm, ex hypothesi, contractus sit nullus.

Si posteriùs : Juramentum valet, obligationemque religionis creat, nisi actus ad quem obligat sit oppositus legi naturali aut positivæ. — Valet : Juramentum enim validum creat obligationem religionis, ut vidimus sub titulo *de Præcepto Religionis*.—Nisi sit oppositum : Quia juramentum non potest esse vinculum iniquitatis. Indè non valeret juramentum de observando contractu à lege positivâ irrito aut rescindibili, si nullitas aut rescindibilitas inducatur intuitu boni publici aut morum. Sic in specie non valeret juramentum minoris, uxoris et similium ad confirmandos suos contractus rescindibiles, etsi lex immediatè instituta fuerit in eorum utilitatem; quia lex ultimò tendit ad bonum commune, quod non obtineretur si lex posset eludi per juramentum.

De quibus observandum : 1° Obligationem religionis

esse personalem, proindè ad hæredes non transire ; — 2° Jurantem posse ab obligatione solvi per dispensationem ; nisi, juxta opinionem communiorem, juraverit se dispensationem non petiturum.

Quibus positis,

Tractandum, ut indicavimus, de effectibus: 1° quoàd subjectum, 2° quoàd objectum, 3° quoàd intensitatem.

In antecessum tamen notandum effectus contractuum generaliter æquivalere legum effectibus, cùm contractus ipse æquivaleat legi cujus contrahentes liberè determinant modificationes.

PUNCTUM I. *De Subjecto.*

Quær. *Quodnam sit subjectum contractûs, seu erga quos producat effectus?*

Resp. Erga duos contrahentes, quorum unus (debitor) confert, alterque (creditor) acceptat jus.

In contractu gratuito, unus est tantùm debitor, unus creditor.

In contractu autem oneroso, quisque contrahens est, sub respectu tamen diverso, debitor simul et creditor.

PUNCTUM II. *De Objecto.*

I. De Objecto IN SE.

Quær. *Quosnam effectus producat contractus?*

Resp. In genere contractus transmittit jura et creat obligationem. — Transmittit jura : Siquidem jus est alienabile, proindè potest transmitti ac reverà transmittitur.—Creat obligationem: Jus enim non concipitur absque obligatione correlativâ.

Obligatio triplex distingui potest: alia merè naturalis,

alia merè civilis, alia mixta. — *Merè naturalis*, id est, quæ vim habet in conscientiâ, licèt non pariat actionem in foro civili.— Obligatio *merè civilis* illa est quæ, etsi non obliget in conscientiâ, dat actionem in foro civili.— Obligatione *mixtâ* partes vinciuntur tàm in foro conscientiæ quàm in foro civili.

Hìc præcipuè agimus de obligatione *naturali*. Quæ attinent ad obligationem civilem sunt potiùs jurisperiti quàm theologi. Quo posito,

Duplicis generis sunt effectus naturales : alii *directi*, alii *indirecti*.

1° *Directi* appellantur, effectus quos volunt contrahentes.

Sequentibus propositionibus exprimi possunt :

1. In genere contrahentes obligantur, non solùm ad ea quæ in pacto exprimuntur, sed etiam ad omnia consectaria quæ, attentâ conventionis naturâ, exiguntur æquitate, lege aut usu, 1135. Partes enim censentur velle quidquid in pacto continetur explicitè aut implicitè (1).

2. Si objectum contractûs sit res danda : *Creditor* acquirit jus ad rem aut in re, etiam ante traditionem ; acquirit insuper jus exigendi à debitore curas boni patris-familiàs, rei conservandæ causâ usque ad traditionem. — *Debitor* proindè tenetur rem tradere et conservare.

3. Si objectum contractûs sit factum : *Creditor* jus

(1). Art. 1135. Les conventions obligent non seulement à ce qui y est exprimé, mais encore à toutes les suites que l'équité, l'usage ou la loi donnent à l'obligation d'après sa nature.

habet ad factum ; hoc jus resolvitur in compensationem damni quod patitur ob inexsecutionem pacti. Sic statuit lex civilis in reverentiam libertatis. — *Debitor* proindè tenetur actum promissum adimplere, nec potest justè eligere compensationem damni. Talis enim eligendi facultas ipsi non conceditur à lege, sed tantùm imponitur per modum pœnæ.

4. Si objectum contractûs sit omissio facti : *Creditor* jus habet ad omissionem facti ; et, si factum fuerit positum, ad destructionem operis, et quidem impensis debitoris, insuper ad compensationem damnorum quæ passus est. — *Debitor* tenetur ad onera correlativa juribus creditoris.

2° *Indirecti* appellantur effectus, obligationes quæ oriuntur vi legis Justitiæ ex inexsecutione conventionis. Sequentibus propositionibus exprimi possunt :

1. Debitor tenetur ad restitutionem erga creditorem, si ad restitutionem sese obligaverit in quocumque eventu ; renuntiavit enim juri non restituendi. In hâc hypothesi, quantitas restitutionis determinatur à conventione.

2. Tenetur, si inexsecutio contractûs oriatur ex culpâ juridicâ. Hæc obligatio practicè saltem non existit ante sententiam Judicis et determinatur quoàd quotitatem per sententiam, ut diximus sub titulo de restitutione in genere.

3. Tenetur, si inexsecutio contractûs oriatur ex culpâ aut morâ, theologicè culpabili. Debitor enim esset injustus materialiter et formaliter. Teneretur de oneribus ex injustitiâ materiali et formali sequentibus.

Censeretur culpa theologica omissio curæ à lege ci-

vili impositæ debitori ad conservandam rem debitam creditori. Porro in codice civili statuuntur sequentia:

In genere, debitor tenetur ad diligentiam boni patrisfamiliàs, id est, hominis diligentis et probi.— Minuitur ista obligatio, et sufficit ut debitor adhibeat eamdem diligentiam quàm in propriis rebus, in casu depositi, art. 1927; in casu successionis beneficiariæ, art. 804; forsan in contractu societatis, art. 1850; mandati gratuiti, art. 1992; in casu solutionis indebitæ, 1379. — Aggravatur autem, tùm in casu conventionis specialis— tùm fortè in locatione quoàd incendium, art. 1733; in commodato pro casu particulari, art. 1882; in mandatario qui salarium recipit, art. 1992; quibus æquiparatur usufructuarius juxta *Proud'hon*. Ità *D. Carrière* (1).

(1) ART. 1927. Le dépositaire doit apporter dans la garde de la chose déposée, les mêmes soins qu'il apporte dans la garde des choses qui lui appartiennent.

ART. 804. Il (l'héritier bénéficiaire) n'est tenu que des fautes graves dans l'administration dont il est chargé.

ART. 1850. Chaque associé est tenu, envers la société, des dommages qu'il lui a causés par sa faute, sans pouvoir compenser avec ces dommages les profits que son industrie lui aurait procurés dans d'autres affaires.

ART. 1992. Le mandataire répond, non seulement du dol, mais encore des fautes qu'il commet dans sa gestion.

Néanmoins la responsabilité relative aux fautes est appliquée moins rigoureusement à celui dont le mandat est gratuit qu'à celui qui reçoit un salaire.

ART. 1379. Si la chose indûment reçue est un immeuble ou un meuble corporel, celui qui l'a reçue s'oblige à la restituer en nature, si elle existe, ou sa valeur, si elle est périe ou détériorée par sa faute; il est même garant de sa perte par cas fortuit, s'il l'a reçue de mauvaise foi.

ART. 1733. Il (le preneur) répond de l'incendie, à moins qu'il ne prouve que l'incendie est arrivé par cas fortuit ou force majeure,

II. De Objecto QUOAD CIRCUMSTANTIAS.

Quær.— *Quibus circumstantiis vestiri debeat contractuum exsecutio?*

Resp. Exsecutio vestiri debet omnibus et solis circumstantiis quas contrahentes potuerunt apponere et reverà contractui apposuerunt.

Hìc speciatìm dicendum de circumstantiâ temporis, de quâ sequentes questiones.

1ª Q. *Quandònam incipiat obligatio contractûs?*

Si quæratur quandonàm incipiat vinculum morale contractûs; —R. Incipit statìm atque positæ sunt conditiones validitatis contractûs.

Si quæratur quandonàm incipiat obligatio ad exsecutionem contractûs; — R. Incipit in tempore determinato à contrahentibus. Si autem nullum tempus fuerit determinatum, incipit quamprimùm.

2ª Q. *Utràm effectus contractûs cessare possint; et, in hypothesi affirmativâ, per quas causas?*

R. Non possunt cessare, si contractus sit indissolubilis; possunt autem, si dissolubilis.

Reverà cessant: 1° per consensum contrahentium; contrahentes enim possunt renuntiare juribus per contractum acquisitis; 2° per solutionem; 3° per novationem, seu substitutionem à creditore acceptatam, unius debiti alteri debito, unius debitoris alteri debi-

ou par vice de construction, ou que le feu a été communiqué par une maison voisine.

ART. 1882. Si la chose prêtée périt par cas fortuit dont l'emprunteur aurait pu la garantir en employant la sienne propre, ou si, ne pouvant conserver que l'une des deux, il a préféré la sienne, il est tenu de la perte de l'autre.

tori, unius creditoris alteri creditori ; 4° per condonationem legitimam creditoris ; 5° per compensationem, quæ existit quandò partes fiunt inter se mutuò debitrices ; 6° per confusionem, quæ existit cùm obligatio debitoris et jus creditoris in eâdem personâ coadunantur, v. g. si creditor fiat hæres sui debitoris, aut vice versâ ; 7° per destructionem aut amissionem rei debitæ in contractibus gratuitis ; etiamque in onerosis, si destructio aut amissio rei non evenerit ex culpâ aut morâ culpabili, etc. ; 8° per rescissionem contractûs, ut infrà dicemus ; 9° tandem per præscriptionem, de quâ dictum est suprà, 1234 (1).

Fusiùs legatur codex civilis, ab art. 1235 ad 1304.

PUNCTUM III. *De Intensitate.*

Quær. *Quænam sit intensitas obligationis contractûs ?*

Resp. Contractus non potest obligare sub gravi in materiâ levi.

Ordinariè obligatio est sub gravi in materiâ gravi.

Ex consensu positivo contrahentium, obligatio potest esse sub levi in materiâ gravi, ut diximus, ubi *de Intensitate obligationis legum.*

(1) ART. 1234. Les obligations s'éteignent : par le paiement, par la novation, par la remise volontaire, par la compensation, par la confusion, par la perte de la chose, par la nullité de la rescission, par l'effet de la condition resolutoire..., et par la prescription.

CAPUT II.

De Contractibus Modificatis.

Per *modificationes* contractuum intelliguntur quædam clausulæ accidentales contractui additæ.

Si quoàd originem considerentur, modificationes oriuntur, quædam à *voluntate contrahentium*, quædam à *lege*. — De modificationibus utriusque speciei dicendum, et de quâlibet modificatione quærendum: 1° quid sit; 2° quosnam effectus producat?

ARTICULUS I.

De Modificationibus à voluntate contrahentium *conventioni additis.*

Contrahentes possunt contrahere: sub conditione; de materiâ alternativâ; de materiâ facultativâ; de materiâ divisibili aut indivisibili; cum clausulâ solidaritatis; cum clausulâ pœnalitatis.

Punctum I. *De contractu sub Conditione* (1).

(1) Art. 1168. L'obligation est conditionelle lorsqu'on la fait dépendre d'un événement futur et incertain, soit en la suspendant jusqu'à ce que l'événement arrive, soit en la résiliant selon que l'événement arrivera ou n'arrivera pas.

Art. 1169. La condition *casuelle* est celle qui dépend du hasard, et qui n'est nullement au pouvoir du créancier ni du débiteur.

Art. 1170. La condition *potestative* est celle qui fait dépendre l'exécution de la convention d'un événement qui est au pouvoir de

Quæst. 1ª *Quid sit contractus sub conditione ?*

Resp. Appellatur *sub conditione* contractus cujus effectus pendet à conditione.

l'une et de l'autre des parties contractantes de faire arriver ou d'empêcher.

ART. 1171. La condition *mixte* est celle qui dépend tout à la fois de la volonté d'une des parties contractantes, et de la volonté d'un tiers.

ART. 1175. Toute condition doit être accomplie de la manière que les parties ont vraisemblablement voulu et entendu qu'elle le fût.

ART. 1176. Lorsqu'une obligation est contractée sous la condition qu'un événement arrivera dans un temps fixe, cette condition est censée défaillir lorsque le temps est expiré sans que l'événement soit arrivé. S'il n'y a point de temps fixe, la condition peut toujours être accomplie ; et elle n'est censée défaillir que lorsqu'il est devenu certain que l'événement n'arrivera pas.

ART. 1177. Lorsqu'une obligation est contractée sous la condition qu'un événement n'arrivera pas dans un temps fixe, cette condition est accomplie lorsque ce temps est expiré sans que l'événement soit arrivé : elle l'est également si avant le terme il est certain que l'événement n'arrivera pas ; et s'il n'y a pas de temps déterminé, elle n'est accomplie que lorsqu'il est certain que l'événement n'arrivera pas.

ART. 1178. La condition est réputée accomplie lorsque c'est le débiteur, obligé sous cette condition, qui en a empêché l'accomplissement.

ART. 1179. La condition accomplie a un effet rétroactif au jour auquel l'engagement a été contracté. Si le créancier est mort avant l'accomplissement de la condition, ses droits passent à son héritier.

ART. 1180. Le créancier peut, avant que la condition soit accomplie, exercer tous les actes conservatoires de son droit.

ART. 1181. L'obligation contractée sous une condition suspensive est celle qui dépend ou d'un événement futur et incertain, ou d'un événement actuellement arrivé, mais encore inconnu des parties.

Dans le premier cas, l'obligation ne peut être exécutée qu'après l'événement.

Dans le second cas, l'obligation a son effet du jour où elle a été contractée.

ART. 1182. Lorsque l'obligation a été contractée sous une condi-

Jam diximus de conditione impossibili, turpi, potestativâ; de aliis nunc.

In varias species dividuntur, proùt considerantur sub diversis respectibus.

1° Quoàd intentionem contrahentium, conditiones sunt suspensivæ, vel resolutoriæ. — *Suspensivæ*, si contrahentes velint effectum contractûs suspendere usquedùm conditio impleatur; *resolutoriæ*, si contrahentes velint contractum rescindere adveniente conditionis verificatione.

2° Quoàd causam à quâ pendet verificatio, sunt casuales, potestativæ, mixtæ. — *Casuales*, quæ nullo

tion suspensive, la chose qui fait la matière de la convention demeure aux risques du débiteur qui ne s'est obligé de la livrer que dans le cas de l'événement de la condition.

Si la chose est entièrement périe sans la faute du débiteur, l'obligation est éteinte.

Si la chose s'est détériorée sans la faute du débiteur, le créancier a le choix ou de résoudre l'obligation, ou d'exiger la chose dans l'état où elle se trouve, sans diminution du prix.

Si la chose s'est détériorée par la faute du débiteur, le créancier a le droit ou de résoudre l'obligation, ou d'exiger la chose dans l'état où elle se trouve, avec des dommages ou intérêts.

ART. 1183. La condition résolutoire est celle qui, lorsqu'elle s'accomplit, opère la révocation de l'obligation, et qui remet les choses au même état que si l'obligation n'avait pas existé.

Elle ne suspend point l'exécution de l'obligation; elle oblige seulement le créancier à restituer ce qu'il a reçu, dans le cas où l'événement prévu par la condition arrive.

ART. 1184. La condition résolutoire est toujours sous-entendue dans les contrats synallagmatiques, pour le cas où l'une des deux parties ne satisfera point à son engagement.

Dans ce cas, le contrat n'est point résolu de plein droit. La partie envers laquelle l'engagement n'a point été exécuté, a le choix ou de forcer l'autre à l'exécution de la convention lorsqu'elle est possible, ou d'en demander la résolution avec dommages et intérêts.

modo pendent à contrahentium voluntate, quamvis fortè ab aliâ causâ liberâ pendeant ; *potestativæ*, quarum executio pendet à liberâ voluntate alterutrius è contrahentibus ; *mixtæ*, quæ pendent simul à voluntate unius è contrahentibus et à voluntate tertii aut à casu fortuito.

3° Quoàd naturam suam, sunt positivæ, negativæ. —*Positiva* est conditio quæ consistit in eventu ; *negativa*, quæ consistit in non eventu.

4° Quoàd tempus verificationis, sunt *de præterito*, *de præsenti*, *de futuro*, proùt conditio apposita consistit in eventu præterito, præsenti, futuro. — Eventus futurus potest pendere à causis necessariis, vel naturalibus, et conditio dicitur *de futuro necessario* ; vel à causis liberis, aut necessariis quidem, sed quarum effectus humano modo prævideri non potest, et conditio dicitur *de futuro contigenti*.

Quæst. 2ª *Quosnam effectus producat conditio contractui apposita ?*

Resp. Vel conditio est suspensiva, vel resolutoria.

1° Si conditio sit *suspensiva*, et aliundè *de præterito* aut de *præsenti*, nec impleta tempore præfixo; contractus est ipso facto nullus. Siquidem contrahentes non voluerunt se obligare, nisi impletâ conditione ; porro in hypothesi datâ nec adimpletur, nec adimplebitur tempore præfixo, ut evidens est. — Si conditio sit impleta, contractus ipso facto est perfectus et objectivè obligat. Contrahentes enim voluerunt se obligare impletâ conditione, porro impletur. Dicimus : « objectivè obligat. » Siquidem subjectivè non obligatur debitor, nisi cognitâ conditionis adimpletione, cùm obligatio non

urgeat subjectivè, nisi cognoscatur. — Si conditio sit *de futuro necessario*, contractus est ipso facto validus. Siquidem conditio necessariò implenda, censetur impleta. — Si sit conditio *de futuro contingenti*, contrahentes tenentur ab instanti conventionis exspectare utrùm conditio verificanda sit. Non verificatâ conditione, contractus evadit nullus. Impletâ verò conditione, contractus objectivè obligat. Obligatio objectiva fit subjectiva statìm atque impletio conditionis sufficienter à debitore cognoscitur.

2°. Si conditio sit resolutoria, adimpletâ conditione, contractus rescinditur objectivè; subjectivè autem, cùm adimpletio sufficienter agnoscitur.

In solutionibus præcedentibus supposuimus conditionem esse aut non esse impletam; quod nunc explicandum.

Si conditio sit *positiva*; censetur impleta, quandò factum evenit aut est certò eventurum tempore præfixo. — Si nullum tempus sit præfixum, censetur impleta quandò certum est in genere factum esse eventurum. Secùs, deficit conditio.

Si conditio sit *negativa*; censetur adimpleta cùm factum non evenit et certò non est eventurum tempore præfixo. — Si nullum tempus sit præfixum, cùm certum est in genere factum non esse eventurum. Secùs, deficit conditio.

Notanda de contractu conditionali:

1° In contractu sub conditione resolutoriâ: — Si res pereat casu fortuito, perit debitori, quandiù conditio non est adimpleta; quia non fit res creditoris, nisi post

impletam conditionem ; — si tota pereat absque culpâ debitoris, cessat obligatio ; — si partim tantùm pereat, creditor potest alternativè, aut contractum rescindere, aut rem exigere, sed absque pretii imminutione ; — si pereat culpâ debitoris et tota pereat, creditor potest compensationem exigere ; — si quoàd partem tantùm pereat, potest alternativè, aut contractum rescindere, aut rem exigere cum compensatione damnorum.

2° In contractibus onerosis, semper subintelligitur ab utroque contrahente conditio resolutoria sequens : « solvetur obligatio mea, si co-contrahens suam obligationem adimplere noluerit. »

PUNCTUM II. *De contractu circa materiam Alternativam* (1).

(1) ART. 1189. Le débiteur d'une obligation alternative est libéré par la délivrance de l'une des deux choses qui étaient comprises dans l'obligation.

ART. 1190. Le choix appartient au débiteur, s'il n'a pas été expressément accordé au créancier.

ART. 1191. Le débiteur peut se libérer en délivrant l'une des deux choses promises ; mais il ne peut pas forcer le créancier à recevoir une partie de l'une et une partie de l'autre.

ART. 1192. L'obligation est pure et simple, quoique contractée d'une manière alternative, si l'une des deux choses promises ne pouvait être le sujet de l'obligation.

ART. 1193. L'obligation alternative devient pure et simple, si l'une des choses promises périt et ne peut plus être livrée, même par la faute du débiteur. Le prix de cette chose ne peut pas être offert à sa place.

Si toutes deux sont péries, et que le débiteur soit en faute à l'égard de l'une d'elles, il doit payer le prix de celle qui a péri la dernière.

Quæst. 1ª *Quid sit contractus circa materiam alternativam?*

Resp. Contractus dicitur circa *materiam alternativam*, cùm debitor se obligat ad unum de duobus vel pluribus, ità ut per solutionem alterutrius omninò fiat liber.

Quæst. 2ª *Quinam sint effectus modificationis prædictæ?*

Resp. Res debentur sub alternatione, ità ut solutio unica totam perimat obligationem; electio rei solvendæ pertinet ad debitorem, nisi expressè concessa fuerit creditori.

Debitor potest rem alterutram dare, non verò partem utriusque. Materia desinit esse alternativa, et fit determinata, si una ex rebus promissis pereat. Si utraque pereat, cessat obligatio quoàd rem; debitor tenetur tamen de damnis, si res perierit culpâ ipsius.

ART. 1194. Lorsque, dans les cas prévus par l'article précédent, le choix avait été déféré par la convention au créancier,

Ou l'une des choses seulement est périe; et alors, si c'est sans la faute du débiteur, le créancier doit avoir celle qui reste; si le débiteur est en faute, le créancier peut demander la chose qui reste, ou le prix de celle qui est périe;

Ou les deux choses sont péries; et alors, si le débiteur est en faute à l'égard des deux, ou même à l'égard de l'une d'elles seulement, le créancier peut demander le prix de l'une ou de l'autre à son choix.

ART. 1195. Si les deux choses sont péries sans la faute du débiteur, et avant qu'il soit en demeure, l'obligation est éteinte, conformément à l'article 1302.

ART. 1196. Les mêmes principes s'appliquent aux cas où il y a plus de deux choses comprises dans l'obligation alternative.

PUNCTUM III. *De contractu circa materiam Facultativam.*

Quæst. 1ª *Quid sit contractus circa materiam facultativam?*

Resp. Contractus est de *materiâ facultativâ*, cùm debitor tenetur quidem ad solvendam rem determinatam, sed facultatem habet loco rei determinatæ aliam solvendi.

Quæst. 2ª *Quinam sint effectus hujus modificationis?*

Resp. In hâc obligatione una res tantùm debetur, ità ut, si pereat absque culpâ debitoris, extinguatur obligatio. Altera proindè non est in obligatione, sed tantùm in facultate solutionis.

PUNCTUM IV. *De contractu circa materiam Divisibilem aut indivisibilem* (1).

(1) ART. 1217. L'obligation est divisible ou indivisible selon qu'elle a pour objet ou une chose qui dans sa livraison, ou un fait qui dans l'exécution, est ou n'est pas susceptible de division, soit matérielle, soit intellectuelle.

ART. 1218. L'obligation est indivisible, quoique la chose ou le fait qui en est l'objet soit divisible par sa nature, si le rapport sous lequel elle est considérée dans l'obligation ne la rend pas susceptible d'exécution partielle.

ART. 1219. La solidarité stipulée ne donne point à l'obligation le caractère d'indivisibité.

ART. 1220. L'obligation qui est susceptible de division, doit être exécutée entre le créancier et le débiteur comme si elle était indivisible. La divisibilité n'a d'application qu'à l'égard de leurs héritiers, qui ne peuvent demander la dette, ou qui ne sont tenus de la payer que pour les parts dont ils sont saisis, ou dont ils sont tenus comme représentant le créancier ou le débiteur.

Quæst. 1ª *Quid sit contractus circa materiam divisibilem aut indivisibilem ?*

ART. 1221. Le principe établi dans l'article précédent reçoit exception à l'égard des héritiers du débiteur:

1° Dans le cas où la dette est hypothécaire ;

2° Lorsqu'elle est d'un corps certain ;

3° Lorsqu'il s'agit de la dette alternative de choses au choix du créancier, dont l'une est indivisible ;

4° Lorsque l'un des héritiers est chargé seul, par le titre, de l'exécution de l'obligation ;

5° Lorsqu'il résulte, soit de la nature de l'engagement, soit de la chose qui en fait l'objet, soit de la fin qu'on s'est proposée dans le contrat, que l'intention des contractants a été que la dette ne pût s'acquitter partiellement.

Dans les trois premiers cas, l'héritier qui possède la chose due ou le fonds hypothéqué à la dette, peut être poursuivi pour le tout sur la chose due ou sur le fonds hypothéqué, sauf le recours contre ses cohéritiers. Dans le quatrième cas, l'héritier seul chargé de la dette, et, dans le cinquième cas, chaque héritier peut aussi être poursuivi pour le tout, sauf son recours contre ses cohéritiers.

ART. 1222. Chacun de ceux qui ont contracté conjointement une dette indivisible, en est tenu pour le total, encore que l'obligation n'ait pas été contractée solidairement.

ART. 1223. Il en est de même à l'égard des héritiers de celui qui a contracté une pareille obligation.

ART. 1224. Chaque héritier du créancier peut exiger en totalité l'exécution de l'obligation indivisible.

Il ne peut seul faire la remise de la totalité de la dette ; il ne peut recevoir seul le prix au lieu de la chose. Si l'un des héritiers a seul remis la dette ou reçu le prix de la chose, son cohéritier ne peut demander la chose indivisible qu'en tenant compte de la portion du cohéritier qui a fait la remise ou qui a reçu le prix.

ART. 1225. L'héritier du débiteur, assigné pour la totalité de l'obligation, peut demander un délai pour mettre en cause ses cohéritiers, à moins que la dette ne soit de nature à ne pouvoir être acquittée que par l'héritier assigné, qui peut alors être condamné seul, sauf son recours en indemnité contre ses cohéritiers.

Resp. Materia *divisibilis* ea est quæ dividi potest ; *indivisibilis*, quæ non potest dividi, vel in se, vel relativè ad finem intentum à contrahentibus.

Quæst. 2ª *Quinam sint effectus?*

Resp. Obligatio *divisibilis* inter creditorem et debitorem eodem modo se habet ac indivisibilis ; sed ab illâ distinguitur in eo quòd inter creditoris et debitoris hæredes ordinariè dividatur.

Obligatio *indivisibilis* integrè transit ad singulos hæredes debitoris ; adeò ut unusquisque teneatur eam totaliter adimplere defectu aliorum, et pariter unusquisque hæredum creditoris potest illius solutionem integram exigere.

Punctum V. *De contractu cum clausulâ Solidaritatis.*

Quæst. 1ª *Quid sit contractus cum clausulâ solidaritatis ?*

Resp. Adest *clausula solidaritatis*, cùm, ex titulo conventionis, unusquisque inter plures creditores solutionem integram exigere potest, adeò ut solutio uni eorum facta liberet debitorem ; vel quandò integra solutio potest exigi ab uno et pluribus debitoribus. Undè obligatio solidaris esse potest, vel quoàd creditores, vel quoàd debitores.

Quæst. 2ª *Quinam sint effectus?*

Resp. Si obligatio sit solidaris quoàd creditores, debitor potest pro libitu solvere alterutri, modò unus ex illis agere jam non incœperit.

Si obligatio sit solidaris quoàd debitores, creditor potest ab unoquoque eorum exigere solutionem, imò et contra omnes agere simul et successivè, donec debitum

integrum obtinuerit. Sed debitores inter se non obligantur, nisi pro suâ parte; undè, si unus solverit, non potest ab aliis exigere nisi ratam partem uniuscujusque. — Si res debita perierit culpâ unius, vel dùm esset in morâ; cæteri non liberantur ab obligatione solvendi pretium, sed non tenentur de damnis, nisi ipsi fuerint in morâ constituti. Ab art. 1197 ad 1216 (1).

(1) ART. 1197. L'obligation est solidaire entre plusieurs créanciers lorsque le titre donne expressément à chacun d'eux le droit de demander le paiement du total de la créance, et que le paiement fait à l'un d'eux libère le débiteur, encore que le bénéfice de l'obligation soit partageable et divisible entre les divers créanciers.

ART. 1198. Il est au choix du débiteur de payer à l'un ou à l'autre des créanciers solidaires, tant qu'il n'a pas été prévenu par les poursuites de l'un d'eux.

Néanmoins la remise qui n'est faite que par l'un des créanciers solidaires, ne libère le débiteur que pour la part de ce créancier.

ART. 1199. Tout acte qui interrompt la prescription à l'égard de l'un des créanciers solidaires profite aux autres créanciers.

ART. 1200. Il y a solidarité de la part des débiteurs, lorsqu'il sont obligés à une même chose, de manière que chacun puisse être contraint pour la totalité, et que le paiement fait par un seul libère les autres envers le créancier.

ART. 1203. Le créancier d'une obligation contractée solidairement peut s'adresser à celui des débiteurs qu'il veut choisir, sans que celui-ci puisse lui opposer le bénéfice de division.

ART. 1204. Les poursuites faites contre l'un des débiteurs n'empêchent pas créancier d'en exercer de pareilles contre les autres.

ART. 1205. Si la chose due a péri par la faute ou pendant la demeure de l'un ou de plusieurs des débiteurs solidaires, les autres co-débiteurs ne sont point déchargés de l'obligation de payer le prix de la chose; mais ceux-ci ne sont point tenus des dommages et intérêts.

Le créancier peut seulement répéter les dommages et intérêts tant contre les débiteurs par la faute desquels la chose a péri, que contre ceux qui étaient en demeure.

PUNCTUM VI. *De contractu cum clausulâ Pœnalitatis.*

Quæst. 1ª *Quid sit contractus cum clausulâ pœnalitatis?*

Resp. *Clausula pœnalitatis* existit in contractu, cùm debitor, ad firmandam conventionis exsecutionem, aliquid solvendum promittit, si conventio effectu careat.

Quæst. 2ª *Quinam sint effectus?*

Resp. Debitor tenetur ad pœnam, si contractum non impleverit, modò pœna sit moderata. — Creditor potest principalis obligationis exsecutionem persequi, neglectâ clausulâ pœnali; sed non potest principale simul et pœnam exigere, nisi hæc adjecta sit ob moram.

Clausula pœnalis est aliquid accessorium obligationi principali; undè subsistere non potest, si hæc posterior nulla sit. Ab art. 1226 ad 1231 (1).

ART. 1206. Les poursuites faites contre l'un des débiteurs solidaires interrompent la prescription à l'égard de tous.

ART. 1213. L'obligation contractée solidairement envers le créancier se divise de plein droit entre les débiteurs, qui n'en sont tenus entre eux que chacun pour sa part et portion.

ART. 1214. Le co-débiteur d'une dette solidaire, qui l'a payée en entier, ne peut répéter contre les autres que les part et portion de chacun d'eux.

Si l'un d'eux se trouve insolvable, la perte qu'occasionne son insolvabilité se répartit, par contribution, entre tous les autres co-débiteurs solvables et celui qui a fait le paiement.

ART. 1216. Si l'affaire pour laquelle la dette a été contractée solidairement ne concernait que l'un des coobligés solidaires, celui-ci serait tenu de toute la dette vis-a-vis des autres co-débiteurs, qui ne seraient considérés par rapport à lui que comme ses cautions.

(1) ART. 1226. La clause pénale est celle par laquelle une personne, pour assurer l'exécution d'une convention, s'engage à quelque chose en cas d'inexécution.

ARTICULUS II.

De Modificationibus à lege contractui appositis.

Præcipua modificatio generalis contractui apposita est *rescindibilitas.*

De rescindibilitate agimus quoàd forum conscientiæ.

Quæst. 1ª *Quid et quotuplex sit rescindibilitas?*

Resp. Rescindibilitas est facultas contractum irritandi orta ex vitio conventioni intrinseco.

Aliæ sequuntur ex lege naturali simul et civili; aliæ ex lege civili tantùm.

I. Lege naturali simul et civili:

1° Rescindibilis est, ad nutum partis læsæ, contractus

ART. 1227. La nullité de l'obligation principale entraîne celle de la clause pénale.

La nullité de celle-ci n'entraîne point celle de l'obligation principale.

ART. 1228. Le créancier, au lieu de demander la peine stipulée contre le débiteur qui est en demeure, peut poursuivre l'exécution de l'obligation principale.

ART. 1229. La clause pénale est la compensation des dommages et intérêts que le créancier souffre de l'inexécution de l'obligation principale.

Il ne peut demander en même temps le principal et la peine, à moins qu'elle n'ait été stipulée pour le simple retard.

ART. 1230. Soit que l'obligation primitive contienne, soit qu'elle ne contienne pas un terme dans lequel elle doive être accomplie, la peine n'est encourue que lorsque celui qui s'est obligé, soit à livrer, soit à prendre, soit à faire, est en demeure.

ART. 1231. La peine peut être modifiée par le juge lorsque l'obligation principale a été exécutée en partie.

onerosus, cui dolus culpabilis co-contrahentis dedit causam positivam.

Lege naturali : Positis enim conditionibus in propositione inclusis, contrahens per dolum minuit libertatem co-contrahentis, erga ipsum injustus fuit. Proindè tenetur jure naturali ipsi restituere libertatem per contractum ablatam ; seu, quod idem est, ipsi concedere facultatem contractum rescindendi. — Quod si decipiens renuerit, deceptus habet jus ad libertatem recuperandam, seu ad rescissionem contractûs per modum compensationis.

Lege civili : Vid. Cod. civ., art. 1116 (1).

Dicimus : « contractus onerosus ; » gratuitus enim, non solùm rescindibilis, sed irritus esset, ut vidimus suprà. — « Cui causam positivam dedit dolus culpabilis. » Decipiens enim tenetur ratione injustitiæ quam co-contrahenti irrogavit. Porro, sublatâ causalitate positivâ, contractus non esset injustus ; sublatâ culpabilitate doli, injustitia non esset formalis, nec obligaret ad restitutionem.—« Co-contrahentis. » Quia, si dolus oriretur à tertiâ personâ, co-contrahens non esset injustus, proindè non teneretur ad concedendam facultatem rescindendi contractum. — « Ad nutum partis læsæ. » Nam lædens, nedùm jus habeat ad restitutionem, è contrà ad eam obligatur.

2° Rescindibilis est, ad nutum partis læsæ, contrac-

(1) ART. 1116. Le dol est une cause de nullité de la convention, lorsque les manœuvres pratiquées par l'une des parties sont telles, qu'il est évident que, sans ces manœuvres, l'autre partie n'aurait pas contracté.

Il ne se présume pas, et doit être prouvé.

tus onerosus, cui dedit causam positivam metus injustus incussus à co-contrahente, vel à tertiâ personâ.

Lege naturali : Rationes et explicationes eædem sunt ac suprà.

Lege civili : Vid. art. 1111 (1). — Rescindibilitas in casu metûs incussi à tertiâ personâ oritur præcipuè à jure positivo.

II. Lege civili tantùm :

Irriti declarantur generaliter contractus minorum, uxorum, interdictorum, subjectorum consilio familiæ. Sed ista nullitas non est intelligenda in sensu stricto, ex principiis suprà expositis et consensu theologorum. Siquidem instituitur immediatè in utilitatem personarum privatarum, reducitur ergo ad rescindibilitatem.

1° Generaliter loquendo, rescindibiles sunt, quibusdam exceptis, contractus minoris in quibus minor læsus est.

Rescindibiles sunt in foro conscientiæ :... Siquidem scopus legis est succurrere debilitati et inexperientiæ minorum ; porro insufficienter obtineretur finis erga minores probos, si in foro conscientiæ contractus prædicti non essent rescindibiles.

Contractus in quibus minor læsus est : Siquidem, ut finis legis obtineatur, sufficit rescindibilitas in casu læsionis. Undè axioma communiter receptum : « *Minor restituitur, non ut minor, sed ut læsus.* »

Quibusdam exceptis : Irrescindibiles autem sunt mi-

(1) ART. 1111. La violence exercée contre celui qui a contracté l'obligation est une cause de nullité, encore qu'elle ait été exercée par un tiers autre que celui au profit duquel la convention a été faite.

norum contractus, — in quibus observatæ sunt omnes conditiones à lege civili præscriptæ;—in quibus minor læsus fuit tantùm casu fortuito et non præviso, art. 1306;—in quibus minor per delictum aut quasi-delictum induxit alium ad contrahendum, 1310; — quos minor approbavit post majoritatem, 1311;—Contractus relativi ad commercium aut artem minoris, 1308. —Sunt etiam plures circumstantiæ de quibus tacet codex civilis, et in quibus tamen valeret contractus minorum; v. g. si ageretur de rebus quæ liberæ eorum voluntati omninò dimittuntur; de contractibus necessariis ut suis necessitatibus provideant, si domo paternâ absint causâ studiorum, etc. (1).

2° Rescindibiles sunt contractus interdictorum, quamvis tempore contractûs habuerint gradum libertatis jure naturali requisitum; nisi sententia interdictionis pronuntiata fuerit ex falsâ præsumptione facti. Vid. cod. civ. *de Interdictis*, ab art. 489 ad art. 512 (2).

3° Rescindibiles sunt contractus prohibiti iis quibus datum est consilium judiciarium. Illis autem prohibe-

(1) Art. 1306. Le mineur n'est pas restituable pour cause de lésion, lorsqu'elle ne résulte que d'un événement casuel et imprévu.

Art. 1310. Il n'est point restituable contre les obligations résultant de son délit ou quasi-délit.

Art. 1311. Il n'est plus recevable à revenir contre l'engagement qu'il avait souscrit en minorité, l'orsqu'il l'a ratifié en majorité, soit que cet engagement fût nul en sa forme, soit qu'il fût seulement sujet à restitution.

Art. 1308. Le mineur commerçant, banquier ou artisan, n'est point restituable contre les engagements qu'il a pris à raison de son commerce ou de son art.

(2) Art. 489. Le majeur qui est dans un état habituel d'imbécilité,

tur litigare, transigere, mutuam pecuniam accipere, credita percipere, bona sua alienare, ea in pignus vel hypothecas tradere, sine assistentiâ prædicti consilii,

de démence ou de fureur, doit être interdit, même lorsque cet état présente des intervalles lucides.

ART. 490. Tout parent est recevable à provoquer l'interdiction de son parent. Il en est de même de l'un des deux époux à l'égard de l'autre.

ART. 491. Dans le cas de fureur, si l'interdiction n'est provoquée ni par l'époux ni par les parents, elle doit l'être par le Procureur du Roi, qui, dans le cas d'imbécilité ou de démence, peut aussi la provoquer contre un individu qui n'a ni époux, ni épouse, ni parents connus.

ART. 499. En rejetant la demande en interdiction, le tribunal pourra néanmoins, si les circonstances l'exigent, ordonner que le défendeur ne pourra désormais plaider, transiger, emprunter, recevoir un capital mobilier, ni en donner décharge, aliéner, ni grever ses biens d'hypothèques, sans l'assistance d'un conseil qui lui sera nommé par le même jugement.

ART. 502. L'interdiction ou la nomination d'un conseil aura son effet, du jour du jugement. Tous actes passés postérieurement par l'interdit, ou sans l'assistance du conseil, seront nuls de droit.

ART. 503. Les actes antérieurs à l'interdiction pourront être annulés, si la cause de l'interdiction existait notoirement à l'époque où ces actes auront été faits.

ART. 504. Après la mort d'un individu, les actes par lui faits ne pourront être attaqués pour cause de démence qu'autant que son interdiction aurait été prononcée ou provoquée avant son décès: à moins que la preuve de la démence ne résulte de l'acte même qui est attaqué.

ART. 506. Le mari est de droit le tuteur de sa femme interdite.

ART. 507. La femme pourra être nommée tutrice de son mari. En ce cas le conseil de famille réglera la forme et les conditions de l'administration, sauf le recours devant les tribunaux de la part de la femme qui se croirait lésée par l'arrêté de la famille.

ART. 508. Nul, à l'exception des époux, des ascendants et descendants, ne sera tenu de conserver la tutelle d'un interdit au-delà

art. 499, 513. — Vid. cod. civ. *de Subjectis consilio judiciario*, ab art. 513 ad 515 (1).

Nota. Nullitas contractuum initorum à minoribus, interdictis, subjectis consilio judiciario, non potest opponi, nisi ab ipsis aut ab illorum causam agentibus; non verò ab illis qui cum eis contraxerunt.

4° Rescindibiles sunt contratus ab uxore initi sine consensu speciali mariti, vel auctoritate judicis, quibusdam exceptis, art. 217, 776, 905 (2).

de dix ans. A l'expiration de ce délai, le tuteur pourra demander et devra obtenir son remplacement.

ART. 509. L'interdit est assimilé au mineur pour sa personne et pour ses biens; les lois sur la tutelle des mineurs s'appliqueront à la tutelle des interdits.

ART. 512. L'interdiction cesse avec les causes qui l'ont déterminée; néanmoins la mainlevée ne sera prononcée qu'en observant les formalités prescrites pour parvenir à l'interdiction, et l'interdit ne pourra reprendre l'exercice de ses droits qu'après le jugement de mainlevée.

(1) ART. 513. Il peut être défendu aux prodigues de plaider, de transiger, d'emprunter, de recevoir un capital mobilier et d'en donner décharge, d'aliéner, ni de grever leurs biens d'hypothèques, sans l'assistance d'un conseil qui leur est nommé par le tribunal.

ART. 514. La défense de procéder sans l'assistance d'un conseil peut être provoquée par ceux qui ont droit de demander l'interdiction; leur demande doit être instruite et jugée de la même manière.

Cette défense ne peut être levée qu'en observant les mêmes formalités.

ART. 515. Aucun jugement en matière d'interdiction, ou de nomination de conseil, ne pourra être rendu, soit en première instance, soit en cour d'appel, que sur les conclusions du ministère public.

(2) ART. 217. La femme, même non commune, ou séparée de biens, ne peut donner, aliéner, hypothéquer, acquérir à titre gratuit ou onéreux, sans le consentement du mari dans l'acte, ou son consentement par écrit.

ART. 776. Les femmes mariées ne peuvent pas valablement ac-

Sine consensu speciali: Consensus modo generali datus, etiam in contractu matrimonii, valeret quidem ad administrationem bonorum, art. 223; non verò quoàd alienationem immobilium, 1538 (1).

Vel auctoritate judicis: Judex enim potest supplere consensum mariti, 1. si maritus deneget consensum, art. 219; 2. cùm maritus non potest consensum præstare, quia damnatus est ad pœnam afflictivam aut infamantem, art. 221, vel quia interdictus aut absens, 222, vel quia minor, 224 (2).

Quibusdam exceptis: Uxor autem potest 1. testamentum conficere, 226, 905.—2. Potest irrescindibiliter contrahere, etiam sub regimine communitatis, pro

ecpter une succession sans l'autorisation de leur mari ou de justice, conformément aux dispositions du chapitre VI du titre *du Mariage*.

Les successions échues aux mineurs et aux interdits ne pourront être valablement acceptées que conformément aux dispositions du titre *de la Minorité, de la Tutelle, et de l'Emancipation*.

ART. 905. La femme mariée ne pourra donner entre-vifs sans l'assistance ou le consentement spécial de son mari, ou sans y être autorisée par la justice, conformément à ce qui est prescrit par les articles 217 et 219, au titre *du Mariage*.

(1) ART. 223. Toute autorisation générale, même stipulée par contrat de mariage, n'est valable que quant à l'administration des biens de la femme.

ART. 1538. Dans aucun cas, ni à la faveur d'aucune stipulation, la femme ne peut aliéner ses immeubles sans le consentement spécial de son mari, ou, à son refus, sans être autorisée par la justice.

Toute autorisation générale d'aliéner les immeubles donnés à la femme, soit par contrat de mariage, soit depuis, est nulle.

(2) ART. 219. Si le mari refuse d'autoriser sa femme à passer un acte, la femme peut faire citer son mari directement devant le tribunal de première instance.

ART. 221. Lorsque le mari est frappé d'une condamnation empor-

omnibus actibus commercium spectantibus, cùm vacet commercio publico et separato, 220. — 3. Sub regimine communitatis exclusivo, id est, ratione bonorum separata sive per contractum matrimonialem, sive post contractum per sententiam judicis; potest alienare bona mobilia pro libitu suo, et immobilia administrare, 1449, 1536. — 4. Sub regimine dotali, potest alienare bona paraphernalia mobilia, et immobilia paraphernalia administrare, 1576. — 5. Potest contrahere quoàd impensas quæ dicuntur *de ménage* (1).

tant peine afflictive ou infamante, encore qu'elle n'ait été prononcée que par contumace, la femme, même majeure, ne peut, pendant la durée de la peine, ester en jugement, ni contracter, qu'après s'être fait autoriser par le juge, qui peut, en ce cas, donner l'autorisation, sans que le mari ait été entendu ou appelé.

ART. 222. Si le mari est interdit ou absent, le juge peut, en connaissance de cause, autoriser la femme, soit pour ester en jugement, soit pour contracter.

ART. 224. Si le mari est mineur, l'autorisation du juge est nécessaire à la femme, soit pour ester en jugement, soit pour contracter.

(1) ART. 226. La femme peut tester sans l'autorisation de son mari.

ART. 220. La femme, si elle est marchande publique, peut, sans l'autorisation du mari, s'obliger pour ce qui concerne son négoce; et, audit cas, elle oblige aussi son mari, s'il y a communauté entre eux.

Elle n'est pas réputée marchande publique, si elle ne fait que détailler les marchandises du commerce de son mari, mais seulement quand elle fait un commerce séparé.

ART. 1449. La femme séparée soit de corps et de biens, soit de biens seulement, en reprend la libre administration.

Elle peut disposer de son mobilier et l'aliéner.

Elle ne peut aliéner ses immeubles sans le consentement de son mari, ou sans être autorisée en justice à son refus.

ART. 1536. Lorsque les époux ont stipulé par leur contrat de mariage qu'ils seraient séparés de biens, la femme conserve l'entière

Vid. Cod. civ. ab art. 212 ad 226, et ab art. 1387 ad art. 1582.

Nullitas contractuum ab uxoribus initorum opponi non potest nisi ab uxore, marito aut eorum hæredibus.

Quæst. 2ª *Quinam sint effectus rescindibilitatis?*

Resp. 1º In casibus à lege determinatis, rescissio contractûs potest, tutâ conscientiâ, postulari ab illo in cujus gratiam instituta est rescindibilitas. Sic in specie, minor potest rescissionem petere, licèt deceptus non fuerit, et per suam culpam contractum in sui perniciem converterit; v. g. si pecuniam mutuo aut ex alio contractu acceptam dissipaverit, vel in pravos usus impenderit. Quia id præcisè intendit lex, scilicet impedire ne minor ex imprudentiâ aut pravis cupiditatibus abreptus bona sua dissipet (1).

2º Si contractûs exsecutio nondùm præstita fuerit, qui facultatem rescissionis habet potest ejus exsecutionem omittere, modò causa rescissionis sit certa. Inutiliter enim præstaretur exsecutio contractûs, qui statìm post exsecutionem legitimè irritari posset.

3º Co-contrahens ejus cui favet rescindibilitas,

administration de ses biens meubles et immeubles, et la jouissance libre de ses revenus.

ART. 1576. La femme a l'administration et la jouissance de ses biens paraphernaux.

Mais elle ne peut les aliéner, ni paraître en jugement à raison desdits biens, sans l'autorisation du mari, ou à son refus, sans la permission de la justice.

(1) Ita D. Carrière, *De Contract.*, T. I, n. 192. — Aliter sentiunt D. D. Gousset, *Code civ. commenté*, ad art. 1305, et D. D. Bouvier, *De Contract.*, p. 1, cap. 1, art. 3, in casu quo co-contrahens minor bonâ fide egisset.

saltem post rescissionem amittit in foro conscientiæ jus acquisitum per contractum.— Dicimus : « Saltem post rescissionem. » Nam, si rescissio non petatur, co-contrahens potest uti contractu ; cùm conventio irritari quidem possit, non verò ipso facto irritetur. — Si irritatio postuletur, et aliundè causa irritationis sit certa, co-contrahens tenetur ex charitate renuntiare juri suo ante sententiam ; alioquin absque ratione obligaret compartem ad curam et expensas inutiles. Non tenetur autem ex justitiâ ; siquidem, vi legis, habet jus exigendi sententiam.

Si in contractu interfuerit injustitia per rescissionem non sufficienter reparata, obligatio reparandi damnum incumbit contrahenti injusto. Sic, v. g. qui ex rescissione factus fuit ditior tenetur id restituere quo factus fuit ditior ; alioquin rem alienam sine titulo retineret.

DISPUTATIO II.

DE CONTRACTIBUS

IN SPECIE.

Contractus sunt alii principales, alii subsidiarii. — *Principalis* dicitur contractus cujus effectus principaliter intenditur à contrahentibus ; *subsidiarius*, qui principali additur ad assecurandam ipsius exsecutionem.

Undè 1° de contractibus Principalibus ; 2° de contractibus Subsidiariis.

I. SPECIES.

De Contractibus Principalibus.

1° Alii sunt gratuiti, alii onerosi, alii onero-gratuiti. — *Gratuitus* est contractus, si unus è contrahentibus jus conferat co-contrahenti gratuitò, seu absque onere ipsi imposito. — *Onerosus* est, si utraque pars conferat jus parti co-contrahenti sub onere ab ipsâ obtinendi jus valoris æqualis. — *Onero-gratuitus* est, si una pars comparti conferat jus majoris valoris sub onere obtinendi ab ipsâ jus minoris valoris. Sic appellatur hic contractus, quia est quoàd unam partem onerosus, et quoàd alteram gratuitus, ut evidens est.

2° In utràque specie superiùs indicatâ, distingui possunt contractus conferentes jus *ad rem*, jus *in re*, jus *ad rem* ex unâ parte, *jus in re* ex alterâ parte.

3° Objectum juris *ad rem* aut *in re* per contractum collati potest esse vel substantia, vel usus rei, vel actus personæ.

Sub his titulis exponemus quæ pertinent ad contractus in specie.

Dicta de contractibus in genere applicanda sunt variis contractuum speciebus. In titulis sequentibus addemus tantùm ea quæ sunt unicuique contractui specialia quoàd conditiones et effectus.

CAPUT I.

De Contractibus Gratuitis.

Dicenda sub titulo præsenti in tabellâ sequenti comprehenduntur.

De contractibus Gratuitis,

1°. conferentibus jus *ad rem:*	2°. conferentibus jus *in re*		
	1. in substantiâ rei:	*2. in usu rei:*	*3. in actibus personæ:*
Promissio gratuita.	1. Donatio inter vivos. 2. Testamentum. 3. Successio legalis.	1. Commodatum. 2. Mutuum gratuitum.	1. Mandatum et negotiorum Gestio. 2. Depositum.

ARTICULUS I.

De contractibus gratuitis conferentibus jus AD REM.

PUNCTUM UNICUM. *De Promissione gratuitâ.*

Promissio gratuita est contractus quo unus confert gratuitò et alter acceptat jus ad rem.

Appellatur *promittens*, qui confert; *promissarius*, qui acceptat jus ad rem. — Undè videre est contrahentes per promissionem se obligare ad alium contractum, v. g. ad donationem, aut venditionem.

Lex civilis tacet de promissione gratuitâ; proindè iste contractus regitur tantùm jure naturali, seu principiis quæ sequuntur ex naturâ promissionis. Sequentia sunt specialiter notanda.

I. De Conditionibus Validitatis.

I. De Capacitate contrahentium :

1° *Jure naturali*, invalida est promissio contractûs invalidi jure naturali aut positivo. Positis enim illis conditionibus, exsecutio contractûs est impossibilis.

2° Promissio rei illicitæ nulla est ; impossibilis est enim obligatio ad rem illicitam.

II. De voluntate et voluntate convenienti contrahentium :

Requiritur 1° ut promittens velit conferre, et promissarius velit acceptare jus ad rem gratuitò.

Requiritur 2° ut voluntas contrahentium, quamvis præsens, respiciat ad tempus futurum quoàd translationem juris in re. — In hoc differt promissio à donatione. Siquidem in donatione hìc et nunc transfertur jus in re ; in promissione autem promittens hìc et nunc se obligat tantùm ad transferendum jus in re tempore futuro.

II. De Effectibus.

I. De existentiâ effectuum :

Quær. *Utrùm promissio producat effectus?*

Resp. In genere productio effectuum pendet à voluntate contrahentium.

In specie, 1. Sæpè contrahentes nolunt se obligare, sed tantùm voluntatem præsentem manifestare ; tunc promissio non producit effectus. — 2. Aliquandò volunt se obligare, sed ex fidelitate tantùm ; et promissio obligat ex fidelitate. — 3. In quibusdam casibus volunt se obligare ex justitiâ, et promissio obligat ex justitiâ ; quod judicatur ex circumstantiis, v. g. si accedat jura-

mentum seriò et deliberatè, si detur promissario chirographum, etc.

II. De effectibus *in se* consideratis:

Quær. *Quosnam effectus producat promissio?*

Resp. Vi promissionis in quâ contrahentes intendunt obligationem justitiæ, promissarius acquirit jus ad rem, non verò jus in re. Indè non est dominus rei promissæ, in eamque non habet actionem realem, sed habet tantùm in promittentem actionem personalem, vi cujus potest exigere ex justitiâ ut res promissa ipsi concedatur. — Promittens tenetur ex justitiâ concedere promissario rem promissam.

III. De *Circumstantiis* effectuum:

Unum quæritur: *Quibus causis specialibus cessent promissionis effectus?*

Resp. Promissio cessat 1° cessante fine principali promissionis; v. g. Petrus promisit Paulo præcipuè ad sublevandam paupertatem, et Paulus fit dives. Nam promittens voluit rem promissam præcipuè ut medium ad finem principalem.

Cessat 2° per mutationem materiæ; scilicet, si materia possibilis, utilis et licita tempore promissionis, fiat ante ipsius exsecutionem impossibilis, inutilis, illicita. Siquidem nemo tenetur ad impossibile, ad inutile, ad illicitum.

Cessat 3° per mutationem circumstantiarum, scilicet, si circumstantiæ ante exsecutionem ita mutatæ sint, ut promittens non censeatur voluisse se obligare posito tali eventu, v. g. aliquis ditissimus copiosissimam eleemosynam promittit Ecclesiæ, et ante promissionis exsecutionem fit pauper.

IV. De effectibus quoàd *subjectum* nil speciale dicendum.

V. De effectibus quoàd *intensitatem* :

Unum notandum. Ex communi contrahentium intentione, in promissione requiritur ad peccatum mortale materia major quàm in furto, damno.

Ex dictis suprà solvitur duplex quæstio sequens.

1ª Q. Aliquis validè promisit tale objectum, *idem* objectum secundæ personæ promittit; *utrùm valeat secunda promissio* ?

R. Negativè. Siquidem promittens amisit jus ad rem per priorem promissionem, non potest ergo illud validè transferre per alteram promissionem.

2ª Q. Res validè promissa primæ personæ donatur secundæ, *utrùm valida et justa sit donatio ?*

R. 1. Valida est donatio. Siquidem post promissionem donator conservabat jus in re, potuit ergo illud validè transferre donatario.

2. Injusta est donatio. Donator enim promissarium privavit jure quod habebat ad rem obtinendam.

ARTICULUS II.

De contractibus gratuitis conferentibus jus IN RE.

§ 1. IN SUBSTANTIA REI.

PUNCTUM I. *De Donatione inter vivos.*

Donatio inter vivos est contractus in quo unus è contrahentibus confert et alter acceptat jus *in re* gratuitò, actualiter, irrevocabiliter.

Contractus in quo unus confert jus *in re* : Sic donatio distinguitur à promissione gratuità ;— *gratuità* : sic donatio distinguitur à venditione, in quâ confertur jus in re sub conditione onerosâ ;— *actualiter* et *irrevocabiliter* : sic donatio inter vivos distinguitur à testamento, in quo testator disponit pro tempore mortem subsecuturo, et potest durante vitâ revocare dispositionem quam fecit.

I. De Conditionibus.

I. De inhabilitate personæ.

1° Inhabiles sunt in foro conscientiæ *ad donandum* : mortui civiliter, art. 25 (1).— Valet in foro conscientiæ

(1) ART. 25. Par la mort civile, le condamné perd la propriété de tous les biens qu'il possédait : sa succession est ouverte au profit de ses héritiers, auxquels ses biens sont dévolus, de la même manière que s'il était mort naturellement et sans testament.

Il ne peut plus ni recueillir aucune succession, ni transmettre, à ce titre, les biens qu'il a acquis par la suite.

Il ne peut ni disposer de ses biens, en tout ou en partie, soit par donation entre-vifs, soit par testament, ni recevoir à ce titre, si ce n'est pour cause d'aliments.

Il ne peut être nommé tuteur, ni concourir aux opérations relatives à la tutelle.

Il ne peut être témoin dans un acte solennel ou authentique, ni être admis à porter témoignage en justice.

Il ne peut procéder en justice, ni en défendant, ni en demandant, que sous le nom et par le ministère d'un curateur spécial, qui lui est nommé par le tribunal où l'action est portée.

Il est incapable de contracter un mariage qui produise aucun effet civil.

Le mariage qu'il avait contracté précédemment est dissout, quant à tous ses effets civils.

Son époux et ses héritiers peuvent exercer respectivement les droits et les actes auxquels sa mort naturelle donnerait ouverture.

hæc inhabilitas. Fundatur enim in lege determinativâ proprietatis; siquidem mortui civiliter ideò declarantur inhabiles ad donandum, quia eorum proprietates ab ipsis auferuntur et hæredibus attribuuntur.

Aliæ inhabilitates à lege institutæ contra minores, uxores, bonorum cessores, quoàd forum conscientiæ sunt potiùs rescindibilitates, quàm inhabilitates propriè dictæ. Nituntur enim motivo boni privati.

2° Inhabiles sunt in foro conscientiæ *ad acceptandum* :

Absolutè, seu ab omni personâ:

1. Qui nondùm conceptus est tempore donationis.

2. Qui conceptus erat quidem, sed non nascitur vitalis. Valent in foro conscientiæ prædictæ inhabilitates. Sunt enim naturales; nam infans, statim post nativitatem, à fortiori si nondùm conceptus, non potest liberè acceptare, est proindè naturaliter incapax contrahendi. Infantes qui nascuntur vitales sunt quidem habiles ad acceptandum; sed privilegio legis, quæ his infantibus aliquem substituit eorum loco acceptantem (1).

3. Civiliter mortui. Hæc nullitas valet in foro conscientiæ; nititur nempè motivo boni publici, quod non patitur ut actus civiles exerceat homo à societate civili ejectus.

(1) Art. 906. Pour être capable de recevoir entre-vifs, il suffit d'être conçu au moment de la donation.

Pour être capable de recevoir par testament, il suffit d'être conçu à l'époque du décès du testateur.

Néanmoins la donation ou le testament n'auront leur effet qu'autant que l'enfant sera né viable.

Relativè, seu à quibusdam personis tantùm :

Filii illegitimi nihil possunt à patre et matre recipere ultra id quod eis conceditur in titulo *de Successionibus*, art. 908, scilicet :—Si sint adulterini et incestuosi, mera alimenta, 762 et seq ;— Si sint simpliciter spurii, et pater et mater relinquant descendentes legitimos, tertiam partem portionis hæreditariæ quæ eis obtigisset, si fuissent legitimi ; dimidiam partem, si pater et mater relinquant ascendentes, vel fratres aut sorores ; tres partes, si nullos ex his relinquant ; et integram hæreditatem, si non supersint hæredes gradu successibili, art. 757, 758 (1). — Hæc nullitas valet in foro conscientiæ. Instituta est enim in gratiam bonorum morum.

Insuper, ex codice civili, 1. tutor, nisi sit è numero ascendentium, nihil potest acceptare à pupillo suo ; etiamsi ad decimum sextum pervenerit annum, imò

(1) ART. 908. Les enfants naturels ne pourront, par donation entre-vifs ou par testament, rien recevoir au-delà de ce qui leur est accordé au titre *des Successions*.

ART. 757. Le droit de l'enfant naturel sur les biens de ses père ou mère décédés, est réglé ainsi qu'il suit :

Si le père ou la mère a laissé des descendants légitimes, ce droit est d'un tiers de la portion héréditaire, que l'enfant naturel aurait eue s'il eût été légitime ; il est de la moitié lorsque les père ou mère ne laissent pas de descendants, mais bien des ascendants ou des frères ou sœurs ; il est des trois quarts lorsque les père ou mère ne laissent ni descendants, ni ascendants, ni frères, ni sœurs.

ART. 756. L'enfant naturel a droit à la totalité des biens lorsque ses père ou mère ne laissent pas de parents au degré successible.

ART. 759. En cas de prédécès de l'enfant naturel, ses enfants ou descendants peuvent réclamer les droits fixés par les articles précédents.

ART. 762. Les dispositions des articles 757 et 758 ne sont pas applicables aux enfants adultérins ou incestueux.

La loi ne leur accorde que des aliments.

etiamsi majoritatem attigerit, nisi redditæ sint tutelæ rationes (1).

2. Medici, chirurgi, pharmacopolæ et ministri cultûs divini qui operam alicui in ultimo morbo præbuerunt, nihil possunt ab eo recipere titulo gratuito, nec per se nec per alios, per dispositionem in illo morbo conditam; nisi sint hæredes vel directi, vel collaterales in quarto gradu aut infrà, deficientibus hæredibus directis, art. 909. — Excipiuntur donationes remuneratoriæ factæ titulo particulari, modò sint proportionatæ facultatibus donantis et officiis præstitis. — Sed inhabilitates prædictæ, in gratiam hæredum institutæ, in foro conscientiæ æquivalent tantùm rescindibilitati (2).

(1) Art. 907. Le mineur, quoique parvenu à l'âge de seize ans, ne pourra, même par testament, disposer au profit de son tuteur.

Le mineur devenu majeur ne pourra disposer, soit par donation entre-vifs, soit par testament, au profit de celui qui aura été son tuteur, si le compte définitif de la tutelle n'a été préalablement rendu et apuré.

Sont exceptés, dans les deux cas ci-dessus, les ascendants des mineurs, qui sont ou qui ont été leurs tuteurs.

(2) Art. 909. Les docteurs en médecine ou en chirurgie, les officiers de santé et les pharmaciens qui auront traité une personne pendant la maladie dont elle meurt, ne pourront profiter des dispositions entre-vifs ou testamentaires qu'elle aurait faites en leur faveur pendant le cours de cette maladie.

Sont exceptés, 1° les dispositions rémunératoires faites à titre particulier, eu égard aux facultés du disposant et aux services rendus; — 2° Les dispositions universelles, dans le cas de parenté jusqu'au quatrième degré inclusivement, pourvu toutefois que le décédé n'ait pas d'héritiers en ligne directe; à moins que celui au profit de qui la disposition a été faite ne soit lui-même du nombre de ces héritiers.

Les mêmes règles seront observées à l'égard du ministre du culte.

Mais il faut remarquer que cette dernière disposition n'est applicable qu'autant que le ministre aurait été le confesseur du malade; c'est la décision de la Cour de cassation. Arrêt du 18 mai 1807.

3. Donationes factæ xenodochiis, pauperibus alicujus communitatis, variisque utilitatis publicæ institutis, v. g. fabricis, seminariis, etc., effectum non obtinent, nisi debitè fuerint approbatæ. — Sed prædicta prohibitio non tam respicit habilitatem donatarii, quàm formam donationis. De eâ proindè quoàd validitatem contractûs idem dicendum quod infrà de aliis formis (1).

II. De Indisponibilitate materiæ.

Indisponibilis est, etiam in foro conscientiæ, reservatio. Existentia et quotitas reservationis principiis sequentibus determinari potest :

1. Si supersint soli collaterales, nulla existit reservatio in eorum gratiam, donator proindè potest absque injustitiâ de omnibus bonis disponere. Peccaret tamen, si absque ratione sufficienti propinquos omninò frustraret.

2. Si supersint ascendentes, non verò descendentes, sic determinatur reservatio : si adsint ascendentes in lineâ paternâ et maternâ, reservatur dimidia pars bonorum ; si autem in unâ tantùm, reservatur quarta pars, art. 915.

3. Si supersint descendentes : Si unicus supersit filius legitimus, ipsi reservatur pars dimidia bonorum, de alterâ tantùm donator disponere potest. Si duo

(1) Art. 910. Les dispositions entre-vifs ou par testament, au profit des hospices, des pauvres d'une commune ou d'établissements d'utilité publique, n'auront leur effet qu'autant qu'elles seront autorisées par ordonnance royale.

Cet article est applicable aux établissements religieux légalement recomus. Suivant l'ordonnance du 2 avril 1817, l'acceptation des dons et legs en argent ou objets mobiliers, n'excédant pas 300 francs, peut être autorisée par les préfets.

adsint, tertia pars bonorum tantùm disponibilis est, duæ aliæ filiis reservantur. Si tres aut plures adsint filii, quarta tantùm pars est disponibilis, tres aliæ filiis reservantur, art. 913.

Sub nomine *filiorum* intelliguntur etiam nepotes (*petits-fils*), et alii posteri in quocumque gradu ; ità ut tamen numerentur tantùm pro filio quem repræsentant in successione de quâ agitur (1).

Lex statuens de reservatione valet in foro conscientiæ, est enim determinativa proprietatis ; cùm assignet quænam jura cognatis competant, ne contra votum naturæ prædicti cognati hæreditate priventur.

Cùm lex relinquat liberam redituum dispositionem, sub reservatione non cadunt reditus, nisi sortem efficiant, (*à moins qu'ils ne soient capitalisés*). Ergo, quis-

(1) Art. 913. Les libéralités, soit par actes entre-vifs, soit par testament, ne pourront excéder la moitié des biens du disposant, s'il ne laisse à son décès qu'un enfant légitime ; le tiers, s'il laisse deux enfants ; le quart, s'il en laisse trois ou un plus grand nombre.

Art. 914. Sont compris dans l'article précédent, sous le nom d'*enfants*, les descendants en quelque degré que ce soit ; néanmoins ils ne sont comptés que pour l'enfant qu'ils représentent dans la succession du disposant.

Art. 915. Les libéralités, par actes entre-vifs ou par testament, ne pourront excéder la moitié des biens, si à défaut d'enfant le défunt laisse un ou plusieurs ascendants dans chacune des lignes paternelle et maternelle ; et les trois quarts, s'il ne laisse d'ascendants que dans une ligne.

Les biens ainsi réservés au profit des ascendants seront par eux recueillis dans l'ordre où la loi les appelle à succéder ; ils auront seuls droit à cette réserve, dans tous les cas où un partage en concurrence avec des collatéraux ne leur donnerait pas la quotité de biens à laquelle elle est fixée.

Art. 916. A défaut d'ascendants et de descendants, les libéralités par actes entre-vifs ou testamentaires pourront épuiser la totalité des biens.

que de his liberè disponere potest per donationem *au fur et à mesure*, ut dicitur, etiam in gratiam illorum quibus jam concessa fuit quotitas bonorum disponibilis.

III. De voluntate contrahentium et conditionibus ad ejus convenientiam.

Requiritur ut cum plenâ spontaneitate donator velit conferre et donatarius acceptare jus *in re gratuitò, actualiter et irrevocabiliter*.

Specialiter de modo expressionis duo quæruntur :

1ª Q. *Utrùm lex civilis exigat formalitates speciales in donatione; et, in hypothesi affirmativâ, quænam sint ?*

R. Donationes sunt vel manuales, vel non.—*Manualis* dicitur donatio —rerum corporearum ; v. g. gemmæ, summæ pecuniariæ, quæ fit per solam traditionem de manu ad manum à donatore ad donatarium : — vel bonorum incorporeorum, quæ fit per traditionem chirographi (*du titre, du billet*) à creditore ipsi debitori, 1282, 1283 (1); vel cuicumque, si agatur de chirographis quæ dicuntur *au porteur ;* vel per indossationem (*endossement*), quandò agitur de chirographis eo modo transmissibilibus.

Si quæstiò sit de donationibus manualibus : Nulla requiritur formalitas. Valent ergo, sive in foro civili, sive

(1) Art. 1282. La remise volontaire du titre original sous signature privée, par le créancier au débiteur, fait preuve de la libération.

Art. 1283. La remise volontaire de la grosse du titre fait présumer la remise de la dette ou le paiement, sans préjudice de la preuve contraire.

in foro conscientiæ, modò contrahentes sint habiles et materia disponibilis.

Si agatur de aliis donationibus : Requiritur 1. interventus notarii ; 2. debita acceptatio donatarii ; 3. index æstimatorius, si agatur de bonis mobilibus ; 4. transcriptio actûs apud conservatorem hypothecarum, si donentur bona hypothecis subjecta, 931, 932, 948, 939 (1).

Ad quorum explicationem, vid. cod civ. *de formâ donationum inter vivos*, ab art. 931 ad art. 953.

2ª Q. *Quid sequatur, quoàd validitatem donationis, ex absentiâ formalitatum à lege civili requisitarum ?*

R. Certum est valere in foro conscientiæ, etiamsi destitúantur formalitatibus requisitis à lege in donationibus : 1. Donationes *simulatæ*, seu donationes oc-

(1) ART. 931. Tous actes portant donation entre-vifs seront passés devant notaires, dans la forme ordinaire des contrats, et il en restera minute, sous peine de nullité.

ART. 932. La donation entre-vifs n'engagera le donateur, et ne produira aucun effet, que du jour qu'elle aura été acceptée en termes exprès.

L'acceptation pourra être faite du vivant du donateur, par un acte postérieur et authentique, dont il restera minute ; mais alors la donation n'aura d'effet, à l'égard du donateur, que du jour où l'acte qui constatera cette acceptation lui aura été notifié.

ART. 948. Tout acte de donation d'effets mobiliers ne sera valable que pour les effets dont un état estimatif, signé du donateur et du donataire, ou de ceux qui acceptent pour lui, aura été annexé à la minute de la donation.

ART. 939. Lorsqu'il y aura donation de biens susceptibles d'hypothèques, la transcription des actes contenant la donation et l'acceptation, ainsi que la notification de l'acceptation qui aurait eu lieu par acte séparé, devra être faite aux bureaux des hypothèques dans l'arrondissement desquels les biens sont situés.

cultatæ sub specie alterius contractûs, modò contrahentes sint habiles et materia disponibilis; v. g. si aliquis vendat domum alteri non exigens pretium. — 2. Donationes *remuneratoriæ*, seu quæ fiunt accepti beneficii vel officii præstiti causâ, sive remuneratio jure stricto debeatur, sive non; modò tamen, in secundo casu, donatio non excedat quotitatem disponibilem. In his enim casibus donatio habetur ut solutio debiti, nec proindè subjicitur formalitatibus donationis propriè dictæ. — 3. Donationes *onerosæ*, seu quibus annectuntur quædam onera, vel restitutio sub formâ donationis; ob rationem suprà allatam.

Controvertitur autem utrùm, extra casus prædictos, valeant in foro conscientiæ donationes destitutæ formalitatibus à lege requisitis.

Theoricè triplex est opinio. — *Prima* affirmat validitatem donationis in foro conscientiæ (1). Siquidem per formalitatem præscriptam legislator intendit irritare instrumentum donationis tantùm, non verò donationem ipsam. Ait enim lex, art. 893: « *Donatio valere nequit, nisi fiat formâ determinatâ.* » Articuli autem 931 et 948, in quibus determinatur hæc forma, loquuntur tantùm de actu, seu instrumento donationis. — *Secunda* negat validitatem donationis in foro conscientiæ, etiam ante sententiam judicis (2). Nam 1. formalitates requi-

(1) Ità D. D. Bouvier, *De Contract.*, p. 2, cap. 1, art. 2; D. D. Lyonnet; Logerot, etc. — Hanc opinionem D. D. Gousset judicat *certò probabilem*, quamvis contraria, inquit, non careat probabilitate.

(2) Ità Theol. Tolos.; D. Carrière, *De Contract.*, T. II, n. 600.

ART. 1339. Le donateur ne peut réparer par aucun acte confirmatif les vices d'une donation entre-vifs, nulle en forme; il faut qu'elle soit refaite en la forme légale.

sitæ ad donationem sunt speciales; ergo non requiruntur tantùm ad probationem, sed ad validitatem obligationis. 2. Nullitas ità absolutè pronuntiatur à lege, ut nullo actu confirmatorio tolli possit, art 1339.— *Tertia* negat validitatem, sed tantùm post sententiam judicis.

Practicè applicanda sunt principia reflexa. Undè: 1. Donator non tenetur vi donationis tradere rem donatam, si donatio non vestiatur conditionibus ad validitatem à lege civili requisitis. Siquidem ejus possessio censetur legitima, donec contrarium constet. — Dicimus: « Vi donationis; » potest enim teneri, vi promissionis, ad secundam donationem conficiendam requisitis conditionibus vestitam, et obligantem ad traditionem. — 2. Donatarius bonâ fide possidens, non tenetur rem donatam reddere ante sententiam judicis, propter rationem præcedentem. — 3. Illi quorum interest donationis irritatio possunt tutâ conscientiâ eam provocare; hæc enim facultas à lege concessa legitima censetur, nisi contrarium constet. — 4. Donator et donatarius stare debent sententiæ judicis. Nam legitima censetur, donec probetur illegitima.

II. De Effectibus.

Quær. *Quosnam effectus producat donatio* ?

Resp. Donatarius acquirit gratuitò, actualiter et irrevocabiliter jus in re; — donator obligatur ad cedendum gratuitò, etc.

III. De Modificationibus à lege additis donationi.

Quædam donationes sunt rescindibiles, quædam reductibiles, quædam revocabiles.

Rescindibiles sunt donationes factæ à cessoribus bonorum, sive post cessionem, sive intra decem dies

ante cessionem; item, donationes factæ à minoribus, uxoribus, iis qui subjiciuntur consilio judiciario, etc., etc.; ut diximus ubi *de Rescindibilitate* in genere.

Reductibiles sunt donationes, quæ excedunt portionem disponibilem, tempore quo moritur donator, 920 (1).—Undè invaliditas ex indisponibilitate materiæ orta extenditur tantùm ad partem indisponibilem. Vid. ab art. 920 ad art. 931.

Revocabiles sunt donationes: 1. Si donator stipulatus fuerit dona ad se reversura, sive in casu mortis donatarii solius, sive in casu mortis donatarii ejusque posterorum, 951, 952. — 2. Propter inexsecutionem conditionum; si nempè donatario impositæ fuerint, tanquàm conditio donationis, obligationes quas non impleverit, 954, 956, 1184. — 3. Propter ingratitudinem; si donatarius vitæ donatoris insidiatus fuerit, vel manus in eum injecerit, vel gravibus injuriis illum affecerit, vel alimenta ipsi denegaverit, 955.— 4. Propter supervenientem prolem; si nempè donatori descendentes non habenti tempore donationis supervenerit proles legitima, 960 (2). Vid. ab art. 951 ad art. 966.

(1) ART. 920. Les dispositions soit entre-vifs, soit à cause de mort, qui excéderont la quotité disponible, seront reductibles à cette quotité lors de l'ouverture de la succession.

(2) ART. 951. Le donateur pourra stipuler le droit de retour des objets donnés, soit pour le cas du prédécès du donataire seul, soit pour le cas du prédécès du donataire et de ses descendants.

Ce droit ne pourra être stipulé qu'au profit du donataire seul.

ART. 952. L'effet du droit de retour sera de résoudre toutes les aliénations des biens donnés, et de faire revenir ces biens au donateur, francs et quittes de toutes charges et hypothèques, sauf néanmoins l'hypothèque de la dot et des conventions matrimoniales, s

Observ. Ad favendum matrimoniis, lex subjecit regulis minùs strictis : 1° Donationes causâ matrimonii factas.—1. Istæ donationes irritari non possunt propter defectum acceptationis. — 2.° Non possunt revocari

les autres biens de l'époux donataire ne suffisent pas, et dans le cas seulement où la donation lui aura été faite par le même contrat de mariage duquel résultent ces droits et hypothèques.

ART. 954. Dans le cas de la révocation pour cause d'inexécution des conditions, les biens rentreront dans les mains du donateur, libres de toutes charges et hypothèques du chef du donataire; et le donateur aura, contre les tiers détenteurs des immeubles donnés, tous les droits qu'il aurait contre le donataire lui-même.

ART. 955. La donation entre-vif ne pourra être révoquée pour cause d'ingratitude que dans les cas suivants:

1° Si le donataire a attenté à la vie du donateur;

2° S'il s'est rendu coupable envers lui de sévices, délits ou injures graves;

3° S'il lui refuse des aliments.

ART. 956. La révocation pour cause d'inexécution des conditions, ou pour cause d'ingratitude, n'aura jamais lieu de plein droit.

ART. 1184. La condition résolutoire est toujours sous-entendue dans les contrats synallagmatiques, pour le cas où l'une des deux parties ne satisfera point à son engagement.

Dans ce cas, le contrat n'est point résolu de plein droit. La partie envers laquelle l'engagement n'a point été exécuté, a le choix ou de forcer l'autre à l'exécution de la convention lorsqu'elle est possible, ou d'en demander la résolution avec dommages et intérêts.

La résolution doit être demandée en justice, et il peut être accordé au défendeur un délai selon les circonstances.

ART. 960. Toutes donations entre-vifs faites par personnes qui n'avaient point d'enfants ou de descendants actuellement vivants dans le temps de la donation, de quelque valeur que ces donations puissent être, et à quelque titre qu'elles aient été faites, et encore qu'elles fussent mutuelles ou rémunératoires, même celles qui auraient été faites en faveur du mariage par autres que par les ascendants aux conjoints, ou par les conjoints l'un à l'autre, demeureront révoquées de plein droit par la survenance d'un enfant légitime du donateur, même d'un posthume, ou par la légitimation d'un enfant naturel par mariage subséquent, s'il est né depuis la donation.

propter ingratitudinem. — 3. Fieri possunt sub conditione quæ pendeat à potestate donatoris. — 4. Includere possunt bona non solùm præsentia, sed etiam futura. Variæ tamen sunt regulæ, proùt donatio spectat bona præsentia aut futura tantùm, bona præsentia et futura simul. Vid. ab art. 1081 ad art. 1091.

2° Donationes inter sponsos, sive ante matrimonium, sive in contractu matrimonii, sive durante matrimonio. Regulæ harum donationum sunt aliæ generales, aliæ speciales donationibus quæ fiunt in contractu matrimonii, donationibus quæ fiunt durante matrimonio. Vid. ab art. 1091 ad art. 1101.

Punctum II. *De Testamento.*

Testamentum est : actus revocabilis, quo persona disponit erga aliam aut plures de bonis suis, aut certâ eorum parte, pro tempore mortem subsecuturo.

Testator appellatur qui disponit ; *legatarius* aut *hæres*, ille in cujus gratiam disponitur.

Testamentum est actus : non verò conventio ; nam testamentum, cùm conficitur, est actus testatoris tantùm, quia hæredis acceptatio fit solummodò post mortem. — Revocabilis : Hæc proprietas, essentialis testamento, durat quandiù vivit testator. — Quo persona disponit de bonis suis aut de certâ eorum parte : Testamentum valere potest, quamvis testator non disponat de omnibus bonis ab ipso disponibilibus ; in hâc hypothesi, cætera transirent ad hæredes naturales. — Pro tempore mortem subsecuturo : Testator enim, quandiù vivit, manet dominus bonorum de quibus per testamentum disposuit.

I. De Conditionibus.

I. Causa *possit*, seu, nulla adsit inhabilitas personarum.

De hâc conditione testamenti, idem dicendum quod suprà *de Donatione.*

Quoàd unum tamen differt testamentum à donatione, scilicet : ad accipiendam donationem inhabilis est donatarius nondùm conceptus tempore *donationis*, *in* testamento autem sufficit ut hæres, seu legatarius, sit conceptus tempore quo moritur testator, 906.

II. Causa *velit convenienter.*

Requiritur ut cum plenâ spontaneitate testator velit conferre post mortem jus in re gratuitò et revocabiliter; et hæres post mortem testatoris velit acceptare jus sibi à testatore concessum.— Voluntas enim ejusque conditiones, quales exiguntur ad donationem, requiruntur in testamento, si facultas testandi sit naturalis. Siquidem testamentum, in hâc opinione, est donatio propriè dicta.— Requiruntur etiam in opinione quæ affirmat originem legalem facultatis testandi. Nam legislator voluit ut testamentum vestiatur omnibus conditionibus ad donationem requisitis, speciatim sit liberum; siquidem testamentum non valeret, etiam in foro civili, si probaretur testatorem non fuisse sui compotem, captatum fuisse, etc.

Specialiter de formalitatibus duo quæruntur :

1ª Q. *Utrùm in testamento requirantur formalitates speciales; et, in hypothesi affirmativâ, quænam sint ?*

R. Requiruntur formalitates speciales; aliæ in omni testamento, aliæ in quibusdam.

1° In omni testamento : Requiritur 1. ut testamentum

sit scriptum ; 2. ut exprimat ultimam voluntatem unius personæ tantùm.

2° In quibusdam : Variæ sunt conditiones pro variis testamentorum speciebus. Porro, triplex species præcipua :

1. Testamentum *olographum*, seu quod propriâ manu testatoris exaratur. Tria tantùm ad validitatem requiruntur : « Qu'il soit écrit en entier, daté et signé de la main du testateur. » art. 970.

2. Testamentum *solemne*, seu quod à duobus notariis, coram duobus testibus ; vel ab uno notario, coram quatuor testibus efficitur, 971 (1).

3. Testamentum mysticum : Illud est in quo testator

(1) ART. 971. Le testament par acte public est celui qui est reçu par deux notaires, en présence de deux témoins ; ou par un notaire, en présence de quatre témoins.

ART. 972. Si le testament est reçu par deux notaires, il leur est dicté par le testateur, et il doit être écrit par l'un de ces notaires, tel qu'il est dicté.

S'il n'y a qu'un notaire, il doit être également dicté par le testateur, et écrit par ce notaire.

Dans l'un et l'autre cas, il doit en être donné lecture au testateur, en présence des témoins.

Il est fait du tout mention expresse.

ART. 973. Ce testament devra être signé par le testateur : s'il déclare qu'il ne sait ou ne peut signer, il sera fait dans l'acte mention expresse de sa déclaration, ainsi que de la cause qui l'empêche de signer.

ART. 974. Le testament devra être signé par les témoins ; et néanmoins dans les campagnes, il suffira qu'un des deux témoins signe, si le testament est reçu par deux notaires, et que deux des quatre témoins signent, s'il est reçu par un notaire.

ART. 975. Ne pourront être pris pour témoins du testament, par acte public, ni les légataires, à quelque titre qu'ils soient, ni leurs

secretò disponit de bonis suis, quodque clausum et sigillatum offertur notario et sex testibus simul præsentibus, ab eodem testatore asserente hoc esse suum testamentum, à se scriptum et subscriptum, vel ab altero exaratum et à se subscriptum (1).

parents ou alliés jusqu'au quatrième degré inclusivement, ni les clercs des notaires par lesquels les actes seront reçus.

ART. 980. Les témoins appelés pour être présents aux testaments devront être mâles, majeurs, sujets du Roi, jouissant des droits civils.

(1) ART. 976. Lorsque le testateur voudra faire un testament mystique ou secret, il sera tenu de signer ses dispositions, soit qu'il les ait écrites lui-même, ou qu'il les ait fait écrire par un autre. Sera le papier qui contiendra ses dispositions, ou le papier qui servira d'enveloppe, s'il y en a une, clos et scellé. Le testateur le présentera ainsi clos et scellé au notaire, et à six témoins au moins, ou il le fera clore et sceller en leur présence; et il déclarera que le contenu en ce papier est son testament écrit et signé de lui, ou écrit par un autre et signé de lui; le notaire en dressera l'acte de suscription, qui sera écrit sur ce papier ou sur la feuille qui servira d'enveloppe; cet acte sera signé tant par le testateur que par le notaire, ensemble par les témoins. Tout ce que dessus sera fait de suite et sans divertir à autres actes; et en cas que le testateur, par un empêchement survenu depuis la signature du testament, ne puisse signer l'acte de suscription, il sera fait mention de la déclaration qu'il en aura faite, sans qu'il soit besoin, en ce cas, d'augmenter le nombre des témoins.

ART. 977. Si le testateur ne sait signer, ou s'il n'a pu le faire lorsqu'il a fait écrire ses dispositions, il sera appelé à l'acte de suscription un témoin, outre le nombre porté par l'article précédent, lequel signera l'acte avec les autres témoins; et il y sera fait mention de la cause pour laquelle ce témoin aura été appelé.

ART. 978. Ceux qui ne savent ou ne peuvent lire, ne pourront faire de dispositions dans la forme du testament mystique.

Le testament écrit en entier de la main du testateur, et de plus daté et signé, serait valable comme testament olographe, lors même qu'il se trouverait nul comme testament mystique.

Sunt alia testamenta regulis specialibus subjecta. Talia sunt testamenta militum, testamenta confecta tempore pestis, vel supra mare, vel in regione extraneâ.

De formalitatibus testamentorum vid. cod. civ. ab art. 967 ad art. 1010.

2ª Q. *Quid sequatur quoàd validitatem in foro conscientiæ ex absentiâ formalitatum requisitarum à lege civili sub pœnâ nullitatis?*

R. Certum est valere in foro conscientiæ, etiamsi destituantur formalitatibus à lege civili requisitis sub pœnâ nullitatis: 1. Legata *remuneratoria*; vel *compensatoria*, seu restitutio sub formâ legati; 2. Legata *pia* moderata, quæ censeri possunt salutis remedia, v. g. ad preces erogandas. Dispositiones enim hujus modi non sunt gratuitæ, proindè formalitatibus testamentorum non subjiciuntur.

Controvertitur autem utrùm, sepositis casibus præcedentibus, 1. testamenta *ad causas profanas*, 2. *ad causas pias* valeant in foro conscientiæ, si destituantur conditionibus à lege requisitis ad validitatem testamenti.

Theoricè de testamentis *ad causas profanas* triplex est opinio.

Prima affirmat validitatem hujus modi testamentorum, sive ante, sive post sententiam judicis (1). Nam 1. Lex admittit validitatem testamenti olographi quod destituitur formalitatibus; ergo nullitates de formalitatibus irritant instrumentum, non verò testamentum ipsum. 2. Hæres naturalis, qui solvit legatum inclusum in testamento nullo propter defectum formalitatum, non

(1) Ità, inter recentiores, D. D. Bouvier, *De Contr.*, p. 2, cap. 1, art. 2; D. D. Gousset, qui illam judicat *certò probabilem*.

admittitur ad repetendum 1235, 1376; ergo obligatio naturalis existebat etiam ex lege civili. 3. Unum voluit obtinere legislator instituendo formalitates, scilicet, certam reddere libertatem testandi; ergo non voluit irritare testamentum, si libertas testatoris aliundè constet.

Secunda affirmat nullitatem testamenti, etiam ante sententiam judicis (1). Nam 1. nullitas testamenti solemnitatibus requisitis destituti pronuntiaretur à tribunalibus, quamvis certò constaret de voluntate testatoris. Ergo formalitates non requiruntur tantùm ad probandam voluntatem liberam testatoris; exiguntur proindè ad validitatem testamenti, proindè ante sententiam judicis nullum est testamentum formalitatibus destitutum. 2. Lex de formalitatibus fundatur in præsumptione periculi; ideò enim formalitates exigit legislator, quia timet ne violetur libertas testatoris. Porro, lex fundata in præsumptione periculi obligat ante sententiam judicis, etiam absente malo quod timetur.

Tertia negat obligationem ante sententiam, eam verò affirmat post sententiam judicis (2). Nam 1. sic intelligitur communiter lex de formalitatibus. 2. Plerœque

ART. 1235. Tout paiement suppose une dette: ce qui a été payé sans être dû, est sujet à répétition.

La répétition n'est pas admise à l'égard des obligations naturelles qui ont été volontairement acquittées.

ART. 1376. Celui qui reçoit par erreur ou sciemment ce qui ne lui est pas dû, s'oblige à le restituer à celui de qui il l'a indûment reçu.

(1) Ità Collet, Logerot, D. Receveur, quorum sententiam amplectitur D. Carrière, *De Contr.*, T. II, n. 590.

(2) Ità inter alios S. Lig., qui docet hanc opinionem esse in praxi omninò sequendam, lib. III, n. 927.

nullitates legales non irritant contractum ante, sed tantùm post sententiam judicis. Ergo nullitas ex defectu formalitatum resultans eodem sensu intelligenda est, nisi contrarium constet; porro non constat.

De testamentis *ad causas pias*, duplex opinio.

Prima, communior, affirmat validitatem. Quia causæ piæ pertinent exclusivè ad jurisdictionem Ecclesiæ, et revera jus canonicum pronuntiat validitatem hujusmodi testamentorum.

Secunda negat validitatem (1). Quia 1. bona temporalia, ac proindè dispositiones horum bonorum legibus principum subjecta sunt. Quia 2. decisiones juris canonici non valent in regionibus dominio temporali Summi Pontificis non subjectis, nisi ex consensu principum, proindè non valent in Galliâ, ubi non admittuntur.

Practicè, applicanda sunt principia reflexa, ex quibus sequuntur circa testamenta solutiones suprà expositæ *de Donationibus*.—Nihilominùs, ex omnium consensu, hortandi sunt hæredes ad solvenda legata pia, etiamsi testamenta formalitatibus à lege requisitis destituantur.

II. De Effectibus.

Quæst. 1ª *Utrùm testamentum producat effectus?*

Resp. Testamentum producit effectus;

Nisi 1° revocatum fuerit — *expressè*, per testamentum posterius in quo rescinditur prius, vel per actum coram notario quo declaratur mutatio voluntatis; — *tacitè*, scilicet: 1. per testamentum posterius continens dispositiones contrarias; in hâc hypothesi revocantur

(1) Ità Collet, Logerot, D. Carrière, *De Contract.*, T. II, n. 586.

tantùm dispositiones priores, quæ cum recentioribus conciliari non possunt ; 2. per alienationem rei legatæ ; 3. per destructionem testamenti (1).

Nisi 2° caducum sit testamentum propter causas sequentes : 1. Si legatarius moriatur ante testatorem.— 2. Si moriatur ante eventum conditionis sub quâ legatum concessum fuit.— 3. Si res legata totaliter perierit vivente testatore ; imò, eo mortuo, si perierit sine culpâ et facto hæredis, etiamsi esset in morâ, dummodò æquè peritura fuisset apud legatarium. Secùs hæres restituere tenetur.— 4. Si legatarius legato renuntiet, aut inhabilis sit ad recipiendum (2).

Vid. cod. civ. ab art. 1035 ad art. 1047.

(1) ART. 1035. Les testaments ne pourront être révoqués, en tout ou en partie, que par un testament postérieur, ou par un acte devant notaire, portant déclaration du changement de volonté.

ART. 1036. Les testaments postérieurs qui ne révoqueront pas d'une manière expresse les précédents, n'annulleront, dans ceux-ci, que celles des dispositions y contenues qui se trouveront incompatibles avec les nouvelles, ou qui seront contraires.

ART. 1038. Toute aliénation, celle même par vente avec faculté de rachat ou par échange, que fera le testateur de tout ou de partie de la chose léguée, emportera la révocation du legs pour tout ce qui a été aliéné, encore que l'aliénation postérieure soit nulle, et que l'objet soit rentré dans la main du testateur.

« Si le testament se trouvait lacéré ou biffé, on devrait le regarder comme suffisamment révoqué, à moins qu'il ne fût constant que ce n'est pas le défunt qui l'a biffé ou lacéré. » Pothier, Toullier, Rogron, etc.

(2) ART. 1039. Toute disposition testamentaire sera caduque, si celui en faveur de qui elle est faite n'a pas survécu au testateur.

ART. 1040. Toute disposition testamentaire faite sous une condition dépendante d'un événement incertain, et telle que, dans l'intention du testateur, cette disposition ne doive être exécutée qu'autant que l'événement arrivera ou n'arrivera pas, sera caduque, si

Nisi 3° testamentum rescissum fuerit.

Quæst. 2ª *Quosnam effectus producat testamentum?*

Resp. Confert hæredi aut legatario jura, sub quibusdam oneribus, pro titulis concessis in testamento.

Confert jura : Legatarii, sive universales, sive titulo universali, sive titulo particulari, acquirunt jura sibi concessa in testamento.

Sub quibusdam oneribus : Sequentibus gravantur : 1° Legatarii universales, aut titulo universali, tenentur ad debita testatoris solvenda et onera hæreditatis ferenda, pro ratione partis hæreditariæ quam acceperunt. 1012 (3).— Dicuntur *debita*, quæ à defuncto debebantur ; *onera*, quæ à successione debentur, ut impensæ judiciales, ac præsertim legata, etc.

2° Legatarius titulo particulari non tenetur ad sol-

l'héritier institué ou le légataire décède avant l'accomplissement de la condition.

ART. 1041. La condition qui, dans l'intention du testateur, ne fait que suspendre l'exécution de la disposition, n'empêchera pas l'héritier institué, ou le légataire d'avoir un droit acquis et transmissible à ses héritiers.

ART. 1042. Le legs sera caduc, si la chose léguée a totalement péri pendant la vie du testateur.

Il en sera de même, si elle a péri depuis sa mort, sans le fait et la cause de l'héritier, quoique celui-ci ait été mis en retard de la délivrer, lorsqu'elle eût également dû périr entre les mains du légataire.

ART. 1043. La disposition testamentaire sera caduque, lorsque l'héritier institué ou le légataire la répudiera, ou se trouvera incapable de la recueillir.

(3) ART. 1012. Le légataire à titre universel sera tenu, comme le légataire universel, des dettes et charges de la succession du testateur, personnellement pour sa part et portion, et hypothécairement pour le tout.

venda debita, aliaque hæreditatis onera; nisi 1. res aliena in propriâ specie ipsi legata fuerit; — nisi 2. creditores hypothecam habeant in rem legatam; — nisi 3. testator expressè hanc obligationem imposuerit; — nisi 4. alia bona testatoris non sufficiant ad debita defuncti solvenda, vel reservationem complendam (1).

Vid. cod. civ. ab art. 1002 ad art. 1025.

III. De Modificationibus adjunctis testamento à lege civili.

Rescindibilitas determinatur iisdem regulis ac rescindibilitas donationum, cum differentiis sequentibus tamen.

1. Minor, qui decimum sextum attigit annum, potest per testamentum irrescindibiliter disponere de mediâ parte bonorum, de quibus disponere posset si majoritatem attigisset.

2. Uxor irrescindibiliter testari potest absque consensu mariti, vel auctoritate judicis.

(1) ART. 1024. Le légataire à titre particulier ne sera point tenu des dettes de la succession, sauf la réduction du legs, ainsi qu'il est dit ci-dessus, et sauf l'action hypothécaire des créanciers.

ART. 1021. Lorsque le testateur aura légué la chose d'autrui, le legs sera nul, soit que le testateur ait connu ou non qu'elle ne lui appartenait pas.

ART. 1022. Lorsque le legs sera d'une chose indéterminée, l'héritier ne sera pas obligé de la donner de la meilleure qualité, et il ne pourra l'offrir de la plus mauvaise.

ART. 1020. Si, avant le testament ou depuis, la chose léguée a été hypothéquée pour une dette de la succession, ou même pour la dette d'un tiers, ou si elle est grevée d'un usufruit, celui qui doit acquitter le legs n'est point tenu de la dégager, à moins qu'il n'ait été chargé de le faire par une disposition expresse du testateur.

Hucusquè dictis de donationibus et testamentis, sequentia addimus.

Observ. 1ª. Donationes inter vivos, seu testamenta quibus inest substitutio à lege civili prohibita, irritantur ipso facto; ità ut bona data statim redeant ad donatorem vel ad ejus hæredes, duobus casibus exceptis: — 1. Pater et mater uni vel pluribus infantibus suis dare possunt omnia bona, quorum habent liberam dispositionem, sive per donationem intervivos, sive per testamentum; cum onere ea conservandi liberis ex ipsis natis vel nascituris, usque ad secundum gradum inclusivè. —2. Qui nullos habet descendentes, omnia bona sua vel aliquam tantùm eorum partem, uni vel pluribus fratribus aut sororibus donare potest, per actus inter vivos aut per testamentum, cùm onere ea conservandi, liberisque ipsorum usque ad secundum gradum transmittendi.

Substitutio autem existit in donatione vel in testamento, cùm donator vel testator imposuit donatario vel legatario immediato onus transmittendi alteri personæ (1).

(1) ART. 896. Les substitutions sont prohibées.

Toute disposition par laquelle le donataire, l'héritier institué, ou le légataire, sera chargé de conserver et de rendre à un tiers, sera nulle, même à l'égard du donataire, de l'héritier institué, ou du légataire.

Néanmoins, les biens libres formant la dotation d'un titre héréditaire que le Roi aurait érigé en faveur d'un prince ou d'un chef de famille, pourront être transmis héréditairement, ainsi qu'il est réglé par l'acte du 30 mars 1806 et par celui du 14 août suivant.

ART. 898. La disposition par laquelle un tiers serait appelé à recueillir le don, l'hérédité ou le legs, dans le cas où le donataire,

Ut adsit substitutio prohibita, duo requiruntur : 1. ut donator aut testator concedat donatario aut legatario, facultatem conservandi rem toto vitæ tempore, ità *D. D. Gousset* (1); 2. cum onere conservandi et deindè alteri restituendi. — Undè substitutio non prohibetur, si donatarius aut legatarius immediatus non teneatur, aut statim teneatur rem transferre.

De valore hujus nullitatis, in foro conscientiæ, non consentiunt theologi. — Plures affirmant contractum esse nullum ante sententiam judicis (2). Quia hæc nullitas nititur motivo boni publici; legislator enim voluit providere culturæ, bonorum circulationi, litibus obstare. — Quidam autem æquiparant donationem cui inest substitutio donationi destitutæ formalitatibus à lege civili requisitis, easdemque decisiones practicas de utrisque admittunt.

De *Substitutionibus* vid. cod. civ. ab art. 896, ad art. 899.

Observ. 2ª. Ascendentes possunt distribuere *bona* sua inter descendentes, per actus inter vivos aut per testamentum (3).

l'héritier institué ou le légataire, ne le recueillerait pas, ne sera pas regardée comme une substitution, et sera valable.

ART. 899. Il en sera de même de la disposition entre-vifs ou testamentaire par laquelle l'usufruit sera donné à l'un, et la nue propriété à l'autre.

(1) D. D. Gousset, *Code civ. commenté*, ad art. 896,

(2) Ità D. D. Bouvier, D. Receveur, D. Carrière, *De Contr.*, T. II, n. 621.

(3) ART. 1075. Les père et mère et autres ascendants pourront faire, entre leurs enfants et descendants, la distribution et le partage de leurs biens.

ART. 1076. Ces partages pourront être faits par actes entre-vifs

De hâc facultate vid. cod. civ. ab art. 1075 ad art. 1081.

Ex principiis suprà expositis solvuntur quæstiones sequentes. Aliæ spectant ad conditiones, aliæ ad effectus donationis.

I. De Conditionibus.

1ª Q. Certum est aliquem habuisse intentionem instituendi hæredem talem personam. Realiter autem non instituit, neque verbo, neque scripto; *Utrùm hæc persona possit bona defuncti sibi attribuere*?

R. Negativè. Siquidem nullum habet titulum; cùm in testamento, sicut in donatione, non sufficiat intentio donandi, sed requiratur donatio realis.

2ª Q. Certum est aliquem voluisse tali personæ lega-

ou testamentaires, avec les formalités, conditions et règles prescrites pour les donations entre-vifs et testaments.

Les partages faits par actes entre-vifs ne pourront avoir pour objets que les biens présents.

ART. 1077. Si tous les biens que l'ascendant laissera au jour de son décès n'ont pas été compris dans le partage, ceux de ses biens qui n'y auront pas été compris seront partagés conformément à la loi.

ART. 1078. Si le partage n'est pas fait entre tous les enfants qui existeront à l'époque du décès et les descendants de ceux prédécédés, le partage sera nul pour le tout. Il en pourra être provoqué un dans la forme légale, soit par les enfants ou descendants qui n'y auront reçu aucune part, soit même par ceux entre qui le partage aurait été fait.

ART. 1079. Le partage fait par l'ascendant pourra être attaqué pour cause de lésion de plus du quart: il pourra l'être aussi dans le cas où il résulterait du partage et des dispositions faites par préciput que l'un des partagés aurait un avantage plus grand que la loi ne le permet.

tum concedere, reverà concessisse, sed verbis tantùm et non scripto; *utrùm concessio valeat*?

R. In *foro civili* non valet, nisi agatur de donatione manuali. Declaratur enim in articulo 893 neminem posse de bonis suis gratuitò disponere, nisi per donationem inter vivos, aut per testamentum in formis (1).

In *foro conscientiæ*, dubius est valor. Absunt enim formalitates à lege præscriptæ. — Hic applicandæ sunt decisiones suprà explicatæ *de Donationibus et Testamentis* quibus desunt formalitates à lege requisitæ.

3ª Q. Aliquis instituitur hæres aut legatarius in testamento. Certò constat, quamvis de hâc circumstantiâ taceat testamentum, testatorem noluisse bona sua legatario designato concedere, ut ea conservet sibi, sed ea fidei ipsius commisisse tantùm ut alii transmittat. *Utrùm hæres aut legatarius possit bona sibi legata conservare; et, in hypothesi negativâ, quibus hæc bona debeat restituere*?

R. In *foro civili*, hæres aut legatarius potest bona conservare. Est enim solus hæres legalis.

Sed in *foro conscientiæ* non potest. Testator enim noluit hæredi aut legatario instituto jus concedere, ut patet ex hypothesi. Proindè hæres aut legatarius debet restituere bona legata personis quibus testator voluit ea concedere; modò testamentum non sit aliundè invalidum, v. g. ratione inhabilitatis personæ aut indisponibilitatis materiæ. Secùs tenetur ea reddere hæredi-

(1) ART. 893. On ne pourra disposer de ses biens, à titre gratuit, que par donation entre-vifs ou par testament, dans les formes ci-après établies.

bus legalibus. Siquidem, deficiente testamento valido, ad hæreditatem jus habent.

4ª Q. Ægrotus alicui donat rem mobilem sub conditione mortis, ità ut donatarius teneatur rem concessam reddere donatori, si convalescat; *utrùm donatarius rem donatam conservare possit, defuncto donatore?*

R. Affirmativè. Siquidem hæc donatio haberi potest ut donatio inter vivos sub conditione quæ non pendet à donatore.

II. De Effectibus.

1ª Q. Quidam durante vitâ spondet alteri se ipsi daturum aliquid per testamentum. Promittens non exsequitur promissionem; *utrùm hæres aut legatarius teneatur rem promissam solvere?*

R. Generaliter loquendo non tenetur. Nam ejusmodi promissiones solummodò manifestant merum propositum donationis faciendæ.

2ª Q. Hæres aut legatarius auctori suo promisit se talia legata soluturum, et ratione promissionis auctor abstinet à conficiendo vel immutando testamento, vel ab aliis legatis inscribendis; *utrùm tutâ conscientiâ hæres aut legatarius possit legata prædicta denegare, ex eo quòd in testamento inscripta non fuerunt?*

R. Negativè. Quia 1. Constat auctorem noluisse hæredi promittenti concedere bona de quibus agitur. Quia 2. Hæres per promissionem minuit libertatem auctoris, fuit ergo injustus erga eos quibus destinata erant legata; proindè legata sperantibus restituere tenetur.

3ª Q. Aliquis confecto testamento olographo moritur, antequàm subscribere potuerit. Hæres institutus in hoc

testamento subscriptionem testatoris tàm perfectè simulat, ut appareat vera testatoris subscriptio. Testamentum judici denuntiatum ab ipso validum pronuntiatur. *Utrùm hæreditatem hoc medio obtentam hæres institutus retinere possit?*

R. Negativè. Nam, ex dictis suprà, qui jus habebat ad hæreditatem, legitimè poterat testamentum legaliter invalidum judici denuntiare et sic bona defuncti *legitimè* obtinere. Quo posito, hæres institutus qui testamentum subscripsit tenetur ad hæreditatem restituendam, si ipsius actus fuerit injustus. Porro fuit injustus; siquidem per fraudem veram privavit eum qui jus habebat ad hæreditatem spe certâ eam legitimè obtinendi.

Punctum III. *De Successionibus.*

Successio legalis, de quâ hìc agitur, est transmissio bonorum defuncti ad unam vel plures personas à lege designatas.

Quidquid dicendum de successionibus, in propositione sequenti ejusque explicatione continetur: Positis conditionibus à lege requisitis ad succedendum alteri, acquiritur, sub quibusdam obligationibus, jus in bona et in actiones defuncti.

Ad explicandam hanc propositionem, tria sunt determinanda: 1° Conditiones ad succedendum requisitæ; 2° Jura successoribus acquisita; 3° Obligationes ipsis impositæ.

Cùm autem hæc omnia pendeant à lege civili, sufficit indicare articulos codicis quibus solvuntur quæstiones prædictæ.

Quæst. 1ª *Quænam conditiones requirantur ut persona alteri succedat?*

Resp. Tres requiruntur conditiones: 1. Persona designetur à lege ad succedendum; 2. A successione non excludatur; 3. Debito modo acceptaverit.

1. Designetur à lege: Designantur autem primò descendentes, deindè ascendentes et collaterales. Hi dicuntur hæredes *legitimi*, eorumque successio *regularis*, art. 731. — Iis deficientibus, bona transeunt ad filios spurios, ad conjugem superstitem, tandem ad fiscum. Successiones illæ dicuntur *irregalares*, 723 (1).

2. A successione non excludatur: Ratione scilicet incapacitatis aut indignitatis. Vid. cod. civ. ab art. 725 ad 731 (2).

(1) ART. 731. Les successions sont déférées aux enfants et descendants du défunt, à ses ascendants et à ses parents collatéraux, dans l'ordre et suivant les règles ci-après déterminées.

Voir dans le Code civil les art. suivants.

ART. 723. La loi règle l'ordre de succéder entre les héritiers légitimes : à leur défaut, les biens passent aux enfants naturels, ensuite à l'époux survivant; et s'il n'y en a pas, à l'Etat.

(2) ART. 725. Pour succéder, il faut nécessairement exister à l'instant de l'ouverture de la succession.

Ainsi sont incapables de succéder :

1° Celui qui n'est pas encore conçu ;

2° L'enfant qui n'est pas né viable ;

3° Celui qui est mort civilement.

ART. 727. Sont indignes de succéder, et, comme tels, exclus des successions:

1° Celui qui serait condamné pour avoir donné ou tenté de donner la mort au défunt ;

2° Celui qui a porté contre le défunt une accusation capitale jugée calomnieuse ;

3° L'héritier majeur qui, instruit du meurtre du défunt, ne l'aura pas dénoncé à la justice.

3. Debito modo acceptaverit: Vid. Cod. civ. ab art. 774 ad 815.

Quæst. 2ª *Quænam jura sint à successoribus acquisita?*

Resp. De juribus acquisitis à successoribus, Vid. cod. civ. ab art. 718 ad 725, et ab art. 731 ad 774 (1).

Quæst. 3ª *Quænam obligationes successoribus sint impositæ?*

Resp. Duplex obligatio successoribus imponitur: 1° Debent, si plures sint hæredes, hæreditatem inter

(1) ART. 724. Les héritiers légitimes sont saisis de plein droit des biens, droits et actions du défunt, sous l'obligation d'acquitter toutes les charges de la succession : les enfants naturels, l'époux survivant et l'Etat doivent se faire envoyer en possession par justice dans les formes qui seront déterminées.

ART. 733. Toute succession échue à des ascendants ou à des collatéraux, se divise en deux parts : l'une pour les parents de la ligne paternelle, l'autre pour les parents de la ligne maternelle.

ART. 734. Cette première division opérée entre les lignes paternelle et maternelle, il ne se fait plus de division entre les diverses branches ; mais la moitié dévolue à chaque ligne appartient à l'héritier ou aux héritiers les plus proches en degrés, sauf le cas de la représentation, ainsi qu'il sera dit ci-après.

ART. 739. La représentation est une fiction de la loi, dont l'effet est de faire entrer les représentants dans la place, dans le degré et dans les droits du représenté.

La représentation a lieu à l'infini dans la ligne directe descendante ; mais elle n'a pas lieu en faveur des ascendants. On ne représente pas les personnes vivantes, mais seulement celles qui sont mortes naturellement ou civilement.

ART. 745. Les enfants ou leurs descendants succèdent à leurs père et mère, aïeuls, aïeules, ou autres ascendants, sans distinction de sexe ni de primogéniture, et encore qu'ils soient issus de différents mariages.

Ils succèdent par égales portions et par tête, quand ils sont tous

se dividere, juxta æquitatis regulas; — 2° Tenentur solvere debita et onera.

Prima obligatio. — Debent dividere : Vid. cod. civ. ab art. 815 ad art. 843. — Juxta æquitatis regulas : id est, cuique concedatur portio hæreditatis ad quam jus habet. Undè :

1° Hæredes tenentur ad collationes (*rapports*), id est, omnis hæres veniens ad successionem debet referre cohæredibus quæcumque directè vel indirectè accepit à defuncto, per dispositionem gratuitam inter vivos, imò et aliquo sensu, etiam per dispositionem testamentariam, nisi adsit dispensatio expressa donatoris, aut lex aliter statuerit. Vid. ab art. 843 ad 870 (4).

De hâc materiâ duo quæruntur.

1ª Q. *Utrùm filius teneatur referre ea quæ de bonis pa-*

au premier degré et appelés de leur chef : ils succèdent par souche, lorsqu'ils viennent tous ou en partie par représentation.

ART. 746. Si le défunt n'a laissé ni postérité, ni frère, ni sœur, ni descendants d'eux, la succession se divise par moitié entre les ascendants de la ligne maternelle.

L'ascendant qui se trouve au degré le plus proche, recueille la moitié affectée à sa ligne, à l'exclusion de tous autres.

Les ascendants au même degré succèdent par tête.

(4) ART. 843. Tout héritier, même bénéficiaire, venant à une succession, doit rapporter à ses cohéritiers tout ce qu'il a reçu du défunt, par donation entre-vifs, directement ou indirectement; il ne peut retenir les dons ni reclamer les legs à lui faits par le défunt, à moins que les dons et legs ne lui aient été faits expressément par préciput et hors part, ou avec dispense du rapport.

ART. 831. Le rapport est dû de ce qui a été employé pour l'établissement d'un des cohéritiers, ou pour le paiement de ses dettes.

ART. 852. Les frais de nourriture, d'entretien, d'éducation, d'apprentissage, les frais ordinaires d'équipement, ceux de noces et présents d'usage, ne doivent pas être rapportés.

ternis malè expendit, v. g. in ludis, potationibus, etc.?

R. Tenetur, si expensæ sint excessivæ; nam pater his expensis erat rationabiliter invitus. — Secùs, si fuerint moderatæ, ob rationem oppositam.

2ª Q. *Utrùm referri debeat pecunia adhibita ad filium ex militiâ redimendum*?

R. Affirmativè, si filius redemptus fuerit in propriam utilitatem filii; hæc enim expensa haberi potest ut solutio debiti quæ collationi subjicitur. — Negativè, si filius redemptus fuerit in utilitatem patris aut familiæ; quia familia utilitatem percipit, onus ergo sustinere debet.

2º Cohæredes tenentur ad rescissionem partitionis (*du partage*), si adfuerit vis, dolus aut læsio *ultra* quartam partem. Vid. ab art. 857 ad 893 (1).

Tenerentur autem *jure naturali*, ad compensandum damnum læso illatum, quamvis rescissioni non esset locus.

3º Cohæredes tenentur ad assecurationem partitionis (*garantie des lots*) contra evictionem. Vid. ab art. 883 ad 887 (2).

(1) ART. 857. Le rapport n'est dû que par le cohéritier à son cohéritier; il n'est pas dû aux légataires ni aux créanciers de la succession.

ART. 887. Les partages peuvent être rescindés pour cause de violences ou de dol.

Il peut aussi y avoir lieu à la rescision, lorsqu'un des cohéritiers établit, à son préjudice, une lésion de plus du quart. La simple omission d'un objet de la succession ne donne pas ouverture à l'action en rescision, mais seulement à un supplément à l'acte de partage.

(2) ART. 884. Les cohéritiers demeurent respectivement garants,

Secunda obligatio. — Tenentur solvere debita et onera (1). Hanc obligationem jam exposuimus ubi *de Subjecto restitutionis.*

Vid ab art. 870 ad art. 883.

§ 2. *De Contractibus conferentibus jus.*

IN USU REI.

Punctum I. *De Commodato.*

Commodatum est contractus, quo res aliqua, primo usu non consumptibilis, alicui gratis ad solum usum conceditur, post certum tempus reddenda, art. 1875 (2).

Commodans appellatur qui rem concedit; *commodatarius*, ille cui conceditur.

Ex definitione suprà positâ, commodatum nihil aliud est quàm donatio usûs rei. — Donatur usus, siquidem

les uns envers les autres, des troubles et évictions seulement qui procèdent d'une cause antérieure au partage.

La garantie n'a pas lieu, si l'espèce d'éviction soufferte a été exceptée par une clause particulière et expresse de l'acte de partage; elle cesse, si c'est par sa faute que le cohéritier souffre l'éviction.

Art. 885. Chacun des cohéritiers et personnellement obligé, en proportion de sa part héréditaire, d'indemniser son cohéritier de la perte que lui a causée l'éviction.

Si l'un des cohéritiers se trouve insolvable, la portion dont il est tenu doit être également répartie entre le garanti et tout les cohéritiers solvables.

(1) 870. Les cohéritiers contribuent entre eux aux paiement des dettes et charges de la succession, chacun dans la proportion de ce qu'il y prend.

(2) Art. 1875. Le prêt à usage ou commodat est un contrat par lequel l'une des parties livre une chose à l'autre pour s'en servir, à la charge par le preneur de la rendre après s'en être servi.

commodans non exigit pretium usûs ; donatur tantùm usus, cùm res sit post certum tempus reddenda.

I. De Conditionibus.

Nulla specialis exigitur à lege civili. Sufficiunt proindè conditiones generales modificatæ juxta specialem naturam commodati.

II. De Effectibus.

I. Erga Commodatarium.

Jus concessum : Commodatarius potest uti re commodatâ intra limites contractûs.

Obligationes impositæ : 1° Tenetur invigilare conservationi rei commodatæ, tanquam bonus pater-familiâs ; ideòque eam non adhibere, nisi ad usum ad quem vel ex naturâ suâ, vel ex conventione, destinatur (1).

2° Tenetur rem commodatam reddere tempore præfixo ; vel si tempus non fuerit præfixum, postquàm inserviit ad usum propter quem commodata fuit.

3° Tenetur restituere, si res deterior facta fuerit culpâ suâ, aut usu ad quem non erat destinata naturâ suâ vel conventione.

Imò tenetur de casu fortuito : 1. Si commodatam rem adhibuerit ad alios usus, vel per tempus longius quàm fuerat conventum, 1881 ; nisi tamen fuisset alioquin eodem modo peritura, 1302. — 2. Si casum fortuitum præcesserit aliqua culpa Commodatarii, v. g. si Commodatarius viam periculosam secutus fuerit, relictâ tutiori. — 3. Si Commodatarius potuerit vitare in-

(1) ART. 1880. L'emprunteur est tenu de veiller en bon père de famille à la garde et à la conservation de la chose prêtée. Il ne peut s'en servir qu'à l'usage déterminé par sa nature ou par la convention ; le tout à peine de dommages-intérêts s'il y a lieu.

teritum rei, suam adhibendo ; vel si in clade communi suam prætulerit, 1882. — 4. Si res antequàm traderetur fuerit æstimata, — 5. Si Commodatarius in se susceperit casus fortuitos (1).

Nota. Si rem eamdem plures conjunctim in commodatum acceperint, tenentur in solidum erga Commodantem (2).

II. Erga Commodantem.

(1) ART. 1881. Si l'emprunteur emploie la chose à un autre usage, ou pour un temps plus long qu'il ne le devait, il sera tenu de la perte arrivée, même par cas fortuit.

ART. 1302. Lorsque le corps certain et déterminé qui était l'objet de l'obligation vient à périr, est mis hors du commerce, ou se perd de manière qu'on en ignore absolument l'existence, l'obligation est éteinte, si la chose a péri ou a été perdue sans la faute du débiteur et avant qu'il fût en demeure.

Lors même que le débiteur est en demeure, et s'il ne s'est pas chargé des cas fortuits, l'obligation est éteinte dans le cas où la chose fût également périe chez le créancier si elle lui eût été livrée.

Le débiteur est tenu de prouver le cas fortuit qu'il allègue.

De quelque manière que la chose volée ait péri ou ait été perdue, sa perte ne dispense pas celui qui l'a soustraite de la restitution du prix.

ART. 1882. Si la chose prêtée périt par cas fortuit dont l'emprunteur aurait pu la garantir en employant la sienne propre, ou si, ne pouvant conserver que l'une des deux, il a préféré la sienne, il est tenu de la perte de l'autre.

ART. 1883. Si la chose a été estimée en la prêtant, la perte qui arrive, même par cas fortuit, est pour l'emprunteur, s'il n'y a convention contraire.

ART. 1884. Si la chose se détériore par le seul effet de l'usage pour lequel elle a été empruntée, et sans aucune faute de la part de l'emprunteur, il n'est pas tenu de la détérioration.

(2) ART. 1887. Si plusieurs ont conjointement emprunté la même chose, ils en sont solidairement responsables envers le prêteur.

Jura commodantis respondent obligationibus commodatarii.

Obligationes : 1° Tenetur aperire vitia rei commodatæ, si sint periculosa ; alioquin damnum indè secuturum reparare teneretur.

2° Tenetur rem ante tempus conventum non repetere, nisi superveniat ipsi necessitas urgens et inopinata rei suæ, aut si commodatarius moriatur ante tempus præfixum ; cùm res commodata fuit intuitu commodatarii.

3° Tenetur compensare impensas extraordinarias et necessarias ; non verò ordinarias et modicas quas requirit conservatio rei (1).

Vid. ab art. 1875 ad art. 1892.

Valent in foro conscientiæ dispositiones prædictæ. Siquidem aliæ fluunt ex naturâ contractûs ; alias, quamvis positivas, censentur admittere contrahentes ; ut diximus ubi *de Effectibus contractuum in genere.*

(1) ART. 1891. Lorsque la chose prêtée a des défauts tels, qu'elle puisse causer du préjudice à celui qui s'en sert, le prêteur est responsable, s'il connaissait les défauts et n'en a pas averti l'emprunteur.

ART. 1888. Le prêteur ne peut retirer la chose prêtée qu'après le terme convenu, ou, à défaut de convention, qu'après qu'elle a servi à l'usage pour lequel elle a été empruntée.

ART. 1889. Néanmoins, si, pendant ce délai, ou avant que le besoin de l'emprunteur ait cessé, il survient au prêteur un besoin pressant et imprévu de sa chose, le juge peut, suivant les circonstances, obliger l'emprunteur à la lui rendre.

ART. 1890. Si, pendant la durée du prêt, l'emprunteur a été obligé, pour la conservation de la chose, à quelque dépense extraordinaire, nécessaire, et tellement urgente qu'il n'ait pas pu en prévenir le prêteur, celui-ci sera tenu de la lui rembourser.

PUNCTUM II. *De Mutuo gratuito.*

Mutuum est contractus, quo res fungibilis, seu primo usu consumptibilis, alteri traditur gratuitò in consumptionis usum, et in ipsius dominium transit, cum obligatione rem similem in eâdem quantitate et bonitate restituendi post aliquod temporis spatium (1).

Mutuans appellatur qui rem concedit; *Mutuatarius*, qui rem accipit.

Ex definitione præcedenti sequitur mutuum consistere in donatione gratuitâ usûs rei fungibilis. Siquidem mutuans habet, ante mutuum, jus in re mutuatâ simul et jus eâ utendi. Per mutuum gratuitum acquirit quidem jus recuperandi rem æquivalentem rei mutuatæ, sed renuntiat gratuitò juri eâ utendi per tempus in contractu determinatum.

I. De Conditionibus.

Nulla specialis exigitur conditio. Sufficiunt ergo conditiones generales modificatæ juxta naturam mutui.

II. De Effectibus.

I. Erga Mutuatarium.

Jus concessum : Mutuatarius potest uti re mutuatâ, ad arbitrium de eâ disponere per tempus in contractu determinatum. Nam, ex omnium consensu, est dominus rei mutuatæ, saltem quoàd speciem seu formam. Undè ipsi perit.

Obligationes impositæ : Tenetur restituere, tempore

(1) ART. 1892. Le prêt de consommation est un contrat par lequel l'une des parties livre à l'autre une certaine quantité de choses qui se consomment par l'usage, à la charge par cette dernière de lui en rendre autant de même espèce et qualité.

explicitè aut implicitè determinato, — eumdem valorem si agatur de summâ pecuniariâ ; — rem similem, si possit, in eâdem quantitate et bonitate, si agatur de aliis mercibus, sive eorum pretium creverit, aut imminutum fuerit.

Dicimus : « si possit. » Nam, si restitutio rei similis esset impossibilis absolutè aut moraliter, restituendus esset ipsius valor juxta regulam sequentem : si conventio inita fuerit de tempore et loco restitutionis, habenda est ratio valoris quem res habet eo tempore et loco; si autem nihil fuerit determinatum, habeatur ratio temporis et loci quibus mutuum initum est (1).

II. Erga Mutuantem.

Jus mutuantis respondet obligationibus mutuatarii.

Obligationes : 1° Tenetur aperire vitia rei mutuatæ, ut diximus *de Commodante.* — 2° Tenetur non repetere rem mutuatam ante tempus conventum. — 3° Tenetur nihil exigere ultra rem mutuatam ; agitur enim de mutuo *gratuito.*

Vid. ab art. 1892 ad 1905.

Valent in foro conscientiæ dispositiones prædictæ, ob rationes indicatas ubi *de Commodato.*

(1) Art. 1902. L'emprunteur est tenu de rendre les choses prêtées, en même qualité et quantité, et au terme convenu.

Art. 1903. S'il est dans l'impossibilité d'y satisfaire, il est tenu d'en payer la valeur eu égard au temps et au lieu où la chose devait être rendue d'après la convention.

Si ce temps et ce lieu n'ont pas été réglés, le paiement se fait au prix du temps et du lieu où l'emprunt a été fait.

§ 3. *De Contractibus conferentibus jus*

IN ACTIBUS PERSONÆ.

PUNCTUM I. *De Mandato et negotiorum Gestione.*

De Mandato.

Mandatum est contractus, quo persona alteri gratuitò acceptanti committit negotium in sui gratiam et suo nomine gerendam (1).

Qui negotium committit, appellatur *mandans;* qui acceptat, *mandatarius*.

Ex definitione sequitur mandatum esse contractum, quo mandatarius gratuitò actus suos donat mandanti, ad ejus negotia gerenda. Cùm autem mandatarius res mandantis, absque ejus consensu, gerere non possit, contractui principali adjicitur novus contractus, quo mandans confert mandatario jus in suo nomine et in sui favorem agendi.

Mandatum est generale aut speciale.— *Generale* dicitur mandatum, si detur pro omnibus negotiis mandantis; *speciale*, si pro uno aut quibusdam negotiis tantùm.

I. De Conditionibus.

Lex nullam conditionem specialem requirit. Suffi-

(1) ART. 1984. Le mandat ou procuration est un acte par lequel une personne donne à une autre le pouvoir de faire quelque chose pour le mandant et en son nom.

Le contrat ne se forme que par l'acceptation du mandataire.

ART. 1986. Le mandat est gratuit, s'il n'y a convention contraire.

ART. 1987. Il est ou spécial et pour une affaire ou certaines affaires seulement, ou général et pour toutes les affaires du mandant.

ciunt proindè conditiones generales, modificatæ juxta naturam mandati.

II. De Effectibus.

I. Erga Mandatarium.

Jus concessum : Mandatarius potest negotia mandantis gerere in utilitatem ejus, intra limites mandati.

Obligationes impositæ : 1° Tenetur implere mandatum et rem incœptam perficere, etiam post mortem mandantis, si periculum sit in morâ.

2° Tenetur rationem suæ administrationis reddere et quidquid ex mandato recepit restituere, licèt mandanti indebitum.

3° Tenetur restituere damna secuta — 1. ex inexsecutione mandati, ex dolo, vel ex culpis in gestione suâ admissis; minùs tamen rigorosè in mandato gratuito quàm in mandato oneroso; — 2. ex culpis subdelegati, si 1. mandatarius non acceperit facultatem subdelegandi; si 2. acceptâ facultate subdelegandi *sine* designatione personæ, subdelegaverit aliquem notoriè incapacem (1).

Item debet restituere auctarium (*l'intérêt*) pecuniæ

(1) ART. 1991. Le mandataire est tenu d'accomplir le mandat tant qu'il en demeure chargé, et répond des dommages-intérêts qui pourraient résulter de son inexécution. Il est tenu de même d'achever la chose commencée au décès du mandant, s'il y a péril en la demeure.

ART. 1992. Le mandataire répond non seulement du dol, mais encore des fautes qu'il commet dans sa gestion.

Néanmoins la responsabilité relative aux fautes est appliquée moins rigoureusement à celui dont le mandat est gratuit qu'à celui qui reçoit un salaire.

ART. 1993. Tout mandataire est tenu de rendre compte de sa gestion, et de faire raison au mandant de tout ce qu'il a reçu en

quam in usum suum convertisset. Quoàd summas quas simpliciter debet, non tenetur ad auctarium, nisi à die quo constitutus fuit in morâ reddendi rationem.

II. Erga Mandantem.

Jus concessum: Mandantis jura respondent obligationibus mandatarii.

Obligationes: Tenetur 1° adimplere obligationes à mandatario contractas, modò sint mandato consentaneæ; — 2° mandatario præbere quæcumque necessaria sunt ad mandati exsecutionem; — 3° ei solvere sumptus legitimos quos fecerit occasione mandati; — 4° mandatarium indemnem servare, quoàd damna quæ passus est occasione mandati, si ex ejus parte non fuerit imprudentia (1).

De Effectibus *quoàd circumstantias.*

vertu de sa procuration, quand même ce qu'il aurait reçu n'eût point été dû au mandat.

ART. 1994. Le mandataire répond de celui qu'il s'est substitué dans la gestion, 1° quand il n'a pas reçu le pouvoir de se substituer quelqu'un, 2° quand ce pouvoir lui a été conféré sans désignation d'une personne, et que celle dont il a fait choix était notoirement incapable ou insolvable.

Dans tous les cas, le mandant peut agir directement contre la personne que le mandataire s'est substituée.

(1) ART. 1998. Le mandant est tenu d'exécuter les engagements contractés par le mandataire, conformément au pouvoir qui lui a été donné.

Il n'est tenu de ce qui a pu être fait au-delà, qu'autant qu'il l'a ratifié expressément ou tacitement.

ART. 1999. Le mandant doit rembourser au mandataire les avances et frais que celui-ci a faits pour l'exécution de son mandat, et lui payer ses salaires lorsqu'il en a été promis.

S'il n'y a aucune faute imputable au mandataire, le mandant ne peut se dispenser de faire ses remboursement et paiement, lors

Hic solummodò dicendum de solutione effectuum mandati. Effectus mandati cessant cum mandato.

Solvitur autem mandatum : 1. per revocationem mandatarii ; 2. per ejus renuntiationem ; 3. per mortem, sive naturalem, sive civilem ; per interdictionem vel decoctionem, sive mandantis, sive mandatarii (1).

Vid. cod. civ. ab art. 1984 ad art. 2011.

Valent in foro conscientiæ dispositiones prædictæ, ob rationes allatas ubi *de Commodato*.

De negotiorum Gestione.

Negotiorum gestio est quasi-contractus ortus ex facto illius qui negotium alterius voluntariè gerit, eo inscio aut non inscio.

Ex negotiorum gestione oriuntur obligationes gestori, — illi cujus negotium geritur.

I. Gestori :

In genere, negotium alterius gerens se subjicit obligationibus quæ orirentur ex mandato expressè accepto ab eo cujus negotium interest (2).

même que l'affaire n'aurait pas réussi, ni faire réduire le montant des frais et avances sous le prétexte qu'ils pouvaient être moindres.

ART. 2000. Le mandant doit aussi indemniser le mandataire des pertes que celui-ci a essuyées à l'occasion de sa gestion, sans imprudence qui lui soit imputable.

(1) ART. 2003. Le mandat finit,

Par la révocation du mandataire,

Par la renonciation de celui-ci au mandat,

Par la mort naturelle ou civile, l'interdiction ou la déconfiture, soit du mandant soit du mandataire.

(2) ART. 1372. Lorsque volontairement on gère l'affaire d'autrui, soit que le propriétaire connaisse la gestion, soit qu'il l'ignore, celui qui gère contracte l'engagement tacite de continuer la gestion qu'il

II. Illi cujus negotium geritur :

In genere subjicitur obligationibus mandantis, modò negotium benè gestum fuerit. — Si autem malè, cùm ille cujus negotium actum est ad nihil explicitè se obligaverit, determinanda sunt illius jura et obligationes ex principiis generalibus justitiæ. Sic v. g. si gerens rem deteriorem reddiderit, dominus rei habet jus ad compensationem ; si fecerit immodicas expensas, dominus non tenetur eas compensare quoàd excessum; etc.

Vid. eod. civ. ab art. 1371 ad art. 1382.

PUNCTUM II. *De Deposito.*

Duplex distinguitur depositum : depositum *propriè dictum* et *Sequestrum.* De primo nunc.

Depositum *propriè dictum* est contractus quo res alteri custodienda committitur, et ab eo suscipitur gratuitò custodienda, cum onere eamdem postea reddendi (1).

Qui committit rem, *deponens ;* qui eam accipit, *depositarius* appellatur.

a commencée, et de l'achever jusqu'à ce que le propriétaire soit en état d'y pourvoir lui-même ; il doit se charger également de toutes les dépendances de cette même affaire.

Il se soumet à toutes les obligations qui résulteraient d'un mandat exprès que lui aurait donné le propriétaire.

(1) ART. 1915. Le dépôt, en général, est un acte par lequel on reçoit la chose d'autrui, à la charge de la garder et de la restituer en nature.

ART. 1916. Il y a deux espèces de dépôts : le dépôt proprement dit, et le séquestre.

ART. 1917. Le dépôt proprement dit est un contrat essentiellement gratuit.

Ex definitione sequitur depositum esse contractum, quo depositarius donat gratuitò deponenti jus in actus suos ad rem suam custodiendam. Cùm autem depositarius non habeat jus rem deponentis possidendi, deponens in sui utilitatem hoc jus concedit depositario.

Depositum propriè dictum est *voluntarium*, seu factum voluntate liberâ deponentis, vel *necessarium* ratione circumstantiarum.

Hic præcipuè de deposito *voluntario*.

I. De conditionibus.

Nullæ speciales requiruntur conditiones.

II. De effectibus.

I. Erga depositarium.

Jus concessum : Depositarius potest rem possidere.

Obligationes : 1° Tenetur curam rei habere eamdem ac rerum propriarum.

2° Tenetur abstinere ab usu rei depositæ, sine consensu deponentis.

3° Tenetur reddere, qualem nunc est, et cum fructibus productis, rem depositam, non verò ejus valorem aut rem æquivalentem ; —eam pro circumstantiis reddere, vel deponenti, vel ei cujus nomine res deposita fuit, vel hæredibus, vel ei qui fuit designatus ad rem recipiendam ; — eam reddere in loco designato; vel, si locus non fuerit designatus, in loco ipso depositi ;— eam reddere statim ac repetitur ab eo qui jus habet rem repetendi.

4° Tenetur compensare damna sequentia ex usu illicito rei, dolo, vel culpâ (1).

(1) Art. 1927. Le dépositaire doit apporter, dans la garde de la

II. Erga deponentem.

Jus concessum: Jura deponentis respondent obligationibus depositarii.

Obligationes: Tenetur compensare impensas à de-

chose déposée, les mêmes soins qu'il apporte dans la garde des choses qui lui appartiennent.

ART. 1929. Le dépositaire n'est tenu, en aucun cas, des accidents de force majeure, à moins qu'il n'ait été mis en demeure de restituer la chose déposée.

ART. 1930. Il ne peut se servir de la chose déposée sans la permission expresse ou présumée du déposant.

ART. 1932. Le dépositaire doit rendre identiquement la chose même qu'il a reçue.

Ainsi, le dépôt des sommes monnoyées doit être rendu dans les mêmes espèces qu'il a été fait, soit dans le cas d'augmentation, soit dans le cas de diminution de leur valeur.

ART. 1933. Le dépositaire n'est tenu de rendre la chose déposée que dans l'état où elle se trouve au moment de la restitution. Les détériorations qui ne sont pas survenues par son fait, sont à la charge du déposant.

ART. 1936. Si la chose déposée a produit des fruits qui aient été perçus par le dépositaire, il est obligé de les restituer. Il ne doit aucun intérêt de l'argent déposé, si ce n'est du jour où il a été mis en demeure de faire la restitution.

ART. 1937. Le dépositaire ne doit restituer la chose déposée qu'à celui qui l'a lui a confiée, ou à celui au nom duquel le dépôt a été fait, où à celui qui a été indiqué pour la recevoir.

ART. 1939. En cas de mort naturelle ou civile de la personne qui a fait le dépôt, la chose déposée ne peut être rendue qu'à son héritier.

S'il y a plusieurs héritiers, elle doit être rendue à chacun d'eux pour leur part et portion.

Si la chose déposée est indivisible, les héritiers doivent s'accorder entre eux pour la recevoir.

ART. 1942. Si le contrat de dépôt désigne le lieu dans lequel la restitution doit être faite, le dépositaire est tenu d'y porter la chose

positario factas ad rei conservationem, item et damna quæ occasione depositi passus est depositarius (1).

De *Deposito necessario* et *Sequestro* sequentia tantùm notabimus.

1° Depositum necessarium locum habet in duplici casu : 1. in casu incendii, ruinæ, naufragii. — 2. Huic deposito æquiparatur depositum quod fit apud caupones, et stabularios, et similes. Isti tenentur de furto, vel alio quolibet damno rerum ad viatores pertinentium, sive auctores damni sint domestici, sive sint extranei ; modò viator probet objecta fuisse ablata, et ostendat quisnam sit eorum valor. Excusarentur tamen caupones, etc., si probarent furtum factum fuisse cum armis, aut per vim majorem (2).

2° Sequestrum locum habet quandò res, de quâ est

déposée. S'il y a des frais de transport, ils sont à la charge du déposant.

ART. 1943. Si le contrat ne désigne point le lieu de la restitution, elle doit être faite dans le lieu même du dépôt,

ART. 1944. Le dépôt doit être remis au déposant aussitôt qu'il le réclame, lors même que le contrat aurait fixé un délai déterminé pour la restitution ; à moins qu'il n'existe, entre les mains du dépositaire, une saisie-arrêt ou une opposition à la restitution et au déplacement de la chose déposée.

(1) ART. 1947. La personne qui a fait le dépôt, est tenue de rembourser au dépositaire les dépenses qu'il a faites pour la conservation de la chose déposée, et de l'indemniser de toutes les pertes que le dépôt peut leur avoir occasionnées.

(2) ART. 1949. Le dépôt nécessaire est celui qui a été forcé par quelque accident, tel qu'un incendie, une ruine, un pillage, un naufrage, ou autre événement imprévu.

ART. 1952. Les aubergistes ou hôteliers sont responsables, comme dépositaires, des effets apportés par le voyageur qui loge chez eux;

controversia, alicui tertio custodienda traditur, ut posteà reddatur ei cui adjudicabitur.

Est *voluntarium*, si res deponatur voluntate litigantium ; *judiciarium*, si auctoritate judicis (1).

De Deposito et Sequestro vid. cod. civ. ab art. 1915 ad 1964.

CAPUT II.

De contractibus Onerosis.

Contractus onerosus est contractus in quo utraque pars confert jus parti co-contrahenti, sub onere ab ipsâ obtinendi jus valoris æqualis.

le dépôt de ces sortes d'effets doit être regardé comme un dépôt nécessaire.

ART. 1953. Ils sont responsables du vol ou dommage des effets du voyageur, soit que le vol ait été fait ou que le dommage ait été causé par les domestiques préposés de l'hôtellerie ou par des étrangers allant et venant dans l'hôtellerie.

ART. 1954. Ils ne sont pas responsables des vols faits avec force armée ou autre force majeure.

(1) ART. 1955. Le séquestre est ou conventionnel ou judiciaire.

ART. 1956. Le séquestre conventionnel est le dépôt fait par une ou plusieurs personnes d'une chose contentieuse, entre les mains d'un tiers, qui s'oblige de la rendre après contestation terminée, à la personne qui sera jugée devoir l'obtenir.

ART. 1961. La justice peut ordonner le séquestre,

1° Des meubles saisis sur un débiteur ;

2° D'un immeuble ou d'une chose mobilière dont la propriété ou la possession est litigieuse entre deux ou plusieurs personnes ;

3° Des choses qu'un débiteur offre pour sa libération.

Undè 1° In contractu oneroso cuilibet contrahenti acquiritur jus et imponitur obligatio.

2° Jus et obligatio cujusque contrahentis debent esse *moraliter* æqualia. Qui enim plus acciperet, nullum haberet titulum legitimum ad possidendum excessum. Si quem haberet, vel concessionem gratuitam, vel concessionem onerosam. Porro, non concessionem gratuitam : siquidem contrahens non intendit donare ; non concessionem onerosam : cùm in concessione onerosâ quisque concedit rem suam sub onere æqualem accipiendi à comparte suâ. Undè excessus restituendus est.

In contractibus *aleatoriis*, id est, in contractibus quorum effectus quoàd lucra et damna, ex parte utriusque aut saltem alterutrius pendet ab eventu incerto ; æqualitas requisita non est æqualitas rei concessæ ad rem acceptam, sed æqualitas spei ad spem, attentis omnibus circumstantiis.

Principia generalia de materiâ contractuum juxta naturam specialem conventionum modificata, si ipsis adjiciatur principium æqualitatis onerum, sufficerent solvendis omnibus quæstionibus ad contractus onerosos spectantibus, si solum *jus naturale* attenderetur. Cùm autem *lex civilis* multa statuat de quibusdam contractibus onerosis, de illis specialiter agendum. Eos exponemus juxta ordinem in tabellâ sequenti descriptum.

De Contractibus Onerosis,

1° Conferentibus jus *ad rem:*	2° Conferentibus jus *in re,*			3° Conferentibus jus *ad rem* et jus *in re.*
	1. In substantiâ rei:	*2. In usu rei:*	*3. In actibus personæ:*	
De Promissione onerosâ.	De Permutatione et Venditione *rei.* De Contr. æquiv., seu: De Ludo, Sponsione, Loteriâ, Assecuratione, Censu, Societate, Cambio, Mutuo.	De Venditione *usûs,* seu, de Locatione rerum.	De Venditione *actuum,* seu, de Locatione operum.	

ARTICULUS I.

De Contractibus onerosis conferentibus jus AD REM.

PUNCTUM UNICUM. *De Promissione onerosâ.*

Promissio onerosa est contractus in quo utraque pars confert parti co-contrahenti jus *ad rem,* sub onere ab ipsâ obtinendi aliud jus *ad rem* valoris æqualis.

De solâ promissione venditionis agit codex civilis. Sequentia statuit:

1° Promisio venditionis bilateralis, id est, in quâ unus promittit vendere et alter emere, æquivalet venditioni, si contrahentes conveniant de re et ejus pretio, 1589.

Probabiliùs autem periculum rei non transit ad emen-

tem, nisi post traditionem, aut elapso tempore designato in promissione.

Dicimus : « promissio *bilateralis* »; Si enim promissio esset unilateralis, valida quidem foret, non æquivaleret autem venditioni.

2° Si promissio facta fuerit cum arrhis, quilibet contrahens à contractu resilire potest; qui arrhas dedit, eas amittendo; qui verò accepit, duplum earum restituendo, 1590 (1).

Hæc regula probabiliùs non est applicanda venditioni perfectæ, etiamsi arrhæ datæ fuerint. Siquidem in codice civili conceditur facultas resiliendi à promissione venditionis tantùm, non verò à venditione perfectâ.

ARTICULUS II.

De Contractibus onerosis conferentibus jus IN RE.

Materia contractûs onerosi, sicut et gratuiti, potest esse : res corporea aut incorporea, — usus rei, — actio personæ.

Ejus forma primitiva erat *permutatio* quæ definiri potest: concessio unius valoris pro alio valore. Sic, ante pecuniam inventam, permutabatur res pro re, res una pro usu alterius rei, aut pro actione personæ,

(1) ART. 1589. La promesse de vente vaut vente, lorsqu'il y a consentement réciproque des deux parties sur la chose et sur le prix.

ART. 1590. Si la promesse de vendre a été faite avec des arrhes, chacun des contractants est maître de s'en départir:

Celui qui les a données en les perdant,

Et celui qui les a reçues, en restituant le double.

etc. Et omnis contractus ad permutationem redactus, erat unus quoàd substantiam, quamvis multiplex quoàd res permutatas.

Cùm autem commercium sub hâc formâ perdifficillimum esset, inventa est pecunia quæ, repræsentans omnium rerum corporearum valorem, fit plerùmque earum pretium; sic permutatur pecunia pro re, usu rei, actione personæ. Et permutationi substituta est plerùmque venditio, quæ permutationi quoàd substantiam, et sic omnibus aliis contractibus æquivalet.

Undè omnis contractus onerosus, quoàd substantiam consideratus, haberi potest ut permutatio aut venditio variis nominibus designata, et specialibus regulis subjecta pro varietate objectorum.

Quibus positis,

§ 1. *De Contractibus conferentibus jus*

IN SUBSTANTIA REI.

Punctum I. *De Permutatione et Venditione.*

Permutatio definitur à codice civili: contractus quo duo contrahentes sibi invicem dant rem unam pro aliâ, art. 1702.

Venditio-emptio est contractus quo transfertur dominium rei pro pretio, seu pecuniæ summâ æquivalenti (1).

(1) Art. 1702. L'échange est un contrat par lequel les parties se donnent respectivement une chose pour une autre.

Art. 1582. La vente est une convention par laquelle l'un s'oblige à livrer une chose, et l'autre à la payer.

Elle peut être faite par acte authentique, ou sous seing privé.

Venditor appellatur qui transfert dominium rei; *emptor* verò, qui dat pretium.

Cùm, ex art. 1707, omnes regulæ venditionis applicari debeant permutationi, nisi aliter statuatur à lege; expositis regulis de venditione, indicabimus differentias inter venditionem et permutationem (1).

I° De Conditionibus.

I. De Inhabilitate personarum.

Inhabilis est ad vendendum debitor cujus bona immobilia sub custodiâ tradita sunt, (*le saisi*) (2).

Hæc nullitas valet in foro conscientiæ, quia nititur lege proprietatis determinativâ (3).

II. De Indisponibilitate materiæ.

Indisponibilis est, *jure naturali*, materia quæ non est pretio æstimabilis, seu quæ nullam habet proportionem cum pecuniâ, v. g. res spiritualis. Indisponibilis est, *jure positivo*, successio personæ viventis 1600 (4). — Valet in foro conscientiæ hæc nullitas, lata est enim motivo boni publici, ne scilicet homines inducerentur ad desiderandam mortem alterius.

III. De voluntate et voluntate convenienti contrahentium, specialiter de *Formâ*.

(1) Art. 1707. Toutes les autres règles prescrites pour le contrat de vente s'appliquent d'ailleurs à l'échange.

(2) La partie saisie ne peut, à compter du jour de la dénonciation à elle faite de la saisie, aliéner les immeubles, à peine de nullité, et sans qu'il soit besoin de la faire prononcer. *Code de procédure civile, art.* 692.

(3) Ità D. Carrière, *De Contract.*, T. II, n. 665.

(4) Art. 1600. On ne peut vendre la succession d'une personne vivante, même de son consentement.

Quæst. 1ª *Utrùm requirantur formæ speciales in venditione?*

Resp. 1° Non requiruntur formæ speciales propriè dictæ. Nam venditio fieri potest in formâ authenticâ, vel per scriptum privatum; imò, pro ipsis immobilibus, per mera verba. Nihilominùs non admittitur probatio venditionis per testes, si pretium excedat 150 francos, 1341 et seq. (1).

2° Requiruntur autem quædam conditiones formis specialibus æquivalentes:

1. Si res venditæ fuerint juxta pondus, numerum aut mensuram. Venditio quandiù res non fuerit ponderata, numerata aut mensurata, non est perfecta in eo sensu quòd res pereat emptori, 1585; venditio autem statim perfecta foret, si facta fuisset acervatim (*en bloc*,) 1586.

2. Si agatur de rebus quæ gustari solent, v. g. de vino, oleo, etc., non adest venditio, donec emptor eas gustaverit et probaverit, 1587.

3. Venditio quæ fit, ut dicitur, *à l'essai*, censetur facta sub conditione suspensivâ. Undè non est perfecta, nisi cùm fuerit ab emptore acceptata, 1588.

(1) Dans la vente, l'écriture n'est point nécessaire pour la validité du contrat. L'article 1582 porte simplement que la vente *peut être faite par acte authentique ou sous seing privé.* Il ne dit point: *Ne peut être faite que par acte authentique ou sous seing privé. (Exposé des motifs*, T. VI.)

ART. 1341. Il doit être passé acte, devant notaire ou sous signature privée, de toutes les choses excédant la somme ou valeur de cent cinquante francs, même pour dépôts volontaires; et il n'est reçu aucune preuve par témoins contre et outre le contenu aux actes, ni sur ce qui serait allégué avoir été dit avant, lors ou depuis les actes, encore qu'il s'agisse d'une somme ou valeur moindre de cent cinquante francs.

4. Pretium venditionis debet esse determinatum et designatum à contrahentibus. — Censetur sufficienter determinatum 1. si contrahentes posuerint determinationis fundamentum, v. g. vendo tibi frumentum pretio quo venditum fuit, vel vendetur in talibus nundinis, etc,; 2. si determinationem pretii alicui tertio commiserint; attamen si tertius noluerit pretium determinare, irrita erit venditio, 1591, 1592 (1).

Quæst. 2ª *Utrùm valeant in foro conscientiæ leges de conditionibus prædictis?*

Resp. Affirm. Quia, deficientibus his conditionibus, voluntas contrahentium jure tùm naturali, tùm civili, non est sufficienter determinata.

II. De Effectibus.

I. Erga Venditorem.

(1) ART. 1585. Lorsque des marchandises ne sont pas vendues en bloc, mais au poids, au compte ou à la mesure, la vente n'est point parfaite, en ce sens que les choses vendues sont aux risques du vendeur jusqu'à ce qu'elles soient pesées, comptées ou mesurées; mais l'acheteur peut en demander la délivrance ou des dommages-intérêts, s'il y a lieu, en cas d'inexécution de l'engagement.

ART. 1586. Si, au contraire, les marchandises ont été vendues en bloc, la vente est parfaite, quoique les marchandises n'aient pas encore été pesées, comptées ou mesurées.

ART. 1587. A l'égard du vin, de l'huile, et des autres choses que l'on est dans l'usage de goûter avant d'en faire l'achat, il n'y a point de vente tant que l'acheteur ne les a pas goûtées et agréées.

ART. 1588. La vente faite à l'essai est toujours présumée faite sous une condition suspensive.

ART. 1591. Le prix de la vente doit être déterminé et désigné par les parties.

ART. 1592. Il peut cependant être laissé à l'arbitrage d'un tiers; si le tiers ne veut ou ne peut faire l'estimation, il n'y a point de vente.

Jus concessum: Venditor habet jus exigendi pretium rei venditæ, seu mercis.

Obligationes impositæ: 1° Tenetur modo debito emptori tradere rem venditam in statu in quo erat tempore venditionis, cum fructibus ab eo instanti perceptis, accessoriis, et iis quæ destinantur ad ejus usum perpetuum (1).

2° Tenetur rem tradere 1. in loco ubi erat tempore venditionis, nisi aliter conventum fuerit expressè aut tacitè ; 2. tempore in contractu determinato. Si autem nullum tempus determinatum fuerit, statim ac emptor eam exigit, modò pretium solvat, nisi terminus ei concessus fuerit. Quòd si venditor rem non tradat tempore præfixo, tenetur de damnis ex dilatione emptori sequentibus; et, si emptor exigat, tenetur solvere contractum (2).

(1) ART. 1614. La chose doit être délivrée en l'état où elle se trouve au moment de la vente.

Depuis ce jour, tous les fruits appartiennent à l'acquéreur.

ART. 1615. L'obligation de délivrer la chose comprend ses accessoires et tout ce qui a été destiné à son usage perpétuel.

(2) ART. 1609. La délivrance doit se faire au lieu où était, au temps de la vente, la chose qui en a fait l'objet, s'il n'en a été autrement convenu.

ART. 1610. Si le vendeur manque à faire la délivrance dans le temps convenu entre les parties, l'acquéreur pourra, à son choix demander la résolution de la vente, ou sa mise en possession, si le retard ne vient que du fait du vendeur.

ART. 1611. Dans tous les cas, le vendeur doit être condamné aux dommages et intérêts, s'il résulte un préjudice pour l'acquéreur, du défaut de délivrance au terme convenu.

ART. 1612. Le vendeur n'est pas tenu de délivrer la chose si l'acheteur n'en paie pas le prix, et que le vendeur ne lui ait pas accordé un délai pour le paiement.

De traditione rei venditæ, vid. Cod. civ. ab art. 1604 ad 1625.

3° Tenetur venditor assecurare rem venditam — contra evictionem, quibusdam casibus exceptis; — contra defectus, seu vitia rei.

Assecurare rem contra evictionem:

Adest evictio, cùm emptor obligatur ad rem alteri reddendam. Porro venditor tenetur assecurare emptorem contra evictionem, id est, præstare ut emptor rem conservare possit, aut eum reddere indemnem. Hæc obligatio sequitur *jure naturali*. Emptor enim non dat pretium, nisi sub conditione dominium rei accipiendi à venditore; tenetur proindè venditor, aut assecurare emptori rei possessionem, aut eum præstare indemnem.

Indemnitas autem debita varia est, proùt evictio est totalis, aut partialis.

Si evictio sit *totalis*; Venditor tenetur 1. reddere pretium integrum; nullum enim titulum habet ad pretium. — Pretium integrum restituere debet, etiamsi valor rei imminutus fuerit culpâ emptoris bonâ fide credentis venditionem fuisse validam; siquidem emptor supponitur bonâ fide, proindè non tenetur de damnis rei illatis. — A fortiori, pretium restituere debet, si valor imminutus fuerit absque culpâ emptoris. — Insuper tenetur reddere sumptus contractûs; fructus, quandò emptor eos restituit domino; sumptus pro intentandâ actione sive emptoris, sive domini.

Tenetur 2. restituere damna quæ patitur emptor ex evictione, si adsit culpa sufficiens, modò emptor non

cognoverit rem venditam non esse venditoris. Alioquin emptor hæc damna sibi imputare deberet (1).

Si evictio sit tantùm *partialis*, et pars de quâ emptor evincitur talis sit ut absque eâ rem emere noluisset; venditor tenetur, emptore exigente, venditionem dissolvere. Secùs, tenetur compensare emptorem, quoàd partem de quâ evincitur.

Quod dicitur de evictione partiali, dicendum etiam

(1) Art. 1626. Quoique lors de la vente il n'ait été fait aucune stipulation sur la garantie, le vendeur est obligé de droit à garantir l'acquéreur de l'éviction qu'il souffre dans la totalité ou partie de l'objet vendu, ou des charges prétendues sur cet objet, et non déclarées lors de la vente.

Art. 1628. Quoiqu'il soit dit que le vendeur ne sera soumis à aucune garantie, il demeure cependant tenu de celle qui résulte d'un fait qui lui est personnel : toute convention contraire est nulle.

Art. 1629. Dans le même cas de stipulation de non-garantie, le vendeur, en cas d'éviction, est tenu à la restitution du prix, à moins que l'acquéreur n'ait connu, lors de la vente, le danger de l'éviction, ou qu'il n'ait acheté à ses périls et risques.

Art. 1630. Lorsque la garantie a été promise, ou qu'il n'a rien été stipulé à ce sujet, si l'acquéreur est évincé, il a droit de demander contre le vendeur,

1° La restitution du prix ;

2° Celle des fruits, lorsqu'il est obligé de les rendre au propriétaire qui l'évince ;

3° Ses frais faits sur la demande en garantie de l'acheteur, et ceux faits par le demandeur originaire ;

4° Enfin les dommages-intérêts, ainsi que les frais et loyaux coûts du contrat.

Art. 1634. Le vendeur est tenu de rembourser, ou de faire rembourser à l'acquéreur par celui qui l'évince, toutes les réparations et améliorations utiles qu'il aura faites au fonds.

Art. 1635. Si le vendeur avait vendu de mauvaise foi le fonds d'autrui, il sera obligé de rembourseur à l'acquéreur toutes les dépenses, même voluptuaires ou d'agrément, que celui-ci aura faites au fonds,

de casu quo fundus venditus gravabatur servitutibus occultis (1).

Diximus : « Quibusdam casibus exceptis. » Excipiuntur casus sequentes : 1. Si emptor per conventionem renuntiaverit assecurationi ; notandum tamen assecurationem contra factum venditoris nullâ conventione tolli posse ; 2. Si causa evictionis non nisi post venditionem orta sit ; 3. Si causa evictionis fuerit emptori declarata ; 4. Si per culpam suam emptor sinat se evinci.

De Assecuratione contra evictionem ; ab art. 1626 ad 1641.

Assecurare contra vitia rei venditæ :

Vitia autem sunt alia redhibitoria, alia non redhibitoria. Vitia *redhibitoria* dicuntur vitia occulta emptori ignota, quæ venditioni aderant, et quæ rei usum ad quem empta est, impediunt, aut ità minuunt, ut emptor eam non emisset si horum notitiam habuisset.

1° Vitia *redhibitoria* tenetur assecurare ; id est, 1. si

(1) Art. 1636. Si l'acquéreur n'est évincé que d'une partie de la chose, et qu'elle soit de telle conséquence, relativement au tout, que l'acquéreur n'eût point acheté sans la partie dont il a été évincé, il peut faire résilier la vente.

Art. 1637. Si dans le cas de l'éviction d'une partie du fonds vendu la vente n'est pas résiliée, la valeur de la partie dont l'acquéreur se trouve évincé, lui est remboursée suivant l'estimation à l'époque de l'éviction, et non proportionnellement au prix total de la vente, soit que la chose vendue ait augmenté ou diminué de valeur.

Art. 1638. Si l'héritage vendu se trouve grevé, sans qu'il en ait été fait de déclaration, de servitudes non apparentes, et qu'elles soient de telle importance qu'il y ait lieu de présumer que l'acquéreur n'aurait pas acheté s'il en avait été instruit, il peut demander la résiliation du contrat, si mieux il n'aime se contenter d'une indemnité.

in re venditâ adsit vitium redhibitorium venditor tenetur reddere emptori, ad ejus arbitrium, vel totum pretium, rem ipsam recuperando; vel partem pretii in compensationem vitii, juxta æstimationem peritorum. Hæc obligatio existit, sive venditor vitia cognoverit, sive ignoraverit.

Notandum tamen 1. venditorem bonæ fidei posse ab illâ obligatione se eximere per stipulationem contrariam, quod non potest, si sit malæ fidei; 2. venditorem bonæ fidei teneri tantùm restituere pretium rei et sumptus quos venditionis causâ pertulit emptor; venditorem malæ fidei teneri insuper compensare damna emptori illata.

2. Si res vendita perierit ex vitiis, interitus recidit in venditorem, qui tenetur reddere pretium et ejus interesse (*l'intérêt*) emptori, qui vice suâ tenetur venditori reddere quod superest ex re, et fructus rei.

2° Contra vitia *non redhibitoria* tenetur etiam assecurare emptorem; id est, restituere emptori injustitias ipsi illatas per venditionem rei vitiatæ, etiamsi vitia rei venditæ non darent emptori facultatem rescindendi contractum (1).

(1) Art. 1641. Le vendeur est tenu de la garantie à raison des des défauts cachés de la chose vendue, qui la rendent impropre à l'usage auquel on la destine, ou qui diminuent tellement cet usage que l'acheteur ne l'aurait pas acquise, ou n'en aurait donné qu'un moindre prix, s'il les avait connus.

Art. 1642. Le vendeur n'est pas tenu des vices apparents dont l'acheteur a pu se convaincre lui-même.

Art. 1643. Il est tenu des vices cachés, quand même il ne les aurait pas connus, à moins que dans ce cas, il n'ait stipulé qu'il ne sera obligé à aucune garantie.

Art. 1644. Dans le cas des articles 1641 et 1643, l'acheteur a le

De Assecuratione contra vitia vid. cod. civ. ab art. 1641 ad art. 1650.

II. Erga Emptorem.

Jura concessa: Ab instanti venditionis emptor fit, rei venditæ dominus ; undè ipsi perit aut deterior fit. Insuper acquirit omnia jura obligationibus venditoris respondentia.

Obligationes impositæ: 1° Tenetur solvere pretium rei, loco et tempore præfixis. Et, si nihil conventum fuerit, loco et tempore quo res traditur, vel tradi debebat ; nisi emptor in rei possessione perturbetur, aut habeat justam causam timendi perturbationem.—Insuper tenetur solvere interesse pretii non soluti in triplici casu : si ità conventum fuerit tempore venditionis ; si res vendita et tradita sit frugifera ; si emptor sit in morâ solvendi pretium (1).

choix de rendre la chose et de se faire restituer le prix, ou de garder la chose et de se faire rembourser une partie du prix, telle qu'elle sera arbitrée par experts.

ART. 1645. Si le vendeur connaissait les vices de la chose, il est tenu, outre la restitution du prix qu'il en a reçu, de tous les dommages et intérêts envers l'acheteur.

ART. 1646. Si le vendeur ignorait les vices de la chose, il ne sera tenu qu'à la restitution du prix, et à rembourser à l'acquéreur les frais occasionnés par la vente.

ART. 1647. Si la chose qui avait des vices a péri par suite de sa mauvaise qualité, la perte est pour le vendeur, qui sera tenu envers l'acheteur à la restitution du prix, et autres dédommagements expliqués dans les deux articles précédents.

Mais la perte arrivée par cas fortuit sera pour le compte de l'acheteur.

(1) ART. 1650. La principale obligation de l'acheteur est de payer le prix au jour et au lieu réglés par la vente.

ART. 1651. S'il n'a rien été réglé à cet égard lors de la vente,

2°. Tenetur rem tollere tempore præfixo ; et, si nullum tempus designatum fuerit, tollenda est statim, nisi per consuetudinem aliqua mora concedatur. Quod si res debito tempore non tollatur, venditor liberatur ab obligatione rem custodiendi, jus acquirit ad compensationem damnorum quæ patitur.

De Obligationibus emptoris vid. cod. civ. ab art. 1650 ad 1658.

III. De Modificationibus venditioni adjunctis à lege civili.

Quædam venditiones sunt rescindibiles simpliciter, aliæ rescindibiles aut reductibiles.

I. Venditiones *rescindibiles* :

1° Debitor qui foro cessit (*le failli*), à die judicii quo declarata est cessio, amittit administrationem bonorum, nec proindè potest ea vendere (1).

l'acheteur doit payer au lieu et dans le temps où doit se faire la délivrance.

ART. 1652. L'acheteur doit l'intérêt du prix de la vente jusqu'au paiement du capital, dans les trois cas suivants :

S'il a été ainsi convenu lors de la vente ;

Si la chose vendue et livrée produit des fruits ou autres revenus ;

Si l'acheteur a été sommé de payer.

Dans ce dernier cas, l'intérêt ne court que de la sommation.

ART. 1653. Si l'acheteur est troublé ou a juste sujet de craindre d'être troublé par une action, soit hypothécaire, soit en revendication, il peut suspendre le paiement du prix jusqu'à ce que le vendeur ait fait cesser le trouble, si mieux n'aime celui-ci donner caution, ou à moins qu'il n'ait été stipulé que, nonobstant le trouble, l'acheteur paiera.

(1) *Code de com.* ART. 442. Le failli, à compter du jour de la faillite, est dessaisi de plein droit, de l'administration de tous ses biens.

2° Tutores non possunt sub pœnâ nullitatis emere per se, vel per personam interpositam, bona eorum quorum tutelam gerunt; mandatarii, bona quæ ex mandato vendere debent; administratores communitatum aut publicorum institutorum, bona quæ administrant; præpositi publici, bona nationalia quæ ipsorum ministerio venduntur. Cod. civ., art. 1596 (1).

3° Judices, procuratores, scribæ, advocati, notarii, etc. non possunt emere jura litigiosa quæ sunt de foro tribunalis in cujus territorio munus suum exercent, 1597 (2).

4° Vir et uxor non possunt inter se contractum venditionis inire, nisi in triplici casu, 1595 (3).

Quatuor nullitates prædictæ, utpotè institutæ imme-

(1) ART. 1596. Ne peuvent se rendre adjudicataires, sous peine de nullité, ni par eux-mêmes, ni par personnes interposées :

Les tuteurs, des biens de ceux dont ils ont la tutelle ;

Les mandataires, des biens qu'ils sont chargés de vendre ;

Les administrateurs, de ceux des communes ou des établissements publics confiés à leurs soins ;

Les officiers publics, des biens nationaux dont les ventes se font par leur ministère.

(2) ART. 1597. Les juges, leurs suppléants, les magistrats remplissant le ministère public, les greffiers, huissiers, avoués, défenseurs officieux et notaires, ne peuvent devenir commissionnaires des procès, droits et actions litigieux qui sont de la compétence du tribunal dans le ressort duquel ils exercent leurs fonctions, à peine de nullité et des dépens, dommages et intérêts.

(3) ART. 1595. Le contrat de vente ne peut avoir lieu entre époux que dans les trois cas suivants :

1° Celui où l'un des époux cède des biens à l'autre, séparé judiciairement d'avec lui, en paiement de ses droits ;

2° Celui où la cession que le mari fait à sa femme, même non séparée, a une cause légitime, telle que le remploi de ses immeu-

diàtè in utilitatem privatam, sunt potiùs rescindibilitates, quàm nullitates propriè dictæ.

5° Si emptor pretium non solvat, venditor potest postulare resolutionem venditionis, 1654 (1).

6° Venditio rerum mobilium solvitur in gratiam venditoris, si res ab emptore sublata non fuerit tempore præfixo, 1657 (2).

7° Res mobilis vendita duobus emptoribus pertinet ad eum qui in possessionem missus est, quamvis ipsius titulus sit tempore posterior, modò ipsius possessio sit bonæ fidei, 1141. Undè videre est primam venditionem rescindi (3).

8° Rescindi possunt venditiones immobilium in quibus venditor læsus est ultrà septem è duodecim partibus justi pretii (*de plus des sept douzièmes*), habità

bles aliénés, ou de deniers à elle appartenants, si ces immeubles ou deniers ne tombent pas en communauté ;

3° Celui où la femme cède des biens à son mari, en paiement d'une somme qu'elle lui aurait promise en dot, et lorsqu'il y a exclusion de communauté ;

Sauf, dans ces trois cas, les droits des héritiers des parties contractantes, s'il y a avantage indirect.

(1) ART. 1654. Si l'acheteur ne paie pas le prix, le vendeur peut demander la résolution de la vente.

(2) ART. 1657. En matière de vente de denrées et effets mobiliers, la résolution de la vente aura lieu de plein droit et sans sommation, au profit du vendeur, après l'expiration du terme convenu pour le retirement.

(3) Art 1141. Si la chose qu'on s'est obligé de donner ou de livrer à deux personnes successivement, est purement mobilière, celle des deux qui en a été mise en possession réelle est préférée et en demeure propriétaire, encore que son titre soit postérieur en date, pourvu toutefois que la possession soit de bonne foi.

ratione valoris quem res habebat tempore venditionis. 1674, 1675 (1).

II. Rescindibiles aut *reductibiles* sunt venditiones :

1° Si adfuerit evictio partialis, 1636.

2° Si in re venditâ adsit vitium redhibitorium. 1644.

3° Si res quoàd partem perierit tempore venditionis, 1601 (2).

De differentiis inter venditionem et permutationem.

1ª Non sunt applicandæ permutationi regulæ venditionis quæ spectant pretium. Siquidem in permutatione pretium non existit.

2ª Non admittitur in permutatione rescissio contractûs ex causâ læsionis, 1706.

Ex principiis generalibus de materiâ contractuum, et principiis specialibus de venditione solvuntur quæstiones sequentes : aliæ de venditione in genere ; aliæ de re venditâ, seu merce ; aliæ de pretio.

I. De venditione in genere.

1ª Q. Aliquis bonâ fide vendit alteri rem furtivam quam bonâ fide priùs emerat ; *utrùm possit retinere pretium, si detegat rem fuisse furto acquisitam ?*

(1) ART. 1674. Si le vendeur a été lésé de plus de sept douzièmes dans le prix d'un immeuble, il a le droit de demander la rescision de la vente, quand même il aurait expressément renoncé dans le contrat à la faculté de demander cette rescision, et qu'il aurait déclaré donner la plus value.

(2) ART. 1601. Si, au moment de la vente, la chose vendue était périe en totalité, la vente serait nulle. — Si une partie seulement de la chose est périe, il est au choix de l'acquéreur d'abandonner la vente, ou de demander la partie conservée, en faisant déterminer le prix par la ventilation.

R. Vel emptor fuit evictus ; vel non.

1° Si evictus fuerit, aut rem alio modo amiserit: Venditor tenetur emptori reddere pretium, si illud in bonâ fide non consumpserit. Venditor enim nullum jus conferens in re, nullum jus acquirit in pretio ; proindè pretium ad emptorem pertinens, emptori reddi debet.

2° Si emptor non fuerit evictus : Duplex est opinio.

Prima, communior, (1), affirmat 1. pretium reddendum esse emptori, si emptor aliundè jam restituerit rem domino ; propter rationes præcedentes ; 2. pretium reddendum esse domino, restitutionem rei emptore recusante ; pretium enim rem repræsentat, in pretium ergo dominus jus habet, si emptor rem emptam nolit restituere.

Secunda, probabilis, negat venditorem teneri ad pretium restituendum (2). Si teneretur, maximè ex merâ detentione rei, vel ex damnificatione. Atqui, — Non ex rei detentione : Siquidem non factus est ditior, cùm nihil aliud præter pretium rei furi concessum ab emptore recuperaverit. — Non ex damnificatione : Siquidem rem alienam vendidit bonâ fide credens esse suam.

In hâc *secundâ* opinione, venditor non tenetur monere dominum ut rem suam recuperare possit, nec indicare emptori rem venditam esse alienam, si id detegat post venditionem bonâ fidè peractam. Quia tali monitione factâ, teneretur ad restitutionem pretii,

(1) Ità, inter multos, Billuart, art. 10.

(2) Ità De Lugo, D. XVIII, n. 108 ; Salmant. c. 1, n. 88 ; Vogler ; S. Lig. Lib. III, n. 601 ; D. D. Goussot, *Théol. mor.*, T. II, c. 929.

porro non tenetur bono alterius providere cum tanto detrimento.

2ª Q. Aliquis emit bonâ fide rem alienam mediocri pretio et majori vendit; *utrùm teneatur pretium excedens reddere domino?*

R. Certò non tenetur, si augmentum pretii industriæ venditoris attribuendum sit.

Controvertitur autem utrùm teneatur in hyphothesi oppositâ.—Alii negant (1); quia lucrum semper censetur fructus industriæ venditoris. — Alii *probabiliùs* affirmant (2); quia valor rei accrescit domino.

3ª Q. *Utrùm qui rem furtivam emit bonâ fide, possit eam furi reddere ad recuperandum pretium?*

R. Duplex est opinio. — *Prima* affirmat rem posse ab emptore furi remitti (3). Quia emptor non tenetur rem domino servare cum proprio damno. *Secunda*, probabilior, negat (4). Quia res in potestate emptoris constituitur in statu meliori, qui status est quasi accessio rei ad dominum pertinens; proindè emptor reddens rem furi injustus esset erga dominum, cùm ipsius rem in statu pejori constitueret.

II. De merce.

1ª Q. *Utrùm venditio rei, cujus prævidetur abusus, sit valida et licita?*

(1) Ità Molina, D. DCCXXI, n. 10; Laymann; De Lugo.

(2) Ità Billuart, art. 9; Collet; D. D. Bouvier; D. Carrière, *De Restitutione*, n. 1049.

(3) Ità Lessius, Lib. II, c. 14, n. 14; De Lugo. D. XVII; Salmant., n. 83; et alii, quorum opinio probabilior judicatur à S. Lig. Lib. III, n. 569.

(4) Ità Dom. Soto, Lib. IV, q. 7, art. 2; Molina; Sylvius, q. 62, art. 6; Collet; Billuart; D. Carrière, *De Justitiâ*, T. III, n. 1012; etc.

R. Ad 1^um^ Est valida, modò res vendita sit pretio æstimabilis. Siquidem, non obstante abusu futuro rei venditæ, res potest esse pretio æstimabilis, ac proindè vendibilis.

Ad 2^um^ Venditio est licita aut illicita, proùt adsunt aut non adsunt rationes sufficientes præbendi occasionem abusui ex venditione secuturo quod judicandum est ex principiis expositis ubi *de Cooperatione* ad malum.

2^a^ Q. *Utrùm permutatio, aut venditio rei spiritualis sit valida et licita?*

R. 1° Positis ponendis, valida et licita est permutatio rei spiritualis cum re spirituali. Cùm enim sint ejusdem ordinis, existit inter eas proportio.

2° Invalida est permutatio rei spiritualis cum re temporali; item venditio propriè dicta rei spiritualis. Nam, in omni contractu oneroso, quilibet contrahens vult accipere valorem æqualem valori à se præstito; proindè contractus onerosus supponit proportionem valoris inter res permutatas; porro inter objectum spirituale et temporale nulla est proportio.

3° Illicita est hujusmodi venditio. Nam 1. opponitur Religioni, cùm includat simoniam. 2. Opponitur Justitiæ, si partes contractum exsequantur; siquidem nulla pars habet titulum ad possidendam rem sibi advenientem.

3^a^ Q. *Utrùm venditio rei, actionis, aut omissionis aliundè debitæ sit valida et licita?*

R. 1° Invalida est venditio, si res, actio aut omissio debeantur ex justitiâ. Siquidem, in hypothesi datâ, res

pertinet ad emptorem ; venditor ergo nullum jus habet, ac proindè nullum jus concedere potest in eâ. Sic v. g. nemo potest exigere pretium ad abstinendum ab injustâ vexatione, etc., etc.

2° Valida est, si res, actio aut omissio, aliundè æstimabilis pretio, debeatur quidem, sed non ex justitiâ. Venditor enim conservat jus in re venditâ, potest proindè illud vendere validè.

3° Illicita est tamen in hoc casu venditio. Nam res à debitore debetur verè, quamvis non ex strictâ justitiâ.

4ª Q. Aliquis vendit rem vitiatam, cujus defectum emptori non declarat ; *utrùm venditio sit valida, sit licita ?*

R. 1° Valet venditio, nisi emptor voluerit absentiam defectûs tanquàm conditionem sine quâ non.

2° Quoàd licitatem : Certum est 1. Venditorem esse injustum, — si non minuat pretium rei pro proportione vitii ; deesset enim æqualitas onerum ; — si, interrogatus de vitiis occultis rei, ea non revelet, et aliundè vitia reddant rem nocivam, inutilem aut minùs utilem emptori ; emptor enim jus habet ad cognoscendam rem quàm empturus est.

Certum est 2. venditorem, quamvis interrogatum, non esse injustum, si non revelet vitia rei patentia in se et emptori. Emptor enim debet sibi imputare, si decipiatur.

Controvertitur autem utrùm injustus sit venditor occultans emptori interroganti vitia rei in se, non verò emptori patentia. — *Prima* opinio affirmat ; quia emptor jus habet ad rem cognoscendam. — *Secunda*, quæ videtur probabilior, negat. Quia error in hoc casu

imputandus est emptori qui, nisi per se, saltem per alium vitia cognoscere poterat.

III. De Pretio.

Pretium justum de quo agitur, est pecuniæ summa moraliter æquivalens merci.

Aliud est *legale*, quod à lege determinatur et nullos gradus admittit: aliud est *vulgare*, quod communi hominum æstimatione determinatur. — Pretium vulgare est *summum*, supra quod res æstimari non solet; aut *infimum*, infra quod res non æstimatur; aut *medium*, quod inter utrumque interponitur.

1ª Q. Venditor exigit et obtinet pretium mercis ultra summum; emptor exigit et obtinet mercem pro pretio infra infimum; *utrùm venditor et emptor sint injusti?*

1º Quoàd venditorem: R. Vel venditor nullam habet rationem sufficientem exigendi pretium ultra summum; vel habet.

1. Si non habeat: Est injustus; plus enim accipit quàm concedit, onera proindè non sunt æqualia.

2. Si habeat rationes sufficientes, id est, rationes quæ augeant valorem rei, aut onera venditoris: Non est injustus; suppositis enim circumstantiis prædictis, onera possunt esse æqualia, quamvis venditor exigat pretium supra summum commune.

Porro rationes sufficientes vendendi supra pretium summum sunt: 1. multitudo emptorum, paucitas venditorum, penuria mercium, copia pecuniæ; quæ omnia augent valorem mercis;—2. venditio minuta (*en détail*), affectus specialis venditoris erga rem suam, lucrum cessans, damnum emergens ex venditione; quæ omnia augent onera venditoris.

2° Quoàd emptorem: R. Potest emere infra pretium infimum, modò adsint circumstantiæ præcedentibus oppositæ.

2ª Q. *Utrùm venditor possit absque injustitiâ acceptare et retinere quod excedit pretium summum, si ab emptore fuerit ablatum?*

R. Venditor potest acceptare excessum ab emptore cum plenâ cognitione et libertate oblatum. Siquidem, in hâc hypothesi, emptor gratuitò donat excessum pretii. Secùs, non potest; nam, ut diximus, nullum habet titulum ad illud accipiendum et retinendum.

3ª Q. *Utrùm venditor possit absque injustitiâ exigere aliquid supra pretium summum, propter affectum aut utilitatem specialem emptoris?*

R. De hâc quæstione duplex est opinio. — *Prima*, communior, negat (1): Quia affectus et utilitas specialis emptoris non est res venditoris, eam proindè vendere non potest. — *Secunda*, affirmat (2). Quia, ex communi hominum æstimatione, valor rei accrescit ratione affectûs aut utilitatis specialis emptoris.

Sedulò tamen distinguenda sunt specialis affectus et utilitas à necessitate emptoris; necessitas enim non esset ratio sufficiens augendi pretium.

4ª Q. *Utrùm in venditione sub hastâ, seu per licitationem* (aux enchères) *venditor possit accipere pretium*

(1) Ità, post D. Thom. 2ª 2ªe, q. 77, art. 1, communiter theologi, ut testantur inter alios, Collet, n. 75; Antoine, q. 8; Billuart, qui hanc opinionem vocat *verissimam* et *certissimam*, D. III, art. 4, § 1; S. Lig., Lib. III, n. 806.

(2) Ità D. D. Gousset, *Theol. mor.*, T. I, n. 840.

summum excedens, et emptor rem acquirere pretio infra infimum?

(Dicitur *sub hastâ* venditio quæ fit per præconem, et in quâ ultimæ licitationi res adscribitur.)

R. 1° Venditor potest accipere pretium supra summum, emptor rem acquirere pretio infra infimum, modò sequentes adsint conditiones: 1. Ex parte venditoris: Non decipiat licitantes de valore mercis; non mittat fictos licitatores, ut pretium rei crescat; non retrahat rem suam, si minus pretium offeratur. — 2. Ex parte licitatorum: Juxtà communem sententiam, licitationem non impediant per media injusta; pactum inter se non ineant ne licitent aut ne plus offerant.

His conditionibus positis, licitæ sunt venditio et emptio prædictæ. Existit enim inter venditorem et licitatores pactum alcatorium implicitum, quo ex unâ parte, venditor rem concedit ultimo licitatori, etiamsi pretium esset infra infimum; ex alterâ parte, licitatores se obligant ad dandum pretium supra summum, modò adsit inter eos æqualis spes lucri et æquale periculum damni. Porro, positis conditionibus prædictis, æqualia sunt spes lucri et periculum damni.

2° Venditor non posset accipere pretium ultra summum, aut emptor emere pro pretio infra infimum, si ex parte alterutrius deesset una è conditionibus suprà expositis. Siquidem abesset æqualitas requisita.

Sedulò notandum tamen, in aliquibus regionibus usum invaluisse, ut venditor rem suam retrahat, quandò pretium inferius ipsi offertur; rem suam licitet per se aut per personas interpositas. Quòd si venditor hâc facultate utatur, possunt licitatores inter se convenire

ne ultra tale pretium licitent. His conditionibus positis, servatur æqualitas, et licitus est contractus.

5ª Q. Aliquis scit talium mercium valorem brevi augendum fore, emit magnam earum copiam pretio vili tunc currenti, et posteà cariùs vendit; *utrùm sit injustus?*

R. Non est injustus, nisi, ad obtinendas merces, erga venditores adhibuerit media injusta, v. g. fraudem, mendacia, vim, etc. Siquidem emit et vendit pretio æstimatione communi determinato, ac proindè justo.

Dicimus: « nisi media injusta... » Secùs, venditores injustè privâsset spe lucri majoris.

6ª Q. *Utrùm monopolium exercentes injustitiam committant?*

Monopolium exercent qui ità agunt ut tali pretio vendant aut emant; vel ipsi soli talem mercem vendant aut emant.

Dicitur *legale*, si facultas illud exercendi ab auctoritate publicâ ex rationabili causâ fuerit concessa; *privatum*, si machinatione unius aut plurium exerceatur.

Monopolium privatum exerceri potest—à venditoribus, si inter se paciscantur de non vendendis mercibus infra tale pretium; si emant omnes talis speciei merces, ut possint soli eas vendere; si per alia media impediant ne cæteri tales merces vendant; — ab emptoribus, si inter se conveniant de tali pretio in emptione non excedendo.

Undè quæstio proposita sequentibus æquivalet:

1ª *Utrùm exercentes monopolium legale sint injusti?*

R. Non sunt injusti, si lex monopolium instituens sit justa. Siquidem in hoc casu, vi legis, monopolæ jus habent ad monopolium. Secùs, si lex sit injusta.

2ª *Utrùm venditores aut emptores exercentes monopolium privatum sint injusti?*

R. De hàc quæstione duplex opinio.—Juxta *primam* injusti sunt monopolæ (1). Siquidem 1. privant vendentes facultate vendendi ultra, et ementes facultate emendi infra pretium ab ipsis determinatum. 2. In venditionibus ex monopolio factis, pretium mercis determinatur à venditoribus, non verò æstimatione communi; undè non est justum.

Juxta *secundam*, quæ videtur probabilior (2): 1º Qui fuit causa injusta monopolii, seu, qui alios ad monopolium determinavit per media libertatem minuentia, injustus est 1. erga mercatores qui fuerunt per illa media ad monopolium inducti, illos privando libertate suâ; — 2. erga emptores, si pretium determinatum non sit infimum; injustè enim privantur facultate emendi pretio infimo; — 3. erga mercatores qui monopolio liberè non consenserunt, si pretium à monopolâ determinatum non sit summum; illos enim injustè privavit facultate vendendi summo pretio.

2º Mercatores qui ad monopolium accedunt aut monopolium liberè inter se ineunt, non sunt injusti, modò pretium determinatum non sit supra summum quod æstimatione communi determinaretur. Equidem ex monopolio damnum oriri potest aliis mercatoribus et emptoribus. Sed non sequitur ex facto injusto; Quisque enim privatus jus habet vendendi merces suas quo vo-

(1) Ità Laymann, Lib. III, Tr. 4, c. 18; Collet; Henno, et alii.

(2) Ità Lessius, Lib. II, c. 21; De Lugo, D. XXVI, n. 172; Salmant., c. 2; Sylvius; Billuart; S. Lig., Lib. III, n. 817; D. D. Gousset, n. 859.

lucrit pretio, modò non excedat summum ; à pari collectio mercatorum.

Dicta de monopolio inter venditores dici possunt, mutatis mutandis, de monopolio inter emptores.

Observ. In quibusdam casibus, monopolæ, licèt non injusti, possunt peccare contra charitatem.

7ª Q. De venditione per proxenetas (*entremetteurs, courtiers, commissionnaires*) tria præcipuè quæruntur :

1ª *An proxeneta qui vendit supra, aut emit infra pretium sibi designatum, possit sibi retinere excessum?*

R. Non potest, nisi 1. dominus expressè, aut æquivalenter excessum proxenetæ concesserit ; nisi 2. labore extraordinario et indebito, aut speciali industriâ excessum obtinuerit.

Non potest in genere. Nullum enim habet titulum quo legitimè possit excessum sibi retinere. Non habet titulum ex re ipsâ ; siquidem non est ipsius dominus. Non ex labore et industriâ ; vel enim ea concessit gratuitò, vel pro eis salarium obtinet. — Potest in duobus casibus prædictis. Tunc enim proxeneta titulum habet legitimum ad retinendum excessum.

2ª *Utrùm proxeneta possit rem vendendam pretio determinato sibi retinere, et posteà rem tanquàm suam majori pretio vendere?*

R. Potest, modò tamen 1. adhibitâ morali diligentiâ, emptorem non inveniat qui plus offerat ; secùs, contra officium et voluntatem mandantis ageret ; — modò 2. rem sibi verè et non fictè emat ; alioquin re alienâ ditesceret.

His conditionibus positis, non est injustus. Siquidem proxenetæ conditio non est pejor conditione

alieni, qui posset rem infimo pretio emere et cariùs vendere.

3ª *Utrùm proxeneta possit retinere pretii diminutionem sibi a venditore concessam?*

R. Potest, si constet hanc pretii diminutionem ipsius intuitu fuisse concessam; habetur enim ut mercatoris donatio; nec indè fluit damnum emptori. — Secùs dicendum, si mercator eodem pretio concessisset mercem suam omnibus emptoribus. Siquidem, in hoc casu, diminutio pretii censetur facta in gratiam emptoris, non verò proxenetæ.

Inter contractus sequentes, qui venditioni æquivalent, —alii sunt *essentialiter aleatorii;* sic Ludus, Sponsio, Loteria, Assecuratio;—alii *non* sunt *essentialiter aleatorii;* sic, Census, Societas, Cambium, Mutuum cum auctario.

PUNCTUM II. *De Ludo.*

Ludus est contractus quo partes se obligant ad cedendum victoribus tale pretium.

Undè ludus est permutatio aleatoria.— Permutatio: Nam quisque ludens à comparte accipit spem tale pretium obtinendi, et comparti concedit spem æqualem.— Aleatoria : Siquidem lucrum aut damnum pendent ab eventu incerto.

I. De Conditionibus.

Jus civile nullas speciales exigit, requiruntur ergo tantùm conditiones generales contractuum modificatæ juxta naturam specialem contractûs.

II. De Effectibus.

Quær. *Utrùm ludus producat; et, in hypothesi affirmativâ, quosnam effectus producat?*

Resp. Quæstio examinari potest attento, vel solo jure naturali, vel jure positivo.

Attento *jure naturali*. — Ludus Sequentes producit effectus : 1° Victor acquirit jus ad pretium determinatum. — 2° Victus tenetur illud concedere victori.

Attento *jure civili*. — Sequentia statuit lex : 1° *Non* datur victori actio ad exigendum quod ex ludo debetur; excipiuntur tamen quidam ludi exercitationis corporalis, qui indicantur in art. 1966. — 2° Si pretium ludi jam voluntariè solutum fuerit, non datur locus repetitioni, nisi adfuerit dolus aut injustitia ex parte victoris (1)

Proindè lex non irritat contractum, sed denegat tantùm actionem ad exigendam exsecutionem contractûs.

Undè pretium ludi in conscientiâ est solvendum à victo, nec tenetur victor restituere quod accepit (2). Taceat tamen confessor de obligatione solvendi, erga victos qui bonâ fide credentes se non obligari, nollent solvere si monerentur.

(1) Art. 1965. La loi n'accorde aucune action pour une dette du jeu ou pour le paiement d'un pari.

Art. 1966. Les jeux propres à exercer au fait des armes, les courses à pied ou à cheval, les courses de chariot, le jeu de paume et autres jeux de même nature qui tiennent à l'adresse et à l'exercice du corps, sont exceptés de la disposition précédente.

Néanmoins le tribunal peut rejeter la demande, quand la somme lui parait excessive.

Art. 1967. Dans aucun cas, le perdant ne peut répéter ce qu'il a volontairement payé, à moins qu'il n'y ait eu, de la part du gagnant, dol, supercherie ou escroquerie.

(2) Ità D, D. Bouvier; D. D. Gousset, n. 888; D. Carrière, *De Contract.*, n. 930.

Ex suprà dictis de ludo concludendum.

1° Injustus est ludens, qui utitur dolo et fraude; minuit enim per hæc media spem lucri ad quod compars jus habet. Tenetur restituere victo damnum ex fraude et dolo provenicns, insuper valorem spei quam habebat ad lucrum.

2° Injustus est qui ludit cum comparte multò minùs peritâ, nisi compars liberè consenserit. Siquidem, in hâc hypothesi, non servatur æqualitas. Undè victor peritior restituere tenetur damnum ex hâc inæqualitate ortum.

Punctum III. *De Sponsione.*

Sponsio est contractus, quo duo aut plures de eventu contendentes, se obligant ad aliquid concedendum ei cujus prævisio fiet vera.

Undè sponsio sicut ludus est permutatio aleatoria.

Principia de ludo exposita sponsioni sunt applicanda. Ex his concludendum :

1° Sponsio est nulla, si eventus de quo spondetur non intelligatur eodem sensu ab utroque spondente; quia in contractu existit error substantialis.

2° Sponsio est nulla, si unus è spondentibus certus sit de eventu. Nam contrahens incertus de eventu nullam accipit à contrahente spem lucri; ergo nullam spem concedit, cùm certò nolit gratuitò donare jus contra se. Undè victor pretium acceptum restituere tenetur.

Punctum IV. *De Loteriâ.*

Loteria est contractus, quò possessor alicujus objecti

vendit co-contrahentibus pro pretio determinato jus sortiendi et obtinendi objectum, si per sortem designentur.

Undè loteria est venditio aleatoria, ut evidens est.

I. De Conditionibus.

Nihil speciale dicendum. Loteria proindè subjacet regulis generalibus modificatis juxta specialem naturam contractûs.

II. De Effectibus.

1° Qui proponit rem sortiendam habet jus ad pretium. Tenetur rem concedere co-contrahenti per sortem designato.

2° Quicumque emit jus sortiendi, habet jus ad rem obtinendam, si per sortem designetur. Tenetur ad solvendum pretium.

Ex his concludendum : In genere injustus est contractus, si dominus objecti exigat pretium excedens valorem juris quod concedit, ità ut notabiliter plus lucretur, quàm si in alio contractu licito pecuniam impenderet. Attamen lucrum potest esse majus, si in bonum opus vel in utilitatem publicam constituta sit loteria.

PUNCTUM V. *De Assecuratione.*

Assecuratio est contractus, quo persona in se suscipiens pro determinato pretio rei alienæ periculum, sese obligat ad solvendum rei valorem, si perierit.

Assecurator vocatur qui periculum rei in se suscipit; *assecuratus* autem dominus rei.

Undè assecuratio est venditio aleatoria. — Venditio : Assecurator enim co-contrahenti concedit securitatem

rei suæ, pro pretio æquivalenti. — Aleatoria : Siquidem luerum aut damnum pendet ab eventu incerto.

I. De Conditionibus. — Jure naturali nihil speciale dicendum.

II. De Effectibus.

1° Assecurator habet jus ad pretium assecurationis. Tenetur valorem rei solvere, si pereat.

2° Assecuratus autem jus habet ad pretium rei, si perierit. Tenetur solvere pretium determinatum.

De conditionibus et effectibus assecurationis juxta *legem civilem*, vid. Cod. commercii, art. 332 et seq.

Ex suprà dictis concludendum.

Contractus est nullus: 1° Si assecurator certò sciat rem assecuratam existere extra omne periculum; in hoc enim casu securitas rei jam pertinet ad assecuratum, non potest proindè vendi ab assecuratore. — 2° Si assecurator nihil habeat undè possit solvere valorem rei assecuratæ; siquidem in hoc casu non dat securitatem assecurato, nullum proindè acquirit jus ad pretium.

Contractus est injustus: 1° Ex parte assecuratoris, si recipiat pretium excedens valorem securitatis, nisi assecuratus liberè consentiat; abesset enim æqualitas onerum : — 2° Ex parte assecurati, si res pereat ex ejus culpâ aut negligentiâ ; assecurator enim per contractum tenetur tantùm de periculis ab assecurato independentibus.

Inter contractus aleatorios numeratur adhuc *census vitalitius*. De hoc contractu dicemus ubi *de Censu in genere*.

PUNCTUM VI. *De Censu.*

Census est contractus, quo persona alteri confert pro pretio determinato jus percipiendi pensionem ex re frugiferâ, vel ex personâ.

Dicitur *censualista* (*rentier*) qui acquirit jus ad pensionem; *censuarius* autem venditor qui se obligat ad pensionem solvendam.

Undè census æquivalet venditioni. Censualista *enim* à censuario emit pro pretio jus percipiendi pensionem.

I. De Conditionibus.

Præter conditiones generales, requiritur ut vivat tempore contractûs persona super cujus vitam constituitur census; imò non laboret morbo quo mortua sit intra viginti dies à die contractûs (1).

II. De Effectibus.

Venditor, seu censuarius, habet jus ad pretium censûs. — Tenetur solvere pensionem.

Censualista habet jus ad pensionem. — Tenetur solvere pretium.

De Licitate censûs.

Quær. *Utrùm census quoàd omnes species suas sit licitus?*

Præmittendum :

Census in varias species dividitur, pro variis respectibus sub quibus consideratur.

(1) ART. 1974. Tout contrat de rente viagère créée sur la tête d'une personne qui était morte au jour du contrat ne produit aucun effet.

ART. 1975. Il en est de même du contrat par lequel la rente a été créée sur la tête d'une personne atteinte de la maladie dont elle est décédée dans les vingt jours de la date du contrat.

1° Ratione pretii : Alius est reservativus, alius consignativus. — Dicitur *Reservativus* (*rente foncière*), si pretium sit res frugifera quam censualista censuario concedit, sibi reservans pensionem ; *Consignativus* (*rente constituée*), si pretium sit pecunia.

2° Ratione objecti in quod fundatur census, seu ex quo solvi debet : Est *realis*, si constituatur in aliquâ re frugiferâ ex quâ debetur census ; — vel *personalis*, si constituatur immediatè in ipsâ personâ quæ se et suos obligat ad solvendum, etiam non assignatâ re ex quâ solvenda sit pensio ; — vel *mixtus*, si constituatur simul in re et in personâ.

3° Ratione temporis : Est *perpetuus*, si pensiò vi contractûs non habeat terminum ; — *temporalis*, si habeat terminum.

Temporalis potest esse : 1. *vitalitius*, si terminum habeat vitam, sive censualistæ, sive censuarii, sive alterius personæ ; secùs, est *non vitalitius*. Undè videre est censum vitalitium esse contractum aleatorium ; siquidem pendet à duratione vitæ quæ est incerta. — 2. *Irredimibilis*, quandò redimi non potest ; *redimibilis*, cùm redimi potest ad nutum censuarii, aut censualistæ, aut utriusque, per restitutionem capitalis.

Nota. Jure civili, census perpetuus est essentialiter redimibilis à venditore, seu censuario. Solummodò iniri potest pactum vi cujus denegatur censuario facultas sese liberandi ante decennium et infra.

Census autem ab emptore, seu censualista, non potest redimi, nisi in tribus casibus : 1. si debitor per duos annos omittat satisfacere suæ obligationi ; 2. si

non tradat assecurationem promissam in contractu ; 3. si incidat in statum decoctionis (1). Quibus positis,

Resp. Omnis census (excepto forsan censu ex parte emptoris redimibili, de quo infrà ubi *de Mutuo oneroso*) licitus est, positis aliundè ponendis. Æquivalet enim venditioni, quæ vestiri potest omnibus conditionibus licitatis.

Censûs vitalitii taxatio non determinatur per *legem*, sed pendet à liberâ conventione contrahentium.

In aliis censibus, pretium à lege determinatum est quinque pro centum (2).

Vid. cod. civ. ab art. 1909 ad 1915, et ab art. 1968 ad 1977.

Punctum VII. *De Societate.*

Societas est contractus, quo duo vel plures conve-

(1) Art. 1911. La rente constituée en perpétuel est essentiellement rachetable.

Les parties peuvent seulement convenir que le rachat ne sera pas fait avant un délai qui ne pourra excéder dix ans, ou sans avoir averti le créancier au terme d'avance qu'elles auront déterminé.

Art. 1912. Le débiteur d'une rente constituée en perpétuel peut être contraint au rachat:

1° S'il cesse de remplir ses obligations pendant deux années;

2° S'il manque à fournir au prêteur les sûretés promises par le contrat.

Art. 1913. Le capital de la rente constituée en perpétuel devient aussi exigible, en cas de faillite ou de déconfiture du débiteur.

(2) Une loi du 3 septembre 1807 porte:

Art. 1. L'intérêt conventionel ne pourra excéder, en matière civile, cinq pour cent, ni en matière de commerce six pour cent, le tout sans retenue.

Art. 2. L'intérêt légal sera, en matière civile, cinq pour cent, et en matière de commerce, six pour cent, aussi sans retenue.

niunt de re aliquâ in communi ponendâ, ad faciendum lucrum inter ipsos dividendum.

In communi constitui possunt, vel pecunia, vel industria, vel alia bona, ipsa etiam fruitio; in genere, quidquid est pretio æstimabile (1).

Vi contractûs societatis, creatur primò societas, seu persona moralis distincta à contrahentibus. Deindè partes cum societate ineunt conventionem quæ venditioni æquivalet; siquidem socius quilibet societati confert res pretio æstimabiles, ut obtineat jus percipiendi ab eâ lucrum.

Societas est universalis, vel particularis. — *Universalis*, si complectatur universa bona præsentia sociorum, universos quæstus; *particularis*, si complectatur res determinatas, vel earum usum, vel fructus ex eis percipiendos, vel aliquam negotiationem aut artem.

Societates sunt commerciales aut civiles. — Dicuntur *commerciales* societates initæ ad exercendum commercium; cæteræ appellantur *civiles*.

I. De Conditionibus.

Jure naturali, sufficiunt conditiones generales modificatæ juxta naturam contractûs societatis.

Specialiter attendendum est ad æqualitatem onerum, quæ plerumque difficiliùs determinatur in con-

(1) Art. 1832. La société est un contrat par lequel deux ou plusieurs personnes conviennent de mettre quelque chose en commun, dans la vue de partager le bénéfice qui pourrait en résulter.

Art. 1833. Toute société doit avoir un objet licite, et être contractée pour l'intérêt commun des parties.

Chaque associé doit y apporter ou de l'argent, ou d'autres biens, ou son industrie.

tractu societatis quàm in aliis conventionibus. Undè sedulò examinentur omnes clausulæ contractûs, ut possit judicari utrùm lucra et onera sint dispertita inter socios secundùm justam proportionem.

De conditionibus *jure civili* requisitis, vid. cod. civ. et commercii.

II. De Effectibus.

I. Erga Societatem.

Jura concessa : 1° Societas habet jus ad rem, pecuniam, fruitionem aut industriam promissam à quolibet socio. — Insuper, si res promissa sit de corpore certo, habet jus ad assecurationem, quemadmodùm venditor erga emptorem. Si autem res promissa sit pecunia, habet jus ad auctarium à tempore quo tradi debuisset (1).

Nota. Res potest deteriorari aut perire, vel societati, vel socio. — Societati, si socius ipsi concesserit domi-

(1) ART. 1845. Chaque associé est débiteur, envers la société, de tout ce qu'il a promis d'y apporter.

Lorsque cet apport consiste en un corps certain, et que la société en est évincée, l'associé en est garant envers la société, de la même manière qu'un vendeur l'est envers son acheteur.

ART. 1846. L'associé qui devait apporter une somme dans la société, et qui ne l'a point fait, devient de plein droit et sans demande, débiteur des intérêts de cette somme, à compter du jour où elle devait être payée.

Il en est de même à l'égard des sommes qu'il a prises dans la caisse sociale, à compter du jour où il les a tirées pour son profit particulier.

ART. 1847. Les associés qui se sont soumis à apporter leur industrie à la société, lui doivent compte de tous les gains qu'ils ont faits par l'espèce d'industrie qui est l'objet de cette société.

nium ; socio, si concesserit tantùm fruitionem rei, manet enim res ipsius.

Quatuor casus exeipiuntur, in quibus res perit societati, scilicet : 1. Si res collata sit fungibilis, id est, primo usu consumptibilis. Nam fruitio talium rerum concedi non potest absque dominio. — 2. Si res collata lapsu temporum deterioretur. Præsumendum est enim socium noluisse rem illam usu detritam recipere, censetur ergo voluisse sibi reservare tantùm illius valorem; res proindè quoàd speciem pertinet ad societatem, ipsique perit ac deterioratur. — 3. Si res concessa fuerit ut vendatur. In hoc enim casu reservatio proprietatis nihil aliud est quàm reservatio valoris. — 4. Si res ad fruitionem data æstimata fuerit. Socius enim censetur per æstimationem exigere ut res quoàd valorem restituatur secundùm æstimationem (2).

2° Societas habet jus ad auctarium et compensationem damnorum contra socium qui pecuniam communem accepit, vel in proprios usus adhibuit.

3° Habet jus exigendi ut socius non præferat utilitatem suam utilitati societatis. Vid. specialiter art. 1848, 1849.

(2) Art. 1851. Si les choses dont la jouissance seulement a été mise dans la société sont des corps certains et déterminés, qui ne se consomment point par l'usage, elles sont aux risques de l'associé propriétaire.

Si ces choses se consomment, si elles se détériorent en les gardant, si elles ont été destinées à être vendues, ou si elles ont été mises dans la société sur une estimation portée par un inventaire, elles sont aux risques de la société.

Si la chose a été estimée, l'associé ne peut répéter que le montant de son estimation.

Obligationes impositæ : 1° Societas tenetur, deficiente conventione, dare cuilibet socio partem proportionatam valori quem in societatem contulit. Si unus non afferat nisi industriam, censetur idem contulisse ac ille qui minimam partem contulit.—Dicimus: « deficiente conventione. » Pars enim sociorum determinari potest per conventionem, modò servetur æqualitas (1).

2° Post dissolutionem, societas tenetur unicuique socio reddere: 1. rem à se collatam, si fruitionem tantùm concesserit; socio enim dominium rei manebat;— 2. partem fundi socialis proportionatam valori quem ad societatem attulit, sive fundus auctus, sive imminutus fuerit, si socius concesserit societati dominium rei allatæ; in hâc enim hypothesi res ad societatem pertinebat, proindè inter socios dividenda est.

3° Tenetur compensare mandatario societatis summas quas solvit pro societate, obligationes quas bonâ fide suscepit, pericula ejus gestioni annexa.

II. Erga Socios.

Eorum *jura* respondent obligationibus societatis.

Eorum *obligationes* respondent juribus societatis.

III° De Effectibus *quoàd circumstantias* consideratis, speciatim de *initio* et *cessatione* societatis.

Initium societatis ab ipso contractûs instanti repetendum est, nisi assignetur alia epocha.

(1) ART. 1855. Lorsque l'acte de société ne détermine point la part de chaque associé dans les bénéfices ou pertes, la part de chacun est en proportion de sa mise dans le fonds de la société.

A l'égard de celui qui n'a apporté que son industrie, sa part dans les bénéfices ou dans les pertes est réglée comme si sa mise eût été égale à celle de l'associé qui a le moins apporté.

Cessat autem societas : 1° Per lapsum temporis assignati. Si autem socii nullum tempus assignaverint, inita censetur societas pro totâ sociorum vitâ ; vel, si agatur de negotio quod non nisi tempus limitatum habeat, pro toto illo tempore.—2° Per exstinctionem rei.— 3° Per mortem unius è sociis. — 4° Per mortem civilem, interdictionem, decoctionem unius sociorum.— 5° Per voluntatem unius è sociis. — 6° Per justam causam, v. g. propter inexsecutionem obligationum ex parte alicujus socii, etc (1).

Vid. Cod. civ. ab art. 1832 ad 1874, et Cod. commercii ab art. 18 ad art. 51.

Infrà dicemus *de Trino* et *Duplici contractu*, qui sunt affines contractui societatis.

PUNCTUM VIII. *De Cambio.*

Cambium est lucrosa permutatio pecuniæ cum aliâ pecuniâ.

(1) ART. 1843. La société commence à l'instant même du contrat, s'il ne désigne une autre époque.

ART. 1844. S'il n'y a pas de convention sur la durée de la société, elle est censée contractée pour toute la vie des associés, sous la modification portée en l'article 1869; ou s'il s'agit d'une affaire dont la durée soit limitée, pour tout le temps que doit durer cette affaire.

ART. 1865. La société finit :

1° Par l'expiration du temps pour lequel elle a été contractée ;

2° Par l'extinction de la chose, ou la consommation de la négociation ;

3° Par la mort naturelle de quelqu'un des associés ;

4° Par la mort civile, l'interdiction ou la déconfiture de l'un d'eux;

5° Par la volonté qu'un seul ou plusieurs expriment de n'être plus en société.

Undè cambium duplici contractui æquivalet. Adest 1. permutatio pecuniæ cum pecuniâ, 2. venditio. Ex unâ enim parte campsor impendit operam, renuntiat lucro quod percipere posset ex pecuniâ suâ, subit pericula, impensas sustinet ratione professionis suæ, etc.; quæ omnia sunt pretio æstimabilia. Ex alterâ parte, qui pecuniam permutat confert pretium his oneribus æquivalens.

I. De Conditionibus.—Nihil speciale.

II. De Effectibus.

Quisque contrahens habet jus ad pecuniæ summam æqualem ei quam co-contrahenti confert. Insuper campsor habet jus exigendi, et alter contrahens obligationem dandi pretium determinatum.

Specialiter quæritur: *Utrùm omnes species cambii sint licitæ?*

Cambium est vel *manuale*, seu minutum, quo permutatur pecunia cum aliâ pecuniâ præsenti, v. g. aurum cum argento; vel *locale*, quo pecunia uno loco accepta in alio loco solvitur, v. g. si pecunia præsens permutatur cum distante, vel absens pro præsenti. Quo posito,

Resp. Cambium quodlibet potest esse licitum. Æquivalet enim venditioni, quæ vestiri potest omnibus conditionibus requisitis.

Punctum IX. *De Mutuo cum auctario.* (prêt à intérêt.)

In mutuo cum auctario, sicut in mutuo gratuito, mutuans concedit mutuatario usum rei consumptibilis. —Inter se tamen differunt ambo contractus, in eo

quòd per mutuum gratuitum usus rei conceditur gratuitò; per mutuum autem cum auctario usus rei conceditur pro pretio.—Undè mutuum gratuitum, ut diximus, est donatio usûs rei fungibilis; dùm mutuum cum auctario supposità ejus validitate, æquivalet contractui oneroso.

De mutuo cum auctario, quatenùs convenit cum mutuo gratuito, nihil addendum iis quæ suprà dixìmus. —Hìc solùm agemus *de auctario*.

Quæstio I. *Utrùm in mutuo licita et valida sit auctarii stipulatio?*

Resp. De hâc quæstione quædam sunt certa, quædam controversa.

Certa:

I° Valida et justa est auctarii stipulatio, si adsit titulus legitimus mutuo extrinsecus. Siquidem semper licet cum titulo legitimo rem exigere et possidere.

II° Legitimi sunt tituli sequentes:

1° Donatio gratuita mutuatarii; modò sit sincera, perfectè libera et acceptata.

2° Lucrum cessans, id est, cessatio lucri quod obtinuisset mutuans, si pecuniam mutuatus non fuisset; modò lucrum sit certum aut probabile;

Damnum emergens, id est, detrimentum quod patitur mutuans ratione mutui; modò 1. damnum oriatur ex mutuo, 2. moneatur mutuatarius de auctario solvendo;

Periculum sortis, non quidem ordinarium et omni mutuo intrinsecum, sed extraordinarium, quod oritur ex circumstantiis extrinsecis.

In tribus casibus suprà expositis, mutuans subit onus

pretio æstimabile ultra sortem (*capital*); ergo potest legitimè exigere aliquid supra sortem.

3° Pœna conventionalis, id est pactum quo mutuatarius se subjicit ad solvendum auctarium, si tempore præfixo sortem non reddat; — item sententia judicis mutuatarium damnans ad auctarium, ob moram in restituendâ sorte; modò in his casibus dilatio solutionis sit aliquo modo culpabilis.

III. Illicita est stipulatio auctarii, si mutuatarius sit in tali necessitate ut ex lege charitatis ipsi debeatur mutuum gratuitum.

CONTROVERSA :

Controvertitur I. *Utrùm valida et licita sit auctarii stipulatio, absente titulo extrinseco;* seu, quod idem est, *utrùm liceat percipere lucrum ex mutuo vi mutui* (absente enim titulo extrinseco, mutuum est sola ratio percipiendi lucrum); vel: *utrùm usura sensu stricto sumpta sit licita* (nam usura sensu stricto est quodcumque lucrum perceptum ex mutuo vi mutui).

Ultimam quæstionis formam retinemus ut potè communiorem.

De hâc quæstione tres sunt præcipuæ opiniones.

Prima opinio.

Usura est — prohibita jure divino, etiam erga divites, — injusta, — proindè invalida.

Prob. 1ª pars P., scilicet: « Usura est prohibita jure divino. »

Prob. I. Ex script. sacrâ. — Ex Veteri testamento. — Exod. 22, 25. « *Si pecuniam mutuam dederis po-*

pulo meo pauperi qui habitat tecum, non urgebis eum quasi exactor, nec usuris opprimes. » — Levit. 25, 35 et seq. « *Si attenuatus fuerit frater tuus.... ne accipias usuras ab eo, nec ampliùs quàm dedisti.... Pecuniam tuam non dabis ei ad usuram, et frugum superabundantiam non exiges.* » — Deuteron. 23, 19, 20. « *Non fœnerabis fratri tuo ad usuram pecuniam, nec fruges, nec quamlibet aliam rem, sed alieno. Fratri autem tuo absque usurâ, id quo indiget, commodabis.* » — Ezech. 18, 10. « *Si genuerit filium latronem, effundentem sanguinem...., uxorem proximi sui polluentem..., ad usuram dantem, et ampliùs accipientem...: numquid vivet? Non vivet; cùm universa hæc detestanda fecerit.* »

Undè sic : Vera propositio nostra, si 1° per usuram in textibus citatis intelligatur quidquid excedit sortem; si 2° usura, etiam erga Judæos divites, prohibeatur; si 3° hæc prohibitio non fuerit abrogata. Atqui,

1° Per usuram intelligitur quidquid excedit sortem : « *Ne accipias.... ampliùs quàm dedisti. Frugum superabundantiam non exiges.... Ad usuram dantem, et ampliùs accipientem.* »

2° Usura etiam erga divites prohibetur : 1. Prohibetur usura Judæo erga fratrem; porro Judæus, etiam dives, erat frater alterius Judæi. — 2. Judæus debet absque distinctione commodare fratri suo id quo indiget; porro dives potest indigere mutuo. — 3. Judæi, testibus *Joseph* et *Philone*, legem prædictam in sensu generali intellexerunt.

3° Hæc prohibitio non fuit abrogata : Usura recensetur inter crimina à lege naturali prohibita ; infrà

probabimus prohibitionem usuræ pertinere ad legem justitiæ. Ergo usura prohibetur jure naturali; porro lex naturalis non potest abrogari.

Ex Novo Testamento.— Luc. 6, 35. « *Mutuum date, nihil indè sperantes.* » Undè sic :

1° Textus citatus in triplici sensu intelligi potest : *Mutuum date, nihil,* non lucrum ultra sortem, *indè sperantes.*— *Mutuum date, nihil,* nequidem par beneficium, *indè sperantes.*—*Mutuum date, nihil,* nequidem sortem, *indè sperantes.*— Porro probata manet propositio, si admittatur prima interpretatio, ut evidens est; à fortiori, si admittantur secunda et tertia. Nam, si homo debeat mutuum dare, etiam non sperans par beneficium aut sortem ipsam, à fortiori mutuum dare debet, etiam non sperans lucrum ultra sortem.

2° Christus in sermone, ex quo excerpitur textus citatus, exponit discipulis excellentiam legis Evangelicæ supra legem Mosaïcam. Ergo lex Evangelica de mutuo, de quo agitur in textu, perfectior est præscriptionibus legis Mosaïcæ de eâdem materiâ. Porro lex Evangelica nedùm perfectior imò imperfectior esset sub illo respectu, si usuram permitteret, cùm usura prohiberetur in lege Mosaïcâ.

Prob. II. Ex SS. Patribus et Theologis. Innumeri propemodùm sunt textus quibus Patres et Theologi improbant in genere usuram in sensu suprà indicato, proindè sive erga pauperes, sive erga divites exerceatur.— Cùm impossibile sit hos textus hìc referre, quisque consulat auctores qui eos citârunt.

Prob. III. Ex Summis Pontificibus. Cardinalis *De la Luzerne*, opinionis quam exponimus adversarius,

fatetur in Decretalibus plura existere S. Pontificum rescripta usuram prohibentia. Ait enim : « *Gratien a enseigné le devoir de restituer les intérêts du prêt ; les S. Pontifes qui favorisaient son ouvrage, ont reçu son enseignement et l'ont érigé en décret; les Conciles, d'après les décisions des papes, en ont fait des canons* (1). »

Sufficiat hìc citare litteras Encyclicas Benedicti XIV ad Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos et Ordinarios Italiæ de usuris, aliisque injustis quæstibus.

Sequentia docet : « *Peccati genus illud quod usura vocatur (quodque in contractu mutui propriam sedem et locum habet), in eo est repositum, quòd quis ex ipsomet mutuo, quod suâpte naturâ tantumdem duntaxat reddi postulat quantùm receptum est, plus sibi reddi velit, quàm receptum est ; ideoque ultra sortem lucrum aliquod, ipsius ratione mutui, sibi deberi contendat. Omne propterea hujusmodi lucrum quod sortem superet, illicitum et usurarium est.*

« *Neque verò, ad istam labem purgandam, ullum arcessiri subsidium poterit, vel ex eo quòd id lucrum non excedens et nimium, sed moderatum ; non magnum sed exiguum sit ; vel ex eo quòd is à quo id lucrum, solius causâ mutui, deposcitur, non pauper, sed dives existat ; nec datam sibi mutuo summam relicturus sit otiosam, sed ad fortunas suas amplificandas, vel novis coemendis prædiis, vel quæstuosis agitandis negotiis, utilissimè sit impensurus. Contra mutui siquidem legem quæ necessariò in dati atque redditi æqualitate versatur agere ille convincitur quisquis, eâdem æqualitate semel*

(1) *Sur le Prêt de Commerce*, T. V, D. VI, c. 1, n. 10.

positâ, plus aliquid à quolibet, vi mutui ipsius, cui per æquale jam satis est factum, exigere adhuc non veretur: proindèque, si acceperit, restituendo erit obnoxius ex ejus obligatione justitiæ quam commutativam *appellant, et cujus est in humanis contractibus æqualitatem cujusque propriam et sanctè servare, et non servatam exactè reparare.* »

Juxta Benedictum XIV, illicita et justitiæ commutativæ opposita est usura, sive lucrum ex mutuo vi mutui perceptum sit excessivum, aut moderatum; sive mutuatarius sit pauper aut dives; sive impendere debeat summam mutuatam utilissimè in novis coemendis prædiis, vel quæstuosis agitandis negotiis; sive relicturus sit eam otiosam.

Undè sic : Vera propositio suprà enuntiata, si decisio Benedicti XIV sit judicium dogmaticum, à S. Pontifice *ex cathedrâ* latum, non improbante, imò approbante Ecclesiâ.— Atqui, 1° est judicium dogmaticum, seu de fide : Siquidem litteras emisit Pontifex, quia *nonnullæ per Italiam disseminarentur sententiæ, quæ sanæ doctrinæ haud consentaneæ viderentur*; Accivit doctores, *qui certam doctrinam constituerent, ne Catholicæ doctrinæ puritas hâc erroris labe fœdaretur*; Ideò declarat: *opinionem de licitate usuræ expressè ab Apostolicâ Sede reprobatam.* — 2° S. Pontifex loquitur *ex cathedrâ* : Decisio enim datur à S. Pontifice vi auctoritatis sibi à Christo concessæ.— 3° Non improbavit, imò approbavit Ecclesia : Siquidem eam admiserunt Pastores Ecclesiæ, eamque sequuntur theologi.

Prob. IV. Ex Conciliis. — Concil. Nicæn. I. generale, can. 17, sic habet : « *Quoniam multi sub regulâ*

constituti, id est, clerici, avaritiam et turpia lucra sectantur, oblitique divinæ Scripturæ dicentis: Qui pecuniam suam non dedit ad usuram; *mutuum dantes, centesimas exigunt, justè censuit sancta et magna synodus, ut si quis inventus fuerit post hanc definitionem, usuras accipiens..... dejiciatur à Clero et alienus existat à regulâ.* » — Concil. Lateran. III generale, can. 25 : « *Quia multi qualiter utriusque Testamenti paginâ condemnentur, nequaquam attendunt, ideò statuimus ut usurarii manifesti nec ad communionem admittantur altaris, nec Christianam, si in hoc peccato decesserint, accipiant sepulturam.* » — Concil. Lugdun. II generale, can. 26 : « *Constitutionem Lateranensis Concilii contra usurarios editam præcipit inviolabiliter observari;* » et addit : « *Nullus eos ad confessionem admittat sive eos absolvat, nisi de usuris satisfecerint, vel de satisfaciendo pro suarum viribus facultatum præstent cautionem idoneam.* »

Ergo usura jure divino, ac proindè omnibus prohibetur. — Prohibetur : Usurariis enim absolutio denegatur, usurarii à communione excluduntur, sepulturâ ecclesiasticâ privantur, et, si sint clerici, à clero dejiciuntur. — Jure divino : Usura enim, ex conciliis Nicæn. et Lateran.; in utroque Testamento condemnatur. — Proindè omnibus : Lex enim divina omnes obligat.

Prob. 2ª p. P., scilicet : « Usura est injusta. »

Prob. I. Ex auctoritatibus suprà citatis. — 1° In Levitico 25, 36 « *Ne accipias usuras ab eo* (fratre), *nec ampliùs quàm dedisti.* » Ergo qui usuras percipit, plùs accipit quàm dedit, lædit ergo æqualitatem, ac proindè justitiam.

2° SS. Patres idem indicant.

3° Litteræ Encyclicæ Benedicti XIV injustitiam usuræ positivè exprimunt.

4° Concil. Lugd. prohibet ne usurarii absolvantur, nisi de usuris satisfecerint.

Prob. II. Ex ratione. — 1° Mutuum est contractus naturâ suâ gratuitus; ergo mutuans nullum *titulum* habet ad exigendum auctarium; proindè injustus est, si illud exigat.

2° Pecunia est de se sterilis. Ergo lucrum, medio pecuniæ mutuatæ acquisitum, totum attribuendum est, industriæ mutuatarii et ad eum pertinet; mutuans proindè non potest absque injustitiâ hujus lucri partem per auctarium exigere.

3° Si mutuans jus haberet ad auctarium, maximè in compensationem usûs rei quem mutuatario concedit; atqui hoc falsum est. Mutuatarius enim, sese obligando ad reddendum valorem æquivalentem valori mutuato, acquirit jus in rem mutuatam, ac proindè in ipsius usum; siquidem in rebus fungibilibus usus à dominio separari non potest. Ergo mutuans, auctarium exigens in compensationem usûs rei mutuatæ, venderet mutuatario usum rei ad eum pertinentem, quod est injustum.

Prob. 3ª p. P., scilicet : « Usura est invalida. »

Invalida est, si mutuans nullum habeat titulum ad auctarium exigendum; si, illud exigendo, venderet usum qui non existit, cùm res tradita sit sterilis; venderet usum qui, si existeret, ad mutuatarium pertineret.—Atqui, ex suprà dictis, his omnibus vitiis laborat perceptio auctarii. Ergo invalida est.

Secunda Opinio.

Hæc opinio, quæ est Card. *De la Luzerne*, triplicem mutui speciem distinguit: 1° mutuum *negotiationis*, aut incrementi (*de commerce, d'accroissement*), sic appellatum, quia valor mutuatus adhibetur in commercium per quod augetur;—2° Mutuum *conservationis*, sic appellatum, quia valor mutuatus conservari debet à mutuatario sine augmentatione aut diminutione, v. g. si mutuatarius emat domum;—3° Mutuum *consumptionis*, quo valor mutuatus inservit emendis rebus primo usu consumptibilibus.

Notandum, inquit Card. *De la Luzerne*, notionem mutui à theologis adoptatam soli mutuo *consumptionis* applicari posse. Siquidem, juxta eos, materia mutui est essentialiter res fungibilis, seu primo usu consumptibilis, porro valor mutuatus in mutuis *commercii* et *conservationis* non consumitur. Quibus positis,

Opinio Card. *De la Luzerne* sequentibus propositionibus comprehendi potest.

1ª Nullâ ratione validâ probatur usuram, seu stipulationem et perceptionem auctarii, in quolibet mutuo, specialiter in mutuo *negotiationis*, esse in Novâ lege jure divino prohibitam, injustam, invalidam.

2ª Usura, in quolibet mutuo, specialiter in mutuo *negotiationis*, est jure naturali justa et valida.

3ª Usura in mutuo *consumptionis*, sive erga pauperes, sive erga divites, prohibetur jure ecclesiastico.

Quæ propositiones sunt seorsim exponendæ.

Prob. 1ª Ppo., scilicet:

« Nullâ ratione validâ probatur usuram in quolibet mutuo, specialiter in mutuo *negotiationis*, esse in Novâ lege jure divino prohibitam, injustam, invalidam. »

Prob. I. Argumenta ex auctoritate deprompta non probant illicitatem et injustitiam usuræ.

I. Ex Veteri Testamento.—Reverà usura prohibebatur in Veteri Testamento. Sed 1° prohibebatur *solum* mutuum consumptionis erga pauperes : « *Si attenuatus fuerit frater tuus;* » non verò mutuum conservationis et commercii.

2° Validè non probatur usuram fuisse prohibitam tanquàm injustam. Equidem prohibetur ne mutuans ampliùs accipiat quàm dedit ; sed indè non sequitur id prohibitum fuisse tanquàm injustum.

3° Hæc prohibitio abrogata est. Lex enim Mosaïca per legem Evangelicam abrogata est quoàd leges cæremoniales et legales. Solummodò permanent hujus legis dispositiones naturales. Porro prohibitio usuræ in Veteri lege non erat naturalis. Reverà in Scripturâ enuntiatur cum vitiis juri naturali oppositis ; sed indè sequitur usuram fuisse peccatum, non verò oppositam fuisse legi naturali. Aliundè lex naturalis est universalis ; porro usura prohibebatur tantùm erga pauperes, permittebatur erga alienos.

II. Ex Novo Testamento, — Scilicet ex hoc textu : « *Mutuum date, nihil indè sperantes.* »

Prima ratio ab adversariis deducta nihil probat. — Nam 1° Christus in hoc textu consilium dat, non verò præceptum. Si enim ille textus absolutè consideretur, duplici modo interpretari potest : « *Mutuum date*, et prohibetur ne quid indè speretis ; » vel « *mutuum date,*

quamvis nihil indè speretis. » Prima interpretatio exprimit præceptum; secunda, consilium. Porro ex contextu rejicienda est prima, et admittenda secunda : « *Benefacite, mutuum date, nihil indè sperantes.* » Propositio incidens « *nihil indè sperantes* » modificat duas propositiones hujus phrasis. Undè, si hæc verba « *nihil indè sperantes* » sint prohibitiva, sensus erit : « *Benefacite*, et prohibetur ne quid indè speretis, » « *mutuum date*, et prohibetur ne quid indè speretis. » Atqui falsus est evidenter hic sensus priori propositioni applicatus, nam Deus non prohibet ne benefactor speret beneficium ab eo cui benefecerit. Proindè falsus etiam, applicatus posteriori propositioni.

2° Etiamsi textus esset prohibitivus, nihil indè. Siquidem non agitur de auctario, patet ex contextu. Sic enim ait Christus, Luc. 6, 34 et seq. « *Et, si mutuum dederitis his à quibus speratis recipere, quæ gratia est vobis? Nam et peccatores fœnerantur ut recipiant æqualia. Verumtamen diligite inimicos vestros, benefacite et mutuum date nihil indè sperantes.* » Ergo, etiam supposito sensu prohibitivo textûs, Christus discipulis præciperet ut perfectiùs agant quàm peccatores qui ex mutuo sperant æqualia, prohiberet proindè ne reciperent æqualia. Porro hoc verbum « *æqualia* » potest quidem designare capitale et beneficium æquale, non verò auctarium, quod nullo modo dici potest æquale mutuo præstito.

Secunda ratio sumpta ex perfectione legis Evangelicæ supra legem Mosaïcam nihil probat. Prior enim, sicut Mosaïca, prohibet usuram erga pauperes. Aliundè lex Evangelica sub multis aliis respectibus præstat legi Mo-

salcæ. Excellentior ergo dici potest, quamvis sub respectu mutui non sit perfectior.

III. Ex Patribus, Theologis, S.S. Pontificibus, Conciliis. — De hâc probatione sequentia affirmat Card. *de la Luzerne* :

1° Traditio usque ad medium XII[i] sæculi improbavit usuram tanquàm pauperis oppressivam, et ideò charitati, non verò justitiæ oppositam .

2° A tempore Gratiani, scilicet ab anno circiter 1150, communiter Theologi, Doctores, concilia , S. S. Pontifices docuerunt usuram, seu lucrum ex mutuo vi mutui perceptum, esse oppositam justitiæ.

3° Hæc usuræ improbatio ; spectat solum lucrum ex mutuo *consumptionis* perceptum, non verò lucrum perceptum ex mutuo *conservationis* et *commercii*.

Ex his Cardinalis concludit insufficientiam probationis præsentis.

Cùm has propositiones evolvere sufficienter non possimus, legatur opus à Cardinali *de la Luzerne* exaratum , *Du prêt de commerce*.

Hic solùm exponemus responsionem Cardinalis ad probationem deductam ex litteris Encyclicis Benedicti XIV.

1° Conciliari potest, inquit Cardinalis, opinio mea cum litteris Benedicti XIV. — 1. Summus Pontifex id unum docet, scilicet injustum esse lucrum ex mutuo vi mutui perceptum, quia mutuum est contractus ex naturâ suâ gratuitus. Ex quibus patet S. Pontificem id unum affirmare , scilicet : eum qui gratuitò concessit usum rei fungibilis, ampliùs non posse absque injustitiâ percipere auctarium, quod evidens est, et fatèor.

Sed indè non sequitur falsitas opinionis meæ, scilicet: auctarium percipi posse ex re fungibili alio titulo, v. g. ratione locationis aut alius contractûs onerosi. — 2. Benedictus XIV non improbat censum ex parte emptoris redimibilem, triplicem contractum. Porrò mutuum commercii, de quo præcipuè agitur in opinione meâ, his contractibus æquivalet.

2° Quamvis opinio mea in litteris Encyclicis improbaretur, non sequitur necessariò eam esse rejiciendam. Res ità est, si littera non sit judicium Pontificis *ex Cathedrâ* docentis; porro non est. Nam 1. non dirigitur ad Ecclesiam universalem, sed tantùm ad Patriarchas, Archiepiscopos et Ordinarios Italiæ.— 2. De hoc evidenter constare videtur ex responsionibus Sacræ Pœnitentiariæ et S. Officii. Si enim definivisset S. Pontifex, causa finita foret, hanc definitionem cognoscere deberent prædicta tribunalia, quæ jam non possent in hâc quæstione se gerere velut circa rem dubiam posteà fortè definiendam.

Prob. II. Argumenta ex ratione deprompta non probant injustitiam et invaliditatem usuræ.

Objic. 1° Mutuum est contractus ex naturâ suâ gratuitus.

Resp. Propositio adversariorum affirmat quæstionem solvendam. Hæc est enim quæstio: utrùm stipulatio auctarii sit naturâ suâ injusta et invalida, seu, quod idem est, utrùm mutuum sit ex naturâ suâ gratuitum?

Objic. 2° Pecunia ex naturâ suâ sterilis est; ergo ex mutuo percipi non potest.

Resp. ad anteced. Pecunia est sterilis, si consideretur quoàd species, *conced.* Si consideretur quoàd va-

lorem, *neg.* Siquidem valor pecuniâ repræsentatus commutari potest cum re frugiferâ.

Ad conseq. et consequentiam : Ex sterilitate pecuniæ quoàd species non sequitur injustitia lucri ex mutuo percepti. Nam domus, v. g., est de se sterilis ; attamen ex ejus locatione lucrum percipitur.

Objic. 3° In rebus fungibilibus usus non potest separari à dominio ; ergo mutuans non potest *exigere* pretium usûs, postquàm à mutuante accepit jus æquivalens valori rei mutuatæ.

Resp. ad anteced. Usus specierum non potest separari à proprietate specierum, *conced.* Usus valoris non potest separari à dominio valoris, *neg.* Sic qui mutuat pecuniam, amittit cum ejus dominio jus ad usum pecuniæ. Quoàd valorem per pecuniam repræsentatum, mutuans conservat ejus dominium, siquidem de eâ ad arbitrium disponere potest per donationem, permutationem, etc ; concedit autem usum mutuatario pro tempore determinato à contractu. Porro, si usus rei à dominio separari possit, ergo mutuans potest pretium usûs exigere, si sit pretio æstimabile. Atqui res ità est ex communi hominum opinione.

Consequentia non rectè deducitur. Quamvis usus à dominio separari non posset, non sequitur usum non esse pretio æstimabilem. Porro, si sit pretio æstimabilis, jus æquivalens exigi potest à mutuante, quamvis à dominio separari non possit.

Prob. 2ª Ppo., scilicet : « Usura in quolibet mutuo, specialiter in mutuo *commercii*, non est injusta et invalida. »

Prob. per part. 1ª *p.* Usura non est injusta in quolibet mutuo :

1° Res ità est, si in rebus etiam fungibilibus usus valoris separari possit ab ejus dominio ; si usus valoris sit pretio æstimabilis. Atqui 1. usus valoris ab ejus dominio separari potest, ut suprà probavimus ; 2. usum valoris esse pretio æstimabilem, constat communi hominum æstimatione.

2° Census ex parte emptoris redimibilis caret injustitiâ, modò pensio minuatur pro onere venditori impositio reddendi pretium post tempus ; æquivalet enim venditioni, quæ vestiri potest omnibus conditionibus requisitis. Ergo stipulatio auctarii in mutuo carere potest injustitiâ, si æquivaleat censui ex parte emptoris redimibili. Porro res ità est. Nam per censum ex parte emptoris redimibilem emptor concedit venditori pecuniæ summam, quam post tempus determinatum potest repetere et ex quâ interea percipit lucrum. A pari in lucro cum auctario mutuans concedit mutuatario pecuniæ summam quam post tempus determinatum repetere potest et ex quâ interea percipit lucrum.

2ª *p.* Specialiter auctarii stipulatio non est injusta in mutuo *commercii*.

Rationibus præcedentibus, quæ hanc propositionem probant, addenda ratio sequens.

Vera propositio, si 1° triplex contractus, etiam cum eodem contrahente initus, sit justus ; si 2° mutuum *commercii* in quo stipulatur auctarium æquivaleat triplici contractui. — Atqui,

1° Triplex contractus non est de se injustus : Hæc vox : « *Triplex contractus* » designat contractum so-

cietatis cui additur duplex contractus assecurationis, scilicet assecurationis capitalis et lucri. Sic v. g. ambo ineunt inter se contractum societatis. Lucrum speratum æquivalet quindecim francis pro centum. Unus è contrahentibus co-contrahenti cedit quinque pro centum ad assecurandum capitale, quinque pro centum ad assecurandum lucrum; ità ut assecuratus jus habeat quotannis recipiendi quinque pro centum, et, *dis*solutâ societate, capitale integrum quamvis perierit. Porro hujusmodi contractus non est de se injustus; æquivalet enim triplici venditioni, quæ vestiri potest omnibus conditionibus requisitis.

2° Mutuum *commercii* cum auctario æquivalet triplici contractui : Mutuans enim mutuatario concedit ad commercium summam pecuniæ ; ex eâ quotannis percipit lucrum, et jus habet eam repetendi post tempus determinatum.

3ª *p.* Stipulatio usuræ non est invalida :

Nam, ex dictis, usus rei fungibilis à dominio separari et pretio æstimari potest. Aliundè mutuum cum stipulatione auctarii æquivalet contractibus in se validis.

Prob. 3ª Ppo., scilicet : « Usura in mutuo *consumptionis*, sive erga pauperes, sive erga divites prohibetur jure ecclesiastico. »

Equidem, inquit Cardinalis, usura propriè dicta, seu lucrum ex mutuo *consumptionis* vi mutui perceptum, non prohibetur jure naturali erga divites. Sed, cùm plerùmque mutuum *consumptionis* fiat pauperibus, et aliundè in quibusdam casibus difficile sit distinguere utrùm mutuatarius sit dives, aut sufficienter pauper ut

ei debeatur mutuum gratuitum ; Ecclesia per SS. Pontifices et Concilia prohibuit usuram propriè dictam in genere, et absque distinctione inter pauperes et divites. Hoc constat ex decretis SS. Pontificum et Conciliorum.

Tertia opinio.

Hæc opinio à præcedenti differt tantùm in eo quòd non admittat usuram propriè dictam lege ecclesiasticâ esse prohibitam erga divites ; vel quia ejus opinionis sectatores non admittant auctoritatem Ecclesiæ, ut *Calvinus ;* vel quia auctoritatem Ecclesiæ admittentes opinentur nullam de hâc materiâ existere legem ecclesiasticam ; aut, si exstiterit, fuisse abrogatam.

CONTROVERTITUR II. *utrùm lex civilis sit titulus sufficiens ad exigendum auctarium in mutuo.*

De hâc quæstione duplex est opinio.

Prima negat (1). Quia perceptio auctarii ex mutuo vi mutui prohibetur lege divinâ naturali et positivâ ; ergo lege civili permitti non potest.

Secunda affirmat (2), sequenti ratione nixa. Lex civilis est titulus sufficiens ad exigendum auctarium, si auctoritas civilis *possit* et *velit* jus ad auctarium transferre à mutuatario ad mutuantem. Atqui,

1° *Potest* : Nam, si non liceret ex mutuo auctarium percipere, difficillimè obtineri posset mutuum, ob fortunarum instabilitatem ; proindè minùs floreret, imò

(1) Ità plerique veteres.

(2) Ità Haunoldus ; Wirceburgenses ; et plures recentiores, inter quos D. Carrière, *De Contract.*, n. 1276 ; D. D. Bouvier, *in Append. ad tract. de Contr.*

ferè interiret commercium, langueret industria, quæ pecuniâ alienâ foventur et sustinentur. Ergo permissio percipiendi auctarium, seu transmissio juris ad auctarium à mutuatario ad mutuantem est utilis societati. Ergo potestas civilis potest transferre jus ad auctarium.

Neque dicatur translationem illam esse oppositam legi divinæ naturali et positivæ. Vera quidem esset propositio, sepositâ; sed falsa est, positâ translatione per legem. Sic v. g., sepositâ lege de præscriptione, occupatio et possessio rei præscriptæ ab eo qui præscripsit est opposita legi divinæ naturali et positivæ, quæ prohibet occupationem et possessionem rei alienæ; positâ autem lege de præscriptione, legitimæ fiunt occupatio et possessio prædictæ.

2° *Vult*: Constat ex lege.

Ex dictis sequitur dubium esse utrùm licita an illicita sit usura, seu lucrum ex mutuo perceptum, deficientibus titulis extrinsecis de quibus omnes consentiunt. Proindè practicè solvenda est quæstio ex principiis reflexis.

Plures solutiones practicas emiserunt S. Pœnitentiaria et S. Officium.

Præcipuas sic resumit *D. Gousset*. « Il résulte « de plusieurs réponses du Saint-Office et de la Sacrée « Pénitencerie, la plupart approuvées par les papes « Léon XII, Pie VIII et Grégoire XVI: 1° Qu'on ne « doit point inquiéter au tribunal de la Pénitence le « prêtre qui, malgré la connaissance qu'il a de la doc- « trine de Benoit XIV et des autres papes sur l'usure, « enseigne (*docet*) que la loi civile, sans être accompa-

« gnée d'aucun autre titre extrinsèque au prêt, suffit « pour légitimer le prêt à intérêt ; et que rien ne s'op- « pose à ce qu'on donne l'absolution sacramentelle à « ce prêtre, jusqu'à ce que le Saint-Siége ait donné « une décision définitive, s'il est d'ailleurs disposé à se « soumettre à ce qui sera décidé. 2° Qu'un confesseur « agirait trop durement et trop sévèrement, en refu- « sant l'absolution à ceux qui croient pouvoir tirer l'in- « térêt du prêt, sans avoir d'autre titre que la loi civile. « 3° Qu'on peut absoudre sacramentalement, sans « imposer aucune restitution, les pénitents qui, étant « de mauvaise foi, ont perçu des intérêts du prêt, aux « termes de la loi, s'ils sont repentants d'avoir agi con- « tre leur conscience, et se montrent d'ailleurs disposés « à s'en rapporter à ce qui pourra être décidé par le « Saint-Siége (1). »

Decisiones prædictæ non dirimunt quidem quæstionem de licitate aut illicitate usuræ speculativè consideratam. Nam auctoritates à quibus proponuntur non sunt infallibiles ; aliundè illarum decisiones sunt merè practicæ. Probant tamen quæstionem præsentem non haberi ut certè definitam à S. Pœnitentiariâ et S. Officio.

Quoàd praxim sunt tutæ, quia manant ab auctoritatibus deputatis à S. Pontifice ad solvenda dubia practica ; et à Pontificibus ipsis pleræque approbantur.

Quæstio II. *Quodnam auctarium* practicè *liceat stipulari?*

(1) *Theol. mor.*, T. I, n. 822.

Resp. Licet stipulari auctarium à lege permissum; scilicet, *sex pro centum* in materiâ commerciali, *quinque pro centum* in aliis casibus.

Porro mutuum est *in materiâ commerciali*, juxta *D. Troplong*, si negotiator retrahat pecuniam suam ad illam tradendam mutuatario, etiam non negotiatori; à fortiori, si mutuans et mutuatarius sint negotiatores. Juxta plures, si privatus tradat pecuniam suam negotiatori.

Inter privatos autem non licet excedere *quinque pro centum*.

Controvertitur autem utrùm mutuans possit excedere auctarium legale, si subeat onus extraordinarium mutuo extrinsecum, v. g. periculum extraordinarium, etc. — Quidam negant; quia auctarium in codice determinatum censetur compensatio omnium onerum mutuantis. — Alii verò probabiliùs affirmant; quia auctarium codicis videtur esse solummodò compensatio onerum mutuantis ordinariorum.

Principia exposita applicanda sunt non solùm mutuo, sed etiam contractibus mutuo æquivalentibus. Undè solvuntur quæstiones sequentes :

1ª Q. *Utrùm justus an injustus sit contractus Mohatra?*

Dicitur ab Hispanis *mohatra* contractus quo aliquis merces emit creditò, et eas statìm mercatori vendit viliori pretio sed numeratâ pecuniâ. Quo posito,

R. Vel in venditione adfuit inter contrahentes pactum obligans emptorem ad revendendam mercem venditori; vel non.

Si priùs : Contractus æquivalet mutuo cum auctario. Siquidem contrahens, qui emit mercem creditò et tenetur eam vendere viliori pretio sed numeratâ pecuniâ, acquirit pecuniæ summam, quam posteà reddere tenebitur cum auctario. Undè huic contractui applicanda sunt principia *de mutuo.*

Si posteriùs : Ex omnium consensu, contractus caret injustitiâ, si pretium utriusque venditoris stet intra limites pretii justi ; ut evidens est.

2ª Q. *Utrùm venditor possit excedere pretium justum, quia creditò vendit; et mercator infra pretium justum emere, quia solvit pretium mercis ante ipsius traditionem* ?

R. Anticipatio aut dilatio solutionis pretii in casibus prædictis æquivalet mutuo, proindè his casibus applicanda sunt principia mutuum spectantia.

3ª Q. *Utrùm venditio cum pacto retro-venditionis* (à rémérè) *naturâ suâ sit injusta* ?

Venditio dicitur *cum pacto retro-venditionis*, si contractus venditionis cessare possit per redditionem pretii. Retro-venditio autem stipulari potest, vel in gratiam venditoris, si rem suam recuperare possit reddendo pretium ; vel in gratiam emptoris, si possit recuperare pretium reddendo rem emptam. Quo posito,

R. Vel facultas retro-venditionis stipulatur in gratiam venditoris, vel in gratiam emptoris aut utriusque contrahentis.

Si in gratiam venditoris : Non est injusta, modò pretium rei minuatur pro onere emptori imposito restituendi rem venditori.

Si in gratiam emptoris, aut utriusque contrahentis :

Duplex est opinio : — *Prima* affirmat. Quia venditio cum pacto retro-venditionis æquivalet mutuo usurario; emptor enim pecuniam suam concedit, ex re emptâ lucrum percipit quotannis, et post tempus determinatum potest pecuniæ suæ redditionem exigere. Ex quo videtur hanc venditionem æquivalere mutuo cum auctario, quod est injustum. — *Secunda* negat. Contractus enim æquivalet duabus venditionibus, quæ vestiri possunt omnibus conditionibus requisitis. Nec dici potest retro-venditionem æquivalere mutuo usurario, siquidem auctarium percipitur ex re frugiferâ.

4ª Q. *Utrùm naturâ suâ* census redimibilis *sit injustus ?*

R. Vel redimibilis est ex parte venditoris, vel ex parte emptoris aut utriusque contrahentis.

Si ex parte venditoris : Non est injustus, positis ponendis.

Si ex parte emptoris tantùm, aut utriusque contrahentis : Duplex est opinio. — *Prima* affirmat hujusmodi censum æquivalere mutuo usurario ; proindè esse injustum, ut suprà exposuimus ubi *de Mutuo*. — *Secunda* fatetur quidem identitatem censûs redimibilis ex parte emptoris aut utriusque contrahentis cum mutuo in quo percipitur auctarium ; sed, nedùm indè concludat ad injustitiam auctarii, è contrà ex licitate censûs redimibilis concludit licitatem auctarii in mutuo, ut ibidem exposuimus.

5ª Q. *Utrùm naturâ suâ* triplex *et* duplex contractus *sint injusti ?*

R. 1º Quoàd *Triplicem contractum*.

Vel duplex contractus assecurationis initur cum con-

socio et statim atque societas contrahitur ; vel initur cum consocio quidem, sed postquàm contracta fuit societas ; vel initur cum personis à consocio distinctis.

Si cum consocio et statim atque contrahitur societas : Duplex opinio. — *Prima* affirmat injustitiam contractûs ; æquivalet enim mutuo cum auctario, ut suprà exposuimus. — *Secunda* negat injustitiam. Equidem, in casu dato, triplex contractus æquivalet mutuo cum auctario ; sed indè unum sequitur, mutuum cum auctario non esse injustum, cùm ipse triplex contractus sit licitus.

Si cum consocio, sed post societatem contractam : Eadem existit controversia. Sed multò plures admittunt licitatem triplicis contractûs in hoc casu, modò absit intentio usuraria.

Si cum personis à consocio distinctis : De licitate triplicis contractûs communiter consentiunt Theologi. Nam, si illicitus foret, maximè quia æquivaleret mutuo usurario ; porro hoc falsum est. Siquidem in mutuo mutuatarius acquirit proprietatem rei mutuatæ, et de eâ ad arbitrium disponere potest. In triplici verò contractu assecurator de capitali disponere non potest, cùm consocius assecurati jus habeat ut capitale maneat in societate ad producendum lucrum.

Quoàd *Duplicem contractum :*

Probabilius est cum non esse naturâ suâ injustum, etiam positâ illicitate mutui cum auctario. Assecurator enim non acquirit jus in capitale, sive illud assecuret, nam assecuratus jus habet ut capitale maneat in societate ad producendum lucrum ; sive assecuret lucrum, ut evidens est, cùm capitale maneat res assecurati.

Ad summum retro-venditio, census redimibilis ex parte emptoris, triplex contractus æquivalerent mutuo cum auctario ; et regulæ practicæ de mutuo his applicari possent.

§ 2. *De contractibus conferentibus jus*

IN USU REI.

PUNCTUM UNICUM. *De Locatione rerum.*

Locatio rerum est contractus, quo unus se obligat ad præstandum alteri alicujus rei fruitionem per aliquod tempus pro certo pretio (1).

Locator appellatur contrahens qui concedit ; *conductor*, qui acquirit jus usûs.

Undè videre est locationem rerum esse venditionem usûs.

I. De Conditionibus.

Sufficiunt conditiones generales, modificatæ juxta naturam specialem locationis.

II. De Effectibus.

I. Erga Locatorem.

Jus concessum : Illius jura respondent obligationibus conductoris.

Obligationes : 1° Tenetur rem tradere conductori.

2° Tenetur illi præstare liberum usum rei toto conductionis tempore. Tenetur proindè curare ut res

(1) ART. 1709. Le louage des choses est un contrat par lequel l'une des parties s'oblige à faire jouir l'autre d'une chose pendant un certain temps, et moyennant un certain prix que celle-ci s'oblige de lui payer.

sit et servetur in statu apto ad usum ad quem locatur ; perficere reparationes necessarias, exceptis iis quæ gallicè vocantur *locatives ;* non mutare formam rei locatæ.

3° Tenetur rem locatam assecurare contra vitia rei, sub pœnâ restitutionis, si ea cognoverit ; contra perturbationem à tertio illatam (1).

(1) ART. 1719. Le bailleur est obligé, par la nature du contrat, et sans qu'il soit besoin d'aucune stipulation particulière :

1° De délivrer au preneur la chose louée ;

2° D'entretenir cette chose en état de servir à l'usage pour lequel elle a été louée ;

3° D'en faire jouir paisiblement le preneur pendant la durée du bail.

ART. 1720. Le bailleur est tenu de délivrer la chose en bon état de réparations de toute espèce.

Il doit y faire, pendant la durée du bail, toutes les réparations qui peuvent devenir nécessaires, autres que les locatives.

ART. 1721. Il est dû garantie au preneur pour tous les vices ou défauts de la chose louée qui en empêchent l'usage, quand même le bailleur ne les aurait pas connus lors du bail.

S'il résulte de ces vices ou défauts quelque perte pour le preneur, le bailleur est tenu de l'indemniser.

ART. 1722. Si, pendant la durée du bail, la chose louée est détruite en totalité par cas fortuit, le bail est résilié de plein droit ; si elle n'est détruite qu'en partie, le preneur peut, suivant les circonstances, demander ou une diminution du prix, ou la résiliation même du bail. Dans l'un et l'autre cas, il n'y a lieu à aucun dédommagement.

ART. 1723. Le bailleur ne peut, pendant la durée du bail, changer la forme de la chose louée.

ART. 1724. Si, durant le bail, la chose louée a besoin de réparations urgentes et qui ne puissent être différées jusqu'à sa fin, le preneur doit les souffrir, quelque incommodité qu'elles lui causent, et quoiqu'il soit privé, pendant qu'elles se font, d'une partie de la chose louée.

Mais, si ces réparations durent plus de quarante jours, le prix du

II. Erga Conductorem.

Jus concessum : Ipsius jura respondent obligationibus locatoris.

Obligationes : 1° Tenetur uti tanquàm bonus paterfamiliàs, et secundum rei destinationem.

2° Tenetur reddere rem in bono statu, seu in statu in quo eam recepit ; tenetur proindè de damnis rei provenientibus ex culpâ suâ, vel ex culpâ domesticorum aut subloeatarii.

3° Tenetur solvere pretium locationis (1).

bail sera diminué à proportion du temps et de la partie de la chose louée dont il aura été privé.

Si les réparations sont de telle nature qu'elles rendent inhabitable ce qui est nécessaire au logement du preneur et de sa famille, celui-ci pourra faire résilier le bail.

ART. 1725. Le bailleur n'est pas tenu de garantir le preneur du trouble que des tiers apportent par voie de fait à sa jouissance, sans prétendre d'ailleurs aucun droit sur la chose louée ; sauf au preneur à les poursuivre en son nom personnel.

ART. 1726. Si, au contraire, le locataire ou le fermier ont été troublés dans leur jouissance par suite d'une action concernant la propriété du fonds, ils ont droit à une diminution proportionnée sur le prix du bail à loyer ou à ferme, pourvu que le trouble et l'empêchement aient été dénoncés au propriétaire.

(1) ART. 1728. Le preneur est tenu de deux obligations principales :

1° D'user de la chose louée en bon père de famille, et suivant la destination qui lui a été donnée par le bail, ou suivant celle présumée d'après les circonstances, à défaut de conviction ;

2° De payer le prix du bail aux termes convenus.

ART. 1729. Si le preneur emploie la chose louée à un autre usage que celui auquel elle a été destinée, ou dont il puisse résulter un dommage pour le bailleur, celui-ci peut, suivant les circonstances, faire résilier le bail.

ART. 1730. S'il a été fait un état des lieux entre le bailleur et le

Regulæ generales applicantur in codice civili particularibus locationum speciebus.

De Locatione rerum vid. cod. civ. ab art. 1713 ad art. 1779.

Locationi rerum est affinis locatio animalium quæ gallicè dicitur *bail à cheptel.*

Plures sunt hujus locationis species : « le cheptel simple ou ordinaire ; le cheptel à moitié ; le cheptel donné au fermier ou au colon partiaire ; une quatrième espèce de contrat improprement appelé cheptel. » Art. 1801.

preneur; celui-ci doit rendre la chose telle qu'il l'a reçue, suivant cet état, excepté ce qui a péri ou a été dégradé par vétusté ou force majeure.

ART. 1731. S'il n'a pas été fait d'état des lieux, le preneur est présumé les avoir reçus en bon état de réparations locatives, et doit les rendre tels, sauf la preuve contraire.

ART. 1732. Il répond des dégradations ou des pertes qui arrivent pendant sa jouissance, à moins qu'il ne prouve qu'elles ont eu lieu sans sa faute.

ART. 1733. Il répond de l'incendie, à moins qu'il ne prouve :

Que l'incendie est arrivé par cas fortuit ou force majeure, ou par vice de construction,

Ou que le feu a été communiqué par une maison voisine.

ART. 1734. S'il y a plusieurs locataires, tous sont solidairement responsables de l'incendie :

A moins qu'ils ne prouvent que l'incendie a commencé dans l'habitation de l'un d'eux, auquel cas celui-là seul en est tenu ;

Ou que quelques-uns ne prouvent que l'incendie n'a pu commencer chez eux, auquel cas ceux-là n'en sont pas tenus.

ART. 1735. Le preneur est tenu des dégradations et des pertes qui arrivent par le fait des personnes de sa maison ou de ses sous-locataires.

Cavendum est ut in his contractibus servetur æqualitas.

Vid. cod. civ. ab art. 1800 ad 1832.

§ 3. *De contractibus conferentibus jus*

IN ACTIBUS PERSONÆ.

PUNCTUM UNICUM. *De Locatione operum.*

Locatio operum est contractus quo unus pacto pretio in se suscipit aliquid pro altero faciendum.

Undè videtur locationem operum esse venditionem actuum.

Tres præcipuæ locationum operum species distinguuntur : locatio operariorum et famulorum ; locatio vectorum, qui se obligant ad res aut personas transferendas ; locatio eorum qui aliquod opus exsequendum suscipiunt (*entrepreneurs*) (1).

De his vid. cod. civ. ab art. 1779 ad art. 1800.

(1) ART. 1710. Le louage d'ouvrage est un contrat par lequel l'une des parties s'engage à faire quelque chose pour l'autre, moyennant un prix convenu entre elles.

ART. 1779. Il y a trois espèces principales de louage d'ouvrage et d'industrie :

1° Le louage des gens de travail qui s'engagent au service de quelqu'un ;

2° Celui des voituriers, tant par terre que par eau, qui se chargent du transport des personnes ou des marchandises ;

3° Celui des entrepreneurs d'ouvrages par suite de devis ou marchés.

ART. 1780. On ne peut engager ses services qu'à temps ou pour une entreprise déterminée.

ART. 1781. Le maître est cru sur son affirmation,

Pour la quotité des gages ;

ARTICULUS III.

De contractibus conferentibus jus AD REM *ex unâ parte et jus* IN RE *ex alterâ parte.*

Ad hanc speciem referretur contractus in quo unus concederet aliquid co-contrahenti suâ vice promittenti rem æquivalentem.

Pour le paiement du salaire de l'année échue ;

Et pour les à-compte donnés pour l'année courante.

ART. 1782. Les voituriers par terre et par eau sont assujétis, pour la garde et la conservation des choses qui leur sont confiées, aux mêmes obligations que les aubergistes, dont il est parlé au titre *du Dépôt et du Séquestre.*

ART. 1783. Ils répondent non seulement de ce qu'ils ont déjà reçu dans leur bâtiment ou voiture, mais, encore de ce qui leur a été remis sur le port ou dans l'entrepôt pour être placé dans leur bâtiment ou voiture.

ART. 1784. Ils sont responsables de la perte et des avaries des choses qui leur sont confiées, à moins qu'ils ne prouvent qu'elles ont été perdues et avariées par cas fortuit ou force-majeure.

ART. 1785. Les entrepreneurs de voitures publiques par terre et par eau, et ceux des roulages publics, doivent tenir registre de l'argent, des effets et des paquets dont ils se chargent.

ART. 1787. Lorsqu'on charge quelqu'un de faire un ouvrage, on peut convenir qu'il fournira seulement son travail ou son industrie, ou bien qu'il fournira aussi la matière.

ART. 1788. Si, dans le cas où l'ouvrier fournit la matière, la chose vient à périr, de quelque manière que ce soit, avant d'être livrée, la perte en est pour l'ouvrier, à moins que le maître ne fût en demeure de recevoir la chose.

ART. 1789. Dans le cas où l'ouvrier fournit seulement son travail ou son industrie, si la chose vient à périr, l'ouvrier n'est tenu que de sa faute.

ART. 1790. Si dans le cas de l'article précédent, la chose vient à

In his contractibus servandæ sunt regulæ generales contractûs onerosi, modificatæ juxta naturam specialem contractûs.

CAPUT III.

De contractibus Onero-gratuitis.

Dicitur *onero-gratuitus* contractus continens duplicem contractum, alium onerosum, alium gratuitum; si v. g. aliquis liberè emat mercem pro pretio duplò excedenti valorem rei. Emptor enim pro pretio æquivalenti emit mercem, insuper gratuitò concedit pretium excedens.

Regitur regulis contractûs onerosi, quoàd partem onerosam; regulis contractûs gratuiti, quoàd partem gratuitam.

périr, quoique sans aucune faute de la part de l'ouvrier, avant que l'ouvrage ait été reçu, et sans que le maître fût en demeure de le vérifier, l'ouvrier n'a point de salaire à réclamer, à moins que la chose n'ait péri par le vice de la matière.

ART. 1792. Si l'édifice construit à prix fait, périt, en tout ou en partie, par le vice de la construction, même par le vice du sol, les architectes et entrepreneurs en sont responsables pendant dix ans.

ART. 1795. Le contrat de louage d'ouvrage est dissout par la mort de l'ouvrier, de l'architecte ou entrepreneur.

ART. 1796. Mais le propriétaire est tenu de payer en proportion du prix porté par la convention, à leur succession, la valeur des ouvrages faits et celle des matériaux préparés, lors seulement que ces travaux ou ces matériaux peuvent lui être utiles.

ART. 1797. L'entrepreneur répond du fait des personnes qu'il emploie.

II. SPECIES.

DE CONTRACTIBUS SUBSIDIARIIS.

Subsidiarii dicuntur contractus qui adhibentur ad securitatem alterius contractûs.

Tres sunt : 1° fidejussio ; 2° pignus ; 3° hypotheca. — De quibus breviter dicendum.

PUNCTUM I. *De Fidejussione.*

Fidejussio (*cautionnement*) est contractus, quo aliquis in se suscipit obligationem alienam, si debitor principalis non solvat (1).

I. De Conditionibus. — Nihil speciale.

(1) ART. 2011. Celui qui se rend caution d'une obligation se soumet envers le créancier à satisfaire à cette obligation, si le débiteur n'y satisfait pas lui-même.

ART. 2013. Le cautionnement ne peut excéder ce qui est dû par le débiteur, ni être contracté sous des conditions plus onéreuses.

Il peut être contracté pour une partie de la dette seulement, et sous des conditions moins onéreuses.

Le cautionnement qui excède la dette, ou qui est contracté sous des conditions plus onéreuses, n'est point nul : il est seulement réductible à la mesure de l'obligation principale.

ART. 2017. Les engagements des cautions passent à leurs héritiers, à l'exception de la contrainte par corps, si l'engagement était tel que la caution y fût obligée.

ART. 2018. Le débiteur obligé à fournir une caution doit en présenter une qui ait la capacité de contracter, qui ait un bien suffisant pour répondre de l'objet de l'obligation, et dont le domicile soit dans le ressort de la Cour Royale où elle doit être donnée.

ART. 2019. La solvabilité d'une caution ne s'estime qu'eu égard

II. De Effectibus.—Ex fidejussione sequentes oriuntur fidejussori obligationes et jura.

1° Erga Creditorem : Debitore principali non solvente, fidejussor solvere debet. — Si plures sint fidejussores in eodem debito, unusquisque ad totum debitum tenetur. Unusquisque tamen potest invocare beneficium divisionis, id est, exigere ut creditor dividat suam actionem et eam restringat ad partem uniuscujusque (1).

à ses propriétés foncières, excepté en matière de commerce, ou lorsque la dette est modique.

On n'a point égard aux immeubles litigieux, ou dont la discussion deviendrait trop difficile par l'éloignement de leur situation.

ART. 2020. Lorsque la caution reçue par le créancier, volontairement ou en justice, est ensuite devenue insolvable, il doit en être donné une autre.

Cette règle reçoit exception dans le cas seulement où la caution n'a été donnée qu'en vertu d'une convention par laquelle le créancier a exigé une telle personne pour caution.

(1) ART. 2021. La caution n'est obligée envers le créancier à le payer qu'à défaut du débiteur, qui doit être préalablement discuté dans ses biens, à moins que la caution n'ait renoncé au bénéfice de discussion, ou à moins qu'elle ne se soit obligée solidairement avec le débiteur ; auquel cas l'effet de son engagement se règle par les principes qui ont été établis pour les dettes solidaires.

ART. 2025. Lorsque plusieurs personnes se sont rendues cautions d'un même débiteur pour la même dette, elles sont obligées chacune à toute la dette.

ART. 2026. Néanmoins chacune d'elles peut, à moins qu'elle n'ait renoncé au bénéfice de division, exiger que le créancier divise préalablement son action, et la réduise à la part et portion de chaque caution.

Lorsque, dans le temps où une caution a fait prononcer la division, il y en avait d'insolvables, cette caution est tenue proportionnellement de ces insolvabilités ; mais elle ne peut plus être recherchée à raison des insolvabilités survenues depuis la division.

2° Erga Debitorem : Fidejussor habet recursum contra debitorem pro summâ solutâ, pro interesse, pro impensis et damnis omnibus quæ pertulit (1).

Vid. cod. civ. ab art. 2011 ad 2044.

PUNCTUM II. *De Pignore.*

Pignus (*nantissement*) est contractus, quo debitor rem aliquam creditori suo tradit in securitatem debiti.

Res tradita in securitatem potest esse mobilis, vel immobilis.— Si priùs, retinet nomen pignoris (*gage*).

(1) ART. 2028. La caution qui a payé a son recours contre le débiteur principal, soit que le cautionnement ait été donné au su ou à l'insu du débiteur.

Ce recours a lieu tant pour le principal, que pour les intérêts et les frais; néanmoins la caution n'a de recours que pour les frais par elle faits depuis qu'elle a dénoncé au débiteur principal les poursuites dirigées contre elle.

Elle a aussi recours pour les dommages et intérêts, s'il y a lieu.

ART. 2029. La caution qui a payé la dette, est subrogée à tous les droits qu'avait le créancier contre le débiteur.

ART. 2032. La caution, même avant d'avoir payé, peut agir contre le débiteur, pour être par lui indemnisée :

1° Lorsqu'elle est poursuivie en justice pour le paiement ;

2° Lorsque le débiteur a fait faillite, ou est en déconfiture ;

3° Lorsque le débiteur s'est obligé de lui rapporter sa décharge dans un certain temps ;

4° Lorsque la dette est devenue exigible par l'échéance du terme sous lequel elle avait été contractée ;

5° Au bout de dix années, lorsque l'obligation principale n'a point de terme fixe d'échéance, à moins que l'obligation principale, telle qu'une tutelle, ne soit pas de nature à pouvoir être éteinte avant un temps déterminé.

ART. 2033. Lorsque plusieurs personnes ont cautionné un même débiteur pour une même dette, la caution qui a acquitté la dette a recours contre les autres cautions, chacune pour sa part et portion.

Mais ce recours n'a lieu que lorsque la caution a payé dans l'un des cas énoncés en l'article précédent.

— Si posteriùs, dicitur *antichresis*. Antichresis autem non est verum pignus, quia per eam nullum privilegium in rem ipsam confertur, sed tantummodò conceditur jus percipiendi fructus in compensationem debiti (1).

I. De Conditionibus.— Nihil speciale.

II. De Effectibus.

I. Erga Creditorem.

Jus concessum : 1° Creditor habet jus in pretium rei præ cæteris creditoribus.

2° Habet jus pignus detinendi usque ad integram solutionem debiti.

Obligationes : 1° Creditor tenetur invigilare rei servandæ tanquàm bonus pater-familiàs ; adeo ut teneatur de interitu aut deterioratione rei quæ ex ejus negligentiâ aut culpâ oriretur.

2° Si res oppignerata sit frugifera, tenetur imputare fructus perceptos in diminutionem auctarii primò, deindè principalis debiti.

3° Tenetur reddere rem post solutionem debiti in cujus securitatem tradita fuerat (2).

(1) ART. 2071. Le nantissement est un contrat par lequel un débiteur remet une chose à son créancier pour sûreté de la dette.

ART. 2072. Le nantissement d'une chose mobilière s'appelle *gage*. Celui d'une chose immobilière s'appelle *antichrèse*.

ART. 2085. L'antichrèse ne s'établit que par écrit.

Le créancier n'acquiert par ce contrat que la faculté de percevoir les fruits de l'immeuble, à la charge de les imputer annuellement sur les intérêts, s'il lui en est dû, et ensuite sur le capital de sa créance.

(2) ART. 1073. Le gage confère au créancier le droit de se faire

II. Erga Debitorem.

Jura debitoris respondent obligationibus creditoris. *Obligationes* respondent juribus creditoris. Insuper

payer sur la chose qui en est l'objet, par privilége et préférence aux autres créanciers.

ART. 2074, Ce privilége n'a lieu qu'autant qu'il y a un acte public, ou sous seing privé, dûment enregistré, contenant la déclaration de la somme due, ainsi que l'espèce et la nature des choses remises en gage, ou un état annexe de leurs qualité, poids et mesure.

La rédaction de l'acte par écrit et son enregistrement ne sont néanmoins prescrits qu'en matière excédant la valeur de cent cinquante francs.

ART. 2076. Dans tous les cas, le privilége ne subsiste sur le gage qu'autant que ce gage a été mis et est resté en la possession du créancier, ou d'un tiers convenu entre les parties.

ART, 2078. Le créancier ne peut, à défaut de paiement, disposer du gage; sauf à lui à faire ordonner en justice que ce gage lui demeurera en paiement et jusqu'à due concurrence, d'après une estimation faite par experts, ou qu'il sera vendu aux enchères.

Toute clause qui autoriserait le créancier à s'approprier le gage ou à en disposer sans les formalités ci-dessus, est nulle.

ART. 2079. Jusqu'à l'expropriation du débiteur, s'il y a lieu, il reste propriétaire du gage, qui n'est, dans la main du créancier, qu'un dépôt assurant le privilége de celui-ci.

ART. 2080. Le créancier répond, selon les règles établies au titre *des Contrats ou des obligations conventionnelles en général*, de la dette ou détérioration du gage qui serait survenue par sa négligence.

De son côté, le débiteur doit tenir compte au créancier des dépenses utiles et nécessaires que celui-ci a faites pour la conservation du gage.

Comme la chose donnée en gage appartient toujours en propriété au débiteur, le créancier doit lui tenir compte des fruits qu'elle a produits.

ART. 2081. S'il s'agit d'une créance donnée en gage, et que cette créance porte intérêt, le créancier impute ces intérêts sur ceux qui peuvent lui être dûs.

Si la dette, pour la sûreté de laquelle la créance a été donnée en

debitor tenetur solvere creditori impensas necessarias aut utiles quas fecit ad conservationem rei oppigneratæ.

Vid. cod. civ. ab art. 2071 ad art. 2092.

PUNCTUM III. *De Hypothecâ.*

Hypotheca est jus reale et indivisibile in bonum immobile ad solutionem debiti obligatum.

Jus reale : seu rei annexum, ità ut eam sequatur ad quascumque manus transeat. — Indivisibile : seu, 1° Hypotheca est tota in toto, et tota in quâlibet parte, aiunt jurisperiti. Undè, si debitor vendat pluribus rem, creditor agere potest contra quamlibet partem. 2. Attingitur per quamlibet partem debiti ; ità ut, si dividatur inter plures, possit quilibet jus suum vindicare in rem integram.

Hypotheca est *legalis*, si oriatur ex solâ lege ; *judiciaria*, si oriatur ex judicio ; *conventionalis*, si oriatur ex conventione initâ inter creditorem et debitorem (1).

gage, ne porte point elle-même intérêt, l'imputation se fait sur le capital de la dette.

ART. 2082. Le débiteur ne peut, à moins que le détenteur du gage n'en abuse, en réclamer la restitution qu'après avoir entièrement payé, tant en principal qu'intérêts et frais, la dette pour sûreté de laquelle le gage a été donné.

S'il existait, de la part du même débiteur, envers le même créancier, une autre dette contractée postérieurement à la mise en gage, et devenue exigible avant le paiement de la première dette, le créancier ne pourra être tenu de se dessaisir du gage avant d'être entièrement payé de l'une ou de l'autre dette, lors même qu'il n'y aurait eu aucune stipulation pour affecter le gage au paiement de la seconde.

(1) ART. 2114. L'hypothèque est un droit réel sur les immeubles affectés à l'acquittement d'une obligation.

Elle est, de sa nature, indivisible, et subsiste en entier sur tous

I. De Conditionibus.

In hypothecâ conventionali requiritur 1° ut persona sit capax alienandi ; 2° ut contractus, ex quo prodit hypotheca, ineatur coràm notario ; 3° ut inscribatur apud conservatorem hypothecarum (1).

II. De Effectibus.

Sufficiat exponere jura quæ creditori conferuntur per hypothecam.

les immeubles affectés, sur chacun et sur chaque portion de ces immeubles.

Elle les suit dans quelques mains qu'ils passent.

ART. 2115. L'hypothèque n'a lieu que dans les cas et suivant les formes autorisées par la loi.

ART. 2116. Elle est ou légale, ou judiciaire, ou conventionnelle.

ART. 2117. L'hypothèque légale est celle qui résulte de la loi.

L'hypothèque judiciaire est celle qui résulte des jugements ou actes judiciaires.

L'hypothèque conventionnelle est celle qui dépend des conventions et de la forme extérieure des actes et des contrats.

(1) ART. 2118. Sont seuls susceptibles d'hypothèques :

1° Les biens immobiliers qui sont dans le commerce, et leurs accessoires réputés immeubles ;

2° L'usufruit des mêmes biens et accessoires pendant le temps de sa durée.

ART. 2119. Les meubles n'ont pas de suite par hypothèque.

ART. 2121. Les droits et créances auxquels l'hypothèque légale est attribuée, sont :

Ceux des femmes mariées, sur les biens de leur mari ;

Ceux des mineurs et interdits, sur les biens de leur tuteur ;

Ceux de l'Etat, des communes et des établissements publics, sur les biens des receveurs et administrateurs comptables.

ART. 2135. L'hypothèque existe, indépendamment de toute inscription :

1° Au profit des mineurs et interdits, sur les immeubles appartenant à leur tuteur, à raison de sa gestion, du jour de l'acceptation de la tutelle ;

2° Au profit des femmes, pour raison de leurs dot et conventions

Hypotheca confert creditori hypothecario privilegium vi cujus potest : 1° solutionem debiti sui exigere ante

matrimoniales, sur les immeubles de leur mari, et à compter du jour du mariage.

La femme n'a hypothèque pour les sommes dotales qui proviennent de successions à elle échues, ou de donations à elle faites pendant le mariage, qu'à compter de l'ouverture des successions ou du jour que les donations ont eu leur effet.

Elle n'a hypothèque pour l'indemnité des dettes qu'elle a contractées avec son mari, et pour le remploi de ses propres aliénés, qu'à compter du jour de l'obligation ou de la vente.

Dans aucun cas, la disposition du présent article ne pourra préjudicier aux droits acquis à des tiers avant la publication du présent titre.

ART. 2123. L'hypothèque judiciaire résulte des jugements, soit contradictoires, soit par défaut, définitifs ou provisoires, en faveur de celui qui les a obtenus. Elle résulte aussi des reconnaissances ou vérifications, faites en jugement, des signatures apposées à un acte obligatoire sous seing privé.

Elle peut s'exercer sur les immeubles actuels du débiteur et sur ceux qu'il pourra acquérir, sauf aussi les modifications qui seront ci-après exprimées.

Les décisions arbitrales n'emportent hypothèque qu'autant qu'elles sont revêtues de l'ordonnance judiciaire d'exécution.

L'hypothèque ne peut pareillement résulter des jugements rendus en pays étranger, qu'autant qu'ils ont été déclarés exécutoires par un tribunal français ; sans préjudice des dispositions contraires qui peuvent être dans les lois politiques ou dans les traités.

ART. 2124. Les hypothèques conventionnelles ne peuvent être consenties que par ceux qui ont la capacité d'aliéner les immeubles qu'ils y soumettent.

ART. 2127. L'hypothèque conventionnelle ne peut être consentie que par acte passé en forme authentique devant deux notaires ou devant un notaire et deux témoins.

ART. 2134. Entre les créanciers, l'hypothèque, soit légale, soit judiciaire, soit conventionnelle, n'a de rang que du jour de l'inscription prise par le créancier sur les registres du conservateur, dans la forme et de la manière prescrites par la loi.

alios creditores, juxta ordinem inscriptionis; 2° rem hypothecatam prosequi ad cujuscumque manus devenerit.

Vid. cod. civ. ab art. 2114 ad art. 2204.

ART. 2146. Les inscriptions se font au bureau de conservation des hypothèques dans l'arrondissement duquel sont situés les biens soumis au privilége ou à l'hypothèque. Elles ne produisent aucun effet, si elles ne sont prises dans le délai pendant lequel les actes faits avant l'ouverture des faillites sont déclarés nuls.

Il en est de même entre les créanciers d'une succession, si l'inscription n'a été faite par l'un d'eux que depuis l'ouverture, et dans le cas où la succession n'est acceptée que par bénéfice d'inventaire.

ART. 2147. Tous les créanciers inscrits le même jour exercent en concurrence une hypothèque de la même date, sans distinction entre l'inscription du matin et celle du soir, quand cette différence serait marquée par le conservateur.

ART. 2154. Les inscriptions conservent l'hypothèque et le privilége pendant dix années, à compter du jour de leur date; leur effet cesse, si ces inscriptions n'ont été renouvelées avant l'expiration de ce délai.

ART. 2155. Les frais des inscriptions sont à la charge du débiteur, s'il n'y a stipulation contraire; l'avance en est faite par l'inscrivant, si ce n'est quant aux hypothèques légales, pour l'inscription desquelles le conservateur a son recours contre le débiteur: les frais de la transcription, qui peut être requise par le vendeur, sont à la charge de l'acquéreur.

APPENDIX.

LITTERÆ ENCYCLICÆ BENEDICTI XIV DE USURIS, ALIISQUE INJUSTIS QUÆSTIBUS, PATRIARCHIS, ARCHIEPISCOPIS, EPISCOPIS, ET ORDINARIIS ITALIÆ.

BENEDICTUS PAPA XIV.

VENERABILIS FRATER, SALUTEM, ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Vix pervenit ad aures nostras, ob novam controversiam (nempe, an quidam contractus validus judicari debeat), nonnullas per Italiam disseminari sententias, quæ sanæ doctrinæ haud consentaneæ viderentur, cum statim nostri apostolici muneris partem esse duximus, opportunum afferre remedium, ne malum ejusmodi, temporis diuturnitate ac silentio, vires magis acquireret; aditumque ipsi intercludere, ne latius serperet, et incolumes adhuc Italiæ civitates labefactaret.

§ 1. Quapropter, eam rationem consiliumque suscepimus, quo Sedes apostolica semper uti consuevit. Quippe rem totam explicavimus nonnullis ex venerabilibus fratribus nostris, sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, qui sacræ Theologiæ scientia et canonicæ disciplinæ studio ac peritia plurimum commendantur; accivimus etiam plures regulares in utraque facultate præstantes, quorum aliquos ex monachis, alios ex ordine mendicantium, alios demum ex clericis regularibus selegimus: Præsulem quoque juris utriusque laurea præditum et in foro diu versatum adhibuimus. Diem quartam indiximus Julii, quæ nuper præteriit, ut coram nobis illi omnes convenirent, quibus naturam totius negotii declaravimus; quod illis antea cognitum perspectumque deprehendimus.

§ 2. Post hæc præcepimus, ut omni partium studio omnique cupiditate soluti, rem totam accurate perpenderent, suasque opiniones scripto exararent; non tamen expetivimus ab ipsis, ut judicium ferrent de contractu qui controversiæ causam initio præbuerat, cum plura documenta non suppeterent quæ necessario ad id requirebantur; sed ut certam de usuris doctrinam constituerent, cui non mediocre detrimentum inferre videbantur ea quæ nuper in vulgus spargi cœperunt. Jussa fecerunt universi; nam suas sententias palam declararunt in duabus congregationibus, quarum prima coram nobis habita est, die 18 Julii, altera vero die 1 Augusti, qui menses nuper elapsi sunt; ac demum easdem sententias congregationis secretario scriptas tradiderunt.

§ 3. Porro hæc unanimi consensu probaverunt.

I. Peccati genus illud quod usura vocatur (quodque in contractu mutui propriam sedem et locum habet), in eo est repositum, quod quis ex ipsomet mutuo, quod suapte natura tantumdem duntaxat reddi postulat, quantum receptum est, plus sibi reddi velit, quam receptum est; ideoque ultra sortem lucrum aliquod, ipsius ratione mutui, sibi deberi contendat. Omne propterea hujusmodi lucrum quod sortem superet, illicitum et usurarium est.

II. Neque vero, ad istam labem purgandam, ullum arcessiri subsidium poterit, vel ex eo quod id lucrum non excedens et nimium, sed moderatum; non magnum, sed exiguum sit; vel ex eo quod is a quo id lucrum, solius causa mutui, deposcitur, non pauper, sed dives existat; nec datam sibi mutuo summam relicturus otiosam, sed ad fortunas suas amplificandas, vel novis coemendis prædiis, vel quæstuosis agitandis negotiis, utilissime sit impensurus. Contra mutui siquidem legem, quæ necessario in dati atque redditi æqualitate versatur, agere ille convincitur quisquis, eadem æqualitate semel posita, plus aliquid a quolibet vi mutui ipsius, cui per æquale jam satis est factum, exigere adhuc non veretur: proindeque, si acceperit, restituendo erit obnoxius ex ejus obligatione justitiæ quam *commutativam* appellant, et cujus est in humanis contractibus æqualitatem cujusque propriam et sancte servare, et non servatam exacte reparare.

III. Per hæc autem nequaquam negatur posse quandoque una cum mutui contractu quosdam alios, ut aiunt, titulos, eosdemque ipsimet universim naturæ mutui minimè innatos et intrinsecos, forte concurrere, ex quibus justa omnino legitimaque causa consurgat quiddam amplius supra sortem ex mutuo debitam rite exigendi. Neque item negatur posse multoties pecuniam ab unoquoque suam, per alios diversæ prorsus naturæ a mutui natura contractus, recte collocari et impendi, sive ad proventus sibi annuos conquirendos, sive etiam ad licitam mercaturam et negotiationem exercendam honestaque indidem lucra percipienda.

IV. Quemadmodum vero in tot ejusmodi diversis contractuum generibus, si sua cujusque non servetur æqualitas, quidquid plus justo recipitur, sin minus ad usuram, (eo quod omne mutuum tam apertum quam palliatum absit), at certe ad aliam veram injustitiam restituendi onus pariter afferentem, spectare compertum est; ita si rite omnia peragantur et ad justitiæ libram exigantur, dubitandum non est quin multiplex in iisdem contractibus licitus modus et ratio suppetat humana commercia et fructuosam ipsam negotiationem, ad publicum commodum, conservandi ac frequentandi. Absit enim a Christianorum animis, ut per usuras, aut similes alienas injurias florere posse lucrosa commercia existiment; eum contra ex ipso oraculo divino discamus, quod *justitia elevat gentem, miseros autem facit populos peccatum.* (Prov. 14, 34.)

V. Sed illud diligenter animadvertendum est, falso sibi quemquam, et nonnisi temere persuasurum, reperiri semper ac præsto ubique esse, vel una cum mutuo, titulos alios legitimos, vel, secluso etiam mutuo, contractus alios justos quorum vel titulorum vel contractum præsidio, quotiescumque pecunia, frumentum, aliudve id generis alteri cuicumque creditur, toties semper liceat, auctarium moderatum, ultra sortem integram salvamque recipere. Ita si quis senserit, non modo divinis documentis et catholicæ Ecclesiæ de usura judicio, sed ipsi etiam humano communi sensui ac naturali rationi procul dubio adversabitur. Neminem enim id saltem latere potest, quod multis in casibus tenetur homo simplici ac nudo mutuo alteri suc-

currere, ipso præsertim Christo Domino edocente: *Volenti mutuari a te ne avertaris* (Math. 5, 42), et quod similiter multis in circumstantiis, præter unum mutuum, alteri nulli vero justoque contractui locus esse possit. Quisquis igitur conscientiæ consultum velit, inquirat prius diligenter oportet, vere ne cum mutuo justus alius titulus, vere ne justus alter a mutuo contractus occurat, quorum beneficio, quod quærit lucrum, omnis labis expers et immune reddatur.

§ 4. His verbis complectuntur et explicant sententias suas Cardinales, ac Theologi, ac viri canonum peritissimi, quorum consilium in hoc gravissimo negotio postulavimus; nos quoque privatum studium nostrum conferre in eamdem causam non prætermisimus antequam Congregationes haberentur, et quo tempore habebantur, et ipsis etiam peractis: nam præstantium virorum suffragia quæ modo commemoravimus, diligentissime percurrimus. Cum hæc ita sint, approbamus et confirmamus quæcumque in sententiis superius expositis continentur; cum scriptores plane omnes, Theologiæ et Canonum professores, plura sacrarum Litterarum testimonia, Pontificum decessorum nostrorum Decreta, Conciliorum et Patrum auctoritas, ad easdem sententias comprobandas pene conspirare videantur. Insuper, apertissime cognovimus auctores quibus contrariæ sententiæ referri debent, et eos pariter qui illas fovent ac tuentur aut illis ansam seu occasionem præbere videntur; neque ignoramus quanta sapientia et gravitate defensionem veritatis susceperint theologi finitimi illis regionibus ubi controversiæ ejusmodi principium habuerunt.

§ 5. Quare has Litteras Encyclicas dedimus universis Italiæ Archiepiscopis, Episcopis et Ordinariis, ut hæc tibi, Venerabilis frater, et cæteris omnibus innotescerent; et quoties Synodos celebrare, ad populum verba facere, cumque sacris doctrinis instruere contigerit, nihil omnino alienum proferatur ab iis sententiis quas superius recensuimus. Admonemus etiam vehementer omnem sollicitudinem impendere, ne quis in vestris Diœcesibus audeat litteris aut sermonibus contrarium docere: si quis autem parere detrectaverit, illum obnoxium et subjectum declaramus pœnis per sacros canones in eos propositis qui mandata apostolica contempserint ac violaverint.

§ 6. De contractu autem qui novas has controversias excitavit nihil in præsenti statuimus ; nihil etiam decernimus modo de aliis contractibus, pro quibus theologi et canonum interpretes in diversas abeunt sententias ; attamen pietatis vestræ studium ac religionem inflammandam existimavimus, ut hæc quæ subjicimus exsecutioni demandetis.

§ 7. Primum gravissimis verbis populis vestris ostendite usuræ labem ac vitium a divinis Litteris vehementer improbari ; illud quidem varias formas atque species induere, ut fideles Christi sanguine restitutos in libertatem et gratiam, rursus in extremam ruinam præcipites impellat : quocirca, si pecuniam suam collocare velint, diligenter caveant ne cupiditate, omnium malorum fonte, rapiantur ; sed potius ab illis qui doctrinæ ac virtutis gloria supra cæteros efferuntur, consilium exposcant.

§ 8. Secundo loco, qui viribus suis ac sapientiæ ita confidunt, ut responsum ferre de iis quæstionibus non dubitent (quæ tamen haud exiguam sacræ theologiæ et canonum scientiam requirunt), ab extremis, quæ semper vitiosa sunt, longe se abstineant : Etenim aliqui tanta severitate de iis rebus judicant, ut quamlibet utilitatem ex pecunia desumptam accusent tanquam illicitam et cum usura conjunctam ; contra vero nonnulli indulgentes adeo remissique sunt, ut quodcumque emolumentum ab usuræ turpitudine liberum existiment. Suis privatis opinionibus ne nimis adhæreant, sed priusquam responsum reddant, plures scriptores examinent qui magis inter cæteros prædicantur ; deinde eas partes suscipiant quas tum ratione, tum auctoritate plane confirmatas intelligent. Quod si disputatio insurgat dum contractus aliquis in examen adducitur, nullæ omnino contumeliæ in eos configantur qui contrariam sententiam sequuntur, neque illam gravibus censuris notandam asserant, si præsertim ratione et præstantium virorum testimoniis minime careat : siquidem convicia atque injuriæ vinculum christianæ charitatis infringunt, et gravissimam populo offensionem et scandalum præ se ferunt.

§ 9. Tertio loco, qui ab omni usuræ labe se immunes et integros præstare volunt, suamque pecuniam ita alteri dare, ut fructum legitimum solummodo percipiant, admonendi sunt ut contractum instituendum antea declarent, et conditiones inse-

rendas explicent et quem fructum ex eadem pecunia postulent. Hæc magnopere conferunt non modo ad animi sollicitudinem et scrupulos evitandos, sed ad ipsum contractum in foro externo comprobandum; hæc etiam aditum intercludunt disputationibus quæ non semel concitandæ sunt, ut clare pateat utrum pecunia, quæ rite data alteri esse videtur, revera tamen palliatam usuram contineat.

§ 10. Quarto loco, vos hortatur ne aditum relinquatis ineptis illorum sermonibus qui dictitant, de usuris, hoc tempore, quæstionem instituti, quæ solo nomine contineatur, cum ex pecunia quæ qualibet ratione alteri conceditur, fructus, ut plurimum, comparetur. Etenim quam falsum id sit et a veritate alienum, plane deprendimus, si perpendamus naturam unius contractus ab alterius natura prorsus diversam et sejunctam esse, et ea pariter discrepare magnopere inter se, quæ a se diversis inter se contractibus consequuntur. Revera discrimen apertissimum intercedit fructum inter qui jure licito ex pecunia desumitur, ideoque potest in utroque foro retineri, ac fructum qui ex pecunia illicite conciliatur, ideoque fori utriusque judicio restituendus decernitur. Constat igitur haud inanem de usuris quæstionem hoc tempore proponi, ob eam causam quod, ut plurimum, ex pecunia quæ alteri tribuitur fructus aliquis excipiatur.

§ 11. Hæc potissimum vobis indicanda censuimus, sperantes fore ut mandetis executioni quæcumque per has litteras a nobis præscribuntur. Opportunis quoque remediis consuletis, uti confidimus, si forte, ob hanc novam de usuris controversiam, in Diœcesi vestra turbæ concitentur, vel corruptelæ ad labefactandum sanæ doctrinæ candorem ac puritatem inducantur. Postremo, vobis, et gregi curæ vestræ concredito, apostolicam benedictionem impertimur.

Datum Romæ, apud Sanctam Mariam Majorem, die prima novembris, 1745, Pontificatus nostri anno sexto.

RESPONSA S. SEDIS CIRCA PERCEPTIONEM AUCTARII IN MUTUO.

Plura emissa fuerunt à S. Pœnitentiaria et S. Officio responsa circa quæstionem mutui cum auctario. Sequentia referre sufficiet.

Responsum Pii VIII in Congreg. S. Officii ad D. D. de Lesquen, ep. Rhedonensem, (18 Aug. 1830.)

Consult. — Episcopus Rhedonensis in Gallia exponit sacræ congregationi Inquisitionis, non eamdem esse confessariorum suæ diœcesis sententiam de lucro percepto ex pecunia negotiatoribus mutuo data ut ea ditescant. De sensu epistolæ encyclicæ *Vix pervenit* acriter disputatur. Ex utraque parte momenta afferuntur ad tuendam eam quam quisque amplexus est sententiam, tali lucro faventem aut contrariam. Inde querelæ, dissensiones, denegatio sacramentorum plerisque negotiatoribus isti ditescendi modo inhærentibus, et innumera damna animarum.

Ut animarum damnis occurrant, nonnulli confessarii mediam inter utramque sententiam viam se posse tenere arbitrantur. Si quis ipsos consulat de istiusmodi lucro, illum ab eo deterre conantur. Si pœnitens perseveret in consilio pecuniam mutuo dandi negotiatoribus, et objiciat sententiam tali mutuo faventem multos habere patronos, et insuper non fuisse damnatam a sancta sede non semel ea de re consulta; tunc isti confessarii exigunt ut pœnitens promittat se filiali obedientia obtemperaturum judicio summi Pontificis, si intercedat, qualecumque sit; nec, hac promissione obtenta, absolutionem denegant, quamvis probabiliorem credant opinionem contrariam tali mutuo. Si pœnitens non confiteatur de lucro ex pecunia sic mutuo data, et videatur in bona fide, isti confessarii, etiamsi aliunde noverint ab eo perceptum esse aut etiam nunc percipi istius modi lucrum, eum absolvunt, nulla ea de re interrogatione facta, quando timent ne pœnitens admonitus restituere aut à tali lucro abstinere recuset.

Inquirit ergo dictus episcopus Rhedonensis :

1° Utrum possit horum posteriorum confessariorum agendi rationem probare?

2° Utrum alios confessarios rigidiores ipsum adeuntes consulendi causa possit hortari, ut istorum agendi rationem sequantur, donec sancta sedes expressum ea de quæstione judicium ferat?

Resp. — Sanctissimus Dominus noster Pius, divina providentia Papa VIII, in solita audientia R. P. D. assessori Sancti Officii

impertita, audita relatione superiorum dubiorum, una cum voto Eminentissimorum D. D. Cardinalium Inquisitorum generalium respondit :

Ad primum : Non esse inquietandos ;

Ad secundum : Provisum in primo.

Responsum S. Pœnitentiariæ ad D. Gousset (nunc card. archiep. Remensem, tunc) *vicarium generalem Bisuntinum, S. Theologiæ professorem* (16 septemb. 1830).

Consult. — 1° An confessarius ille possit absolvi, qui licet Benedicti XIV et aliorum summorum Pontificum de usura definitiones noverit, docet ex mutuo divitibus aut negotiatoribus præstito percipi posse præter sortem, lucrum quinque pro centum, etiam ab iis qui nullum omnino alium quam legem civilem titulum habent, mutuo extrinsecum ?

2° An peccet confessarius, qui dimittit in bona fide pœnitentem qui ex mutuo exigit lucrum legi civili statutum absque extrinseco lucri cessantis, aut damni emergentis, aut periculi extraordinarii titulo ?

Resp. Sacra Pœnitentiaria, diligenter matureque perpensis propositis dubiis, respondendum censuit :

Ad primum : confessarium de quo in dubio non esse inquietandum, quousque Sancta Sedes definitivam decisionem emiserit, cui paratus sit se subjicere, ideoque nihil obstare ejus absolutioni in sacramento pœnitentiæ.

Ad secundum : Provisum in præcedenti, dummodo pœnitentes parati sint stare mandatis Sanctæ Sedis.

Responsum S. Pœnitentiariæ ad D. Denavit, S. Theologiæ professorem in seminario Lugdunensi (16 septemb. 1830).

Consult. — Quando sacræ Pœnitentiariæ dubia circa materiam usuræ proponuntur, semper remittit ad doctrinam S. P. Benedicti XIV, quæ revera sat claro et perspicua et pro iis qui bona fide eam perscrutari volunt. Attamen sunt quidam presbyteri qui contendunt licitum esse percipere auctarium quinque pro centum solius vi legis principis, absque alio titulo vel damni emergentis vel lucri cessantis ; quia, inquiunt, lex principis est titulus legitimus, cum transferat dominium auctarii sicut trans-

fert dominium in præscriptione, et sic prorsus annihilat legem divinam et legem ecclesiasticam quæ usuras prohibent.

Cum hæc ita se habeant, orator infra scriptus, existimans nullo pacto esse licitum recedere a doctrina Benedicti XIV, denegat absolutionem sacramentalem presbyteris qui contendunt legem principis esse titulum sufficientem percipiendi aliquid ultra sortem absque titulo vel lucri cessantis vel damni emergentis.

Quare infra scriptus orator humiliter supplicat ut sequentia dubia solvantur :

1° Utrum possit in conscientia denegare absolutionem presbyteris præfatis ?

2° Utrum debeat ?

Resp. Sacra Pœnitentiaria diligenter ac mature perpensis dubiis propositis, respondendum esse censuit : Presbyteros de quibus agitur non esse inquietandos, quousque Sancta Sedes definitivam decisionem emiserit, cui parati sint se subjicere, ideoque nihil obstare eorum absolutioni in sacramento Pœnitentiæ.

Novum responsum S. Pœnitentiariæ ad D. Denavit (11 novemb. 1831).

Consult. — Ex responso Sacræ Pœnitentiariæ ad oratorem infra scriptum directo die 16 septembris 1830, absolvendi sunt presbyteri qui contendunt legem principis esse titulum sufficientem et legitimum aliquid percipiendi ultra sortem in mutuo absque alio titulo a theologis communiter admissio, donec Sancta Sedes definitivam decisionem emiserit, cui parati sint se subjicere et huic responso humiliter et libenter acquiesco.

Attamen, salvo sacræ Pœnitentiariæ responso præfato, consultis auctoribus probatis, et attenta doctrina omnium fere seminariorum Galliæ ac præsertim eorum quæ a presbyteris congregationis Sancti Sulpitii diriguntur, sententia quæ rejicit titulum legis civilis tanquam insufficientem, videtur longe probabilior, securior, et sola in praxi tenenda, donec Sancta Sedes definierit : quapropter fidelibus qui a me consilium petunt utrum possint auctarium percipere ex mutuo, et qui nullum habent titulum a theologis communiter admissum præter titu-

lum legis civilis, respondeo eos non posse præfatum auctarium exigere, et denego absolutionem sacramentalem, si exigant. Pariter denego absolutionem iis qui, perceptis hujuscemodi usuris, id est vi solius tituli legis, nolunt restituere.

Quæritur : 1° Utrum durius et severius me habeam erga hujuscemodi fideles ?

2° Quæ agendi ratio in praxi tenenda erga fideles, donec Sancta Sedes definitivam sententiam emiserit?

Resp.—Sacra Pœnitentiaria, perpensis dubiis quæ ab oratore proponuntur, respondet :

Ad primum : Affirmative; quando quidem ex decreto à S. Pœnitentiaria responso liquet fideles hujusmodi, qui bona fide ita se gerunt, non esse inquietandos.

Ad secundum : Provisum in primo ; unde orator priori S. Pœnitentiariæ responso sub die 16 septembris 1830, sese in praxi conformare studeat.

Responsum S. Pœnitentiariæ ad N. sacerdotem S. Theologiæ professorem in seminario N. (3 Junii 1841).

Consult. — Sacerdos quidam, re mature perpensa, putat : 1° quamlibet usuram esse jure divino ac naturali prohibitam, et usuram esse illud omne quod in mutuo ultra sortem exigitur vi mutui ; 2° lucrum illud illicitum et injustum esse, sive mutuatarius sit pauper, sive sit dives, sive ex re mutuata nullum percipiat emolumentum, sive eam sit in negotio utilissime impensurus ; 3° longe probabiliorem videri opinionem theologorum qui docent legem civilem non esse titulum vi cujus liceat aliquid ultra sortem exigere ; 4° decisiones hucusque a S. Pœnitentiaria datas non dirimere controversiam de titulo legis inter theologos agitatam, ac proinde huic quæstioni applicandas esse regulas a probatis auctoribus traditas de usu opinionum moralium.

Ideo sacerdos ille fatetur quidem non posse inquietari confessarium qui, præmisso diligenti examine, existimat legem civilem mutuanti sufficientem præbere titulum, et hanc opinionem sequitur in praxi ; pariter non esse inquietandum confessarium qui adhærens doctrinæ probabilistarum, opinionem tituli legis favente vere probabilem reputat, et ratione hujusce

probabilitatis lucrum lege civili determinatum in mutuo exigere permittit; demum cogendum non esse ad propriam opinionem deserendam pœnitentem qui postquam ex auctoritate vel ratione conscientiam moraliter certam sibi efformaverit, moderatum lucrum a mutuatario percipit vi legis, ac proinde illi absolutionem non esse negandam. Verum cum ipse probabilistarum placitis nullatenus asquiescere possit, quoties interrogatur, incunctancter respondet aliis quidem aliter videri, se autem omnino illicitum et injustum reputare quod in mutuo ultra sortem vi legis civilis percipitur; aliunde si rem habeat cum pœnitente qui in bona fide supponi nequit, aut cum homine ita simplici et indocto ut neque ex auctoritate, neque ex ratione conscientiam moraliter certam sibi efformare possit, vetat omnino ne quoddam lucrum a mutuatariis exigat, et si jam percepisset, illi restitutionis onus imponit nisi alia sit excusationis ratio.

Humillime et instanter postulat orator infra scriptus, utrum prædicti sacerdotis agendi ratio sit improbanda?

Resp. — S. Pœnitentiaria, expositis mature perpensis, confessario oratori respondet: Quod ipse se gerat omnino juxta decreta alias edita à S. Pœnitentiaria et a S. Inquisitione.

INDEX ANALYTICUS.

DE LEGE JUSTITIÆ.

Divisio tractatûs in duas partes. 1

PRIMA PARS.

DE JURE.

Dividitur in duas disputationes. 2

DISPUTATIO I.

DE JURE IN GENERE.

I. De Conditionibus. Datur definitio juris, et ex illâ deducuntur conditiones 2
II. De Existentiâ juris. Deus et homo habent jus in facultates suas et res à se distinctas. 5
III. De Proprietatibus generalibus. Assignantur proprietates quæ pendent ex naturâ; — quæ pendent ex finibus juris. 7

DISPUTATIO II.

DE JURE IN SPECIE.

Notiones præviæ. De Differentiis inter jura sub respectu Subjecti; — Sub respectu Objecti; — Sub respectu Tituli. 9
Hinc species jurium 10

DE JURE DEI.

Deus in facultates suas et in omnes creaturas habet dominium perfectum et absolutum, — dominium perpetuum, inalienabile, irrevocabile. 11
Corol. Hinc omnia hominis jura à supremo Dei dominio pendent. 13

II. DE JURIBUS HOMINIS.

Reducuntur ad duas classes. . . . . *ibid*

I. CLASSIS.

DE JURIBUS IMMEDIATÈ A DEO CONCESSIS.

I. SPECIES.

De jure homini concesso in vitam et facultates.

Hoc jus est: quoàd originem, immediatum; quoàd extensionem, jus usufructûs; quoàd durationem, perpetuum, alienabile, à Deo revocabile 14

II. SPECIES.

De jure in res à facultatibus productas.

Hoc jus est: quoàd originem, immediatum; quoàd extensionem, jus dominii perfecti; quoàd durationem, perpetuum, alienabile, à Deo revocabile 15

III. SPECIES.

De jure in res à facultatibus non productas.

CAPUT. I. *De jure in res Spirituales.*

Hoc jus, immediatè à Deo concessum, comprehendit: 1. jus *occupandi* spiritualiter omnes res spirituales ordinis tum naturalis, tum supernaturalis, modò sint occupabiles; 2. jus *utendi* rebus spiritualiter occupatis, in suam et aliorum utilitatem; 3. jus *dominii* in res productas per facultates spiritualibus rebus informatas. — Hæc jura sunt perpetua, revocabilia, pro circumstantiis alienabilia aut inalienabilia . . 17

Corollaria.—Speciatim, controversia de proprietate litterariâ. 19

CAP. II. *De jure in res Corporeas.*

ART. I. *De jure humano generi concesso.*

Hoc jus est: quoàd originem, immediatum; quoàd extensionem, jus dominii in omnes res sublunares;

quoàd durationem, perpetuum, inalienabile, à Deo revocabile 20

Art. II. *De juribus homini individuo concessis.*

Punct. I. *De jure Occupationis.*

Hoc jus est immediatè à Deo; potest attingere omnes res occupatas; est perpetuum, alienabile, à Deo revocabile. 22

Punct. II. *De jure Usufructûs.*

Hoc jus, à Deo immediatè concessum, potest attingere omnes res occupatas moraliter et physicè, modo immediato aut mediato. Est perpetuum et inalienabile, vel temporarium et alienabile, pro variis opinionibus; à Deo revocabile. . . . . *ibid.*

Punct. III. *De jure Dominii individualis.*

I. Probatur ejus Legitimitas contra communistas, argumentis directis;—argumentis indirectis. 25

II. Controversia de Origine Dominii individualis . . . 35

De Origine Alienabilitatis dominii per actus inter vivos, et per testamentum 41

Art. III. *De Dominio alto auctoritatis publicæ.*

Punct. I. *De Dominio alto auctoritatis civilis.*

I. Probatur ejus Legitimitas. 45

II. Controversia de ejus Origine 46

III. Controversia de ejus Extensione. 47

Corol. I. Auctoritas civilis potest exigere cessionem proprietatum individualium, sub conditione indemnitatis. 49

Corol. II. Potest exigere strictè et ex justitiâ tributum justè impositum . . . . . *ibid.*

Corol. III. Potest subjicere conventiones civiles conditionibus validitatis. 50

Punct. II. *De Dominio alto auctoritatis ecclesiasticæ.*

I. Probatur Legitimitas dominii alti Ecclesiæ, speciatim S. Pontificis. . . . . *ibid.*

II. Controversia de ejus Origine 52

III. Controversia de ejus Extensione. 54

II. CLASSIS.

E JURIBUS MEDIATÈ A DEO CONCESSIS.

Notiones præviæ. I. De sensu et extensione, juxtà legem civilem, verborum quæ designant varia jura voluntate hominis aut lege civili transmittenda . . 56
II. Utrùm illæ definitiones et determinationes legis civilis valeant in foro conscientiæ 69

I. SPECIES.

De juribus concessis per contractum.

Vid. infrà, ubi *de contractibus* 70

II. SPECIES.

De juribus concessis per legem civilem.

CAP. I. *De jure Administrationis*.
I. Explicatio legis. — 1° Quid jure naturali ? 71
2° Quid jure civili ? . . . . . *ibid.*
II. Valor legis civilis in foro conscientiæ 72
CAP. II. *De jure Proprietatis*.
ART. I. *De jure in res ipsas*.
PUNCT. I. *De jure in Bona Vacantia*.
I. Explicatio legis : Quid, jure naturali ; — Quid, jure civili? 73
II. Valor legis civilis in foro conscientiæ 74
Corol. De occupatione animalium . . . . . *ibid.*
PUNCT. II. *De jure in Thesauros et Res Amissas*.
In Thesauros. Quid sit thesaurus 76
I. Explicatio legis. — 1° Controversia de occupatione thesauri, attento jure naturali. — 2° Quid jure civili : Si thesaurus inveniatur in proprio, in alieno fundo ? 77
II. Valor legis civilis in foro conscientiæ 79
De jure in Res Amissas.
1° Quid jure civili circa occupationem rerum amissarum ; — 2° Quid jure naturali? 79
Controversia de obligatione inquirendi dominum rei

amissæ ;—Quid, si diligentia sufficiens in inquirendo domino adhibita fuerit, et dominus non compareat? 81
PUNCT. III. *De jure in Successiones.*
De hoc jure tractatur ubi *de contractibus* 83
PUNCT. IV. *De jure in Res Præscriptas.*
I. Explicatio legis. — Quid sit præscriptio civilis? . . 84
1° Conditiones præscriptionis *acquisitivæ* : . . . . . *ibid.*
2° Conditiones præscriptionis *liberativæ* : 91
II. Valor in foro conscientiæ.
1° In genere, præscriptio valet, modò : — legislator velit ; — adsint conditiones requisitæ à lege civili ; — adfuerit bona fides theologica per totum possessionis spatium. 93
Corol. I. De valore præscriptionis in casu Erroris . . 95
Corol. II. De ejus valore in casu Dubii . . . . . *ibid.*
Corol. III. De ejus valore, si auctor fuerit malæ fidei . *ibid.*
2° In specie, disseritur 1. de valore præscriptionis acquisitivæ bonorum, sive immobilium, sive mobilium; — 2. de valore præscriptionis liberativæ . . 96
PUNCT. V. *De jure in Bona eorum qui migrârunt.*
Præmittenda de usurpatione et cessione horum bonorum 99
I. Explicatio legis. — 1° Quid jure naturali? — 2° Quid jure civili? De lege *Indemnitatis* 100
II. Valor legis in foro conscientiæ. . . . . *ibid.*
PUNCT. VI. *De jure in Spolia bellica.*
I. Explicatio legis. — Quid jure naturali? 101
II. Valor in foro conscientiæ. — Conditiones requisitæ ut valeat cessio facta per duces exercitûs 102
ART. II. *De jure in rerum Accessiones.*
PUNCT. I. *De jure in Fructus rei.*
I. Explicatio legis. — 1° Quid jure naturali. — 2° Quid jure civili? 103
II. Valor legis civilis in foro conscientiæ 104
PUNCT. II. *De jure in ea quæ uniuntur:*
I. Mobilibus. . . . . *ibid.*
II. Immobilibus : De Ædificatione et arborum plantatione. 105

De Alluvione. 107
De Insulis 108

Cap. III. *De jure Administrationis, simul et Usufructûs.*
Punct. I. *De jure Parentum in bona filiorum.*
I. Explicatio legis. — 1° Quid jure naturali? — 2° Quid jure civili? 109
II. Valor legis civilis in foro conscientiæ 110
Quæstiones deductæ. — Quodnam jus habeat filius-familiâs in bona à parentibus concessa? 112
Utrùm filius-familiâs habeat jus in lucrum industriâ communi in familiâ acquisitum; quænam sit hujus juris extensio? . . . . . *ibid.*
Punct. II. *De jure Mariti in bona communitatis et uxoris.*
Quid sint bona communia, dotalia, paraphernalia? . . 115
Quid sit regimen communitatis; quid regimen communitatis exclusivum, cum separatione bonorum; quid regimen dotale? . . . . . *ibid.*
I. Explicatio legis. — 1° Quid jure naturali? — Quid jure civili? 116
II. Valor legis civilis in foro conscientiæ 117
Corollaria de obligationibus uxoris relativè ad bona communitatis, et de obligationibus mariti relativè ad bona uxoris . . . . . *ibid.*

Cap. IV. *De jure Usufructûs simplicis.*
I. Explicatio legis. — 1° Quid jure naturali? — 2° Quid jure civili? 119
II. Valor legis civilis in foro conscientiæ . . . . . *ibid.*

Cap. V. *De jure Servitutis.*
I. Explicatio legis. — 1° Quid jure naturali? — 2° Quid jure civili? 120
II. Valor legis civilis in foro conscientiæ 121

Cap. VI. *De jure Monopolii.*
I. Explicatio legis. — 1° Quid jure naturali? — 2° Quid jure civili? . . . . . *ibid.*
II. Valor legis civilis in foro conscientiæ 125

III. SPECIES.

De juribus concessis per legem ecclesiasticam.

Cap. I. *De jure dominii Directi.*
Punct. I. *De jure concesso Monasteriis in bona religiosorum.*
I. Explicatio legis.— 1° Quid jure naturali? — 2° Quid jure ecclesiastico communi? — 3° Quid jure ecclesiastico proprio Galliæ? 126
II. Valor in foro conscientiæ.
Punct. II. *De jure concesso acquisitoribus bonorum ecclesiasticorum.*
Præmittenda de usurpatione prædictorum bonorum, et eorum cessione per Concordatum 127
I. Explicatio legis.— 1° Quid jure naturali?— 2° De Concordato et ejus extensione 128
II Valor concessionis in foro conscientiæ 130
Cap. II. *De jure dominii Utilis concesso Beneficiariis in fructus beneficiorum.*
Præmittenda: Quid intelligendum per fructus beneficiorum? 130
I. Explicatio legis. — 1° Quid jure naturali?— 2° Quid jure ecclesiastico? 132
Controversia de obligatione superfluum impendendi in usus pios . . . . . *ibid.*

SECUNDA PARS.

DE CONSECTARIIS JURIS.

Dividitur in duas disputationes . . . . . 135.

DISPUTATIO I.

DE CONSECTARIIS PRIMARIIS.

Ordo disputationis . . . . . *ibid.*
Cap. I. *De Principiis Directis.*

Art. I. De Præcepto Negativo.
§ 1. *Existentia præcepti.*
Præmittenda de Naturâ et Speciebus injustitiæ . . . 136
Probatur existentia præcepti prohibentis injustitiam strictam 137
§ 2. *Explicatio præcepti.*
Punct. I. De Subjecto.
Quibus imponatur præceptum ? 138
Punct. II. De Objecto.
I. In se.— Præceptum prohibet omnia et sola facta conditionibus injustitiæ strictæ vestita, sive erga bona possessa, sive erga sperata; undè, de conditionibus requisitis ad injustitiam in bonis possessis, in bonis speratis. 138
II. Quoàd circumstantias.— Præceptum obligat quandiù jus existit 141
Punct. III. De Intensitate.
Præceptum obligat sub gravi in materiâ gravi, sub levi in materiâ levi. — Quid, ut materia sit gravis? . . *ibid.*
Deducuntur solutiones de injustitiis minutis; — de injustitiis famulorum erga dominos; — de injustitiis filiorum et uxorum 142
Art. II. *De Præcepto affirmativo,* seu *de Restitutione.*
§ 1. *Existentia præcepti,*
Quid sit restitutio ? 144
1° Utrùm homo teneatur ad restitutionem, ratione injustitiæ non strictæ? . . . . . *ibid.*
2° Utrùm... ratione injustitiæ merè formalis? 145
3° Utrùm... ratione injustitiæ merè materialis : — Si nulla adjungatur circumstantia ; — Si adjungatur contractus;—si adjungatur culpa merè juridica? . . *ibid.*
4° Utrùm... ratione injustitiæ materialis simul et formalis?—Utrùm... ratione injustitiæ materialis, formalis quidem in se, non verò relativè ad læsum;—Utrùm... ratione injustitiæ gravis materialiter, levis formaliter; —Utrùm... ratione influxùs materialiter tantùm injusti, cujus effectum non impedivit, quamvis impe-

dire potuisset ; — Utrùm... ratione influxûs injusti quidem, sed ante damnum retractati ? *Corol.* De Radicibus restitutionis 146

§ 2. *Explicatio præcepti.*

Punct. I. De Subjecto. Tenentur ad restitutionem omnes qui jus strictum læserunt per factum radicem restitutionis ; post eorum mortem, qui eos repræsentant quoàd onera et debita : porro quinam repræsentent defunctum ? 150

Punct. II. De Objecto.

I. In se.

Præceptum obligat ad reparationem damni. 152

II. Quoàd circumstantias.

I. Quantùm restituendum :

1° in casu quo restitutio fit à lædente : 1. Si ab uno positum fuerit factum ? 2. Si à pluribus positum fuerit factum : — Et omnes possint et velint ; et quidam non possint aut non velint : utrùm cooperatores teneantur in solidum ? 152

2° In casu quo restitutio fit ab iis qui lædentes repræsentant :—1. Si hæreditas sufficiat, et hæredes velint restituere.—2. Si hæreditas non sufficiat : utrùm hæredes teneantur ultra vires hæreditatis ? — 3. Si quidam hæredes non possint aut non velint partem suam solvere : utrùm alii hæredes teneantur in solidum ? 156

II. Cui Restituendum ? Duplex hypothesis.

1ª hypothesis : Debitor potest omnibus creditoribus satisfacere ; cui restituendum, 1. Si creditor sit determinatè cognitus ;— 2. si indeterminatè...;— 3. Si omninò ignotus ? 158

2ª Hypothesis : Debitor non potest omnibus creditoribus satisfacere ; utrùm possit, utrùm debeat quosdam creditores præferre ?

Utrùm teneatur præferre creditorem ex delicto creditori ex contractu ;— Utrùm... creditores certò cognitos, creditoribus incognitis ;— Utrùm... creditores quorum titulus est anterior tempore, creditoribus quorum titulus est posterior ;—Utrùm... creditores pau-

peres, creditoribus divitibus;—Utrùm ratione petitionis, possit præferre creditorem priùs petentem? . 160
III. Quandò restituendum? 164
IV. Ubi restituendum? . . . . . *ibid.*
V. Cujus expensis restituendum? 165
VI. Cujus periculo restituendum? . . . . . *ibid.*

CAUSÆ DISPENSANTES A RESTITUTIONE.
Quæst. I. Quænam sint causæ dispensantes à restitutione?
Causæ certæ:
1° Causæ pendentes à voluntate superioris: Præscriptio; sententia judicis. 167
2° Causæ pendentes à voluntate *facti* creditoris: Renuntiatio valida. 168
3° Causæ pendentes à voluntate *juris* creditoris: Compensatio; impossibilitas moralis. . . . . *ibid.*
Causæ controversæ: Utrùm dispenset à restitutione impossibilitas restituendi bona ejusdem generis; Utrùm dispenset donatio gratuita creditoris facta; Utrùm debitor ingrediens religionem dispensetur? . . . 171
Quæst. II. Quænam sit dispensationis extensio:—Si dispensatio oriatur ex sententiâ judicis; si oriatur ex præscriptione et compensatione; si oriatur ex impotentiâ physicâ aut morali? 173
Controvertitur: Utrùm teneatur restituere qui rem alienam accepit et consumpsit in extremâ necessitate; Utrùm debitor qui legitimè distulit restitutionem lucri cessantis et damni emergentis? 175
PUNCT. III. De Intensitate.
Præceptum obligat sub gravi aut sub levi, proùt injustitia est gravis aut levis. 177

CAP. II. *De Principiis Reflexis.*
Quid sint principia reflexa? 178
ART. I. De Dubio circa injustitiam actûs.
1°Quænam dubia exsurgere psssint de injustitiâ actûs? *ibid.*
2° In casibus dubiis, quis possideat, an libertas, an lex? 179
ART. II. De Dubio circa obligationem restituendi.

1° Quænam dubia exsurgere possint de obligatione restituendi? 181
2° In casibus dubiis, quis possideat an libertas, an lex? 182
Dicta resumuntur 187

DISPUTATIO II.

DE CONSECTARIIS SECUNDARIIS.

De speciebus injustitiæ agitur 190

I. SPECIES.

De Injustitiis ex naturâ facti deductis.

CAP. I. *De causis injustitiæ* absolutè *consideratis.*
Indicantur quæstiones solvendæ de qualibet causâ. . . 191
ART. I. De Causâ Directâ.
§ I. *De causâ Immediatâ.*
PUNCT. I. De Furto.
Natura et conditiones furti. 193
1° Utrùm furtum sit materialiter injustum? 194
2° Quandonam sit formaliter injustum et obliget ad restitutionem? . . . . . *ibid.*
3° Quid restituendum ratione furti? . . . . . *ibid.*
Utrùm famulus, rectè judicans salarium suum esse infra operam præstitam, possit se compensare; Utrùm famulus augens operas debitas possit se compensare? *ibid.*
PUNCT. II. De Detentione.
1° Utrùm detentio sit materialiter injusta? 195
2° Quandonam sit formaliter injusta? . . . . . *ibid*
3° Quid restituendum?. 196
Utrùm possessor malæ fidei teneatur restituere rem alienam apud dominum certò perituram? — Si res malâ fide possessa varium habuerit valorem, juxta quem valorem facienda sit restitutio? . . . . . *ibid.*
PUNCT. III. De Damnificatione.
1° Utrùm damnificatio sit materialiter injusta? . . . 200
2° Quandònam formaliter? . . . . . *ibid.*

3° Quid restituendum? 201
Utrùm damnificator malæ fidei teneatur restituere rem alienam à se destructam, si res apud dominum certò peritura fuisset? — Si res destructa varium habuerit valorem, juxta quem valorem facienda sit restitutio? — Utrùm qui rem alienam destruxit, bonâ fide credens illam habere valorem multò inferiorem valori reali, teneatur restituere juxta majorem valorem? *ibid.*
§ 2. *De Causâ Mediatâ.*
PUNCT. I. De Mandato.
Quid sit?—Utrùm sit causa mediata damni? 203
PUNCT. II. De Consilio.
Duplex distinguitur.—Utrùm sit causa mediata damni? 204
PUNCT. III. De Factis mandato et consilio æquivalentibus.
Specialiter agitur de Consensu, de Palpone, de Recursu. 206
Quid de pravo exemplo? 207
Utrùm sit materialiter injustum factum superioris, qui manifestat inferioribus suis quemdam actum injustum sibi gratum fore; vel, qui cognoscens tale damnum ab inferioribus suo nomine inferendum, non obstat; vel, qui damnum ab inferioribus suo nomine et se inscio illatum deindè approbat?. . . . . *ibid.*
Utrùm sit injustus qui per mandatum aut consilium impellit aliquem jam determinatum, ad damnum inferendum ? 208
Utrùm sit injustus qui consulit solum injustitiæ modum? 209
Utrùm sit injustus qui in concilio dat suffragium injustum ? . . . . . *ibid.*
§ 3. *De causâ Instrumentali.*
1° Utrùm sit materialiter injusta? 210
2° Quandònam sit formaliter injusta ; et quid restituendum? . . . . . *ibid.*
Utrùm causa instrumentalis possit excusari ab injustitiâ materiali, si determinetur ad actum ob vitandum malum grave; et quandò ? 211
ART. II. De causis Occasionali et Negativâ.
1° Utrùm sint materialiter injustæ? 214
2° Quandònam sint formaliter injustæ ; — et in hâc hy-

pothesi quid restituendum? . . . . . *ibid.*

Cap. II. *De causis injustitiæ* relativè *consideratis.*
1° Utrùm existat ordo quidam inter obligationes cooperantium ? . . . . . *ibid.*
2° Quinam sit ordo? 215
3° Quænam sint ordinis prædicti consectaria? 216

II. SPECIES.

De Injustitiis ex objecto læsionis deductis.

Notantur quædam communia factis sequentibus . . . 217
Cap. I. *De læsione in bonis Spiritualibus.*
Art. I. De læsione in bonis spiritualibus Intrinsecis.
Quid intelligatur per bona spiritualia intrinseca? . . . 218
Specialiter agitur de Metu, de Coactione 219
Art. II. De læsione in bonis spiritualibus Extrinsecis.
Quid intelligatur per bona spiritualia extrinseca? . . *ibid.*
Punct. I. De privatione veritatis.
I. De privatione activâ et passivâ 220
II. De Mendacio . . . . . *ibid.*
III. De Violatione secreti 221
Punct. II. De Inductione ad peccatum 223
Punct. III. De Actibus destruentibus aut minuentibus bonam famam, etc.
Agitur de judicio, dubio in malam partem; de detractione; de contumeliâ. 224
1° Utrùm ista facta sint injusta? . . . . . *ibid.*
2° Ad quid teneantur lædentes bonam existimationem, bonam famam? 226
Cap. II. *De læsione in bonis Corporalibus.*
Art. I. De læsione in bonis corporalibus Intrinsecis.
Punct. I. De Homicidio et Mutilatione.
1° Utrùm injusta sint damna ex homicidio sequentia ? . 228
Quid de læsione occisi? . . . . . *ibid.*
Quid de læsione hæredum? 229
Quid de læsione creditorum? 230

Quid de læsione eorum qui dona gratuita sperabant ? . 231
2° Ad quid homicida teneatur : — Erga vulneratum ; — erga hæredes, sive necessarios, sive voluntarios — erga creditores defuncti ; — erga eos qui à defuncto dona sperabant ? . . . . . *ibid.*
Utrùm ad restitutionem teneatur qui hominem in duello occidit ? 233
Utrùm ad restitutionem teneatur qui alium occidit excedendo moderamen inculpatæ tutelæ ? . . . . . *ibid.*
3° Utrùm obligationes homicidæ cessent, si occisus renuntiaverit restitutioni ante mortem? 234
Punct. II. De Stupro.
1° Utrùm stuprum sit injustum ? — Quid de læsione stupratæ ; — quid de læsione erga parentes stupratæ ? 236
2° Adquid stuprator qui fraude, metu aut coactione, induxit puellam ad stuprum, teneatur :
1. Erga stupratam : — Si certum sit prolem non esse natam ?—Si certum sit prolem esse natam : Ad quid teneatur ratione prolis ? — Si dubium sit utrùm proles nata sit nec ne : — Utrùm teneatur ratione prolis? 237
2. Ad quid teneatur erga parentes ? 240
Punct. III. De Adulterio.
1° Utrùm adulteri sint injusti : — Erga comparles ; — Erga patrem putativum ; — Erga hæredes patris putativi ; — Erga donatores ? . . . . . *ibid.*
2° Ad quid teneantur adulteri ? 241
Artt. II. De læsione in bonis corporalibus Extrinsecis.
Punct. I. De actibus lædentibus jus individui 243
Punct. II. De Actibus lædentibus jus societatis.
I. De Tributorum Defraudatione.
1° Utrùm sint injusti tributa defraudantes? 244
2° Ad quid teneantur et sint obligandi tributa defraudantes ? 247
II. De damnis occasione militiæ illatis.
1° Utrùm sint injusti qui militiæ se subtrahunt, et obtinent exemptionem sine causis legitimis ? 248
Quid de illis qui per fraudem aut mutilationem magistratus decipiunt? . . . . . *ibid.*

2° Utrùm ad restitutionem teneantur conscripti desertores? 249
3° Utrùm ad restitutionem teneantur qui se locaverunt pro aliis, et deindè militiam deseruerunt? . . . *ibid.*

DE CONTRACTIBUS.

Definitio contractûs 263
Divisio et ordo tractatûs 264

DISPUTATIO I.

DE CONTRACTIBUS IN GENERE.

CAP. I. *De contractibus simplicibus.*
ART. I. De Conditionibus.
§ 1. De conditionibus validitatis.
1° Utrùm existant conditiones ad validitatem contractuum requisitæ? 265
2° Quænam sint? 266
In genere requiritur ut contrahentes *possint, velint, velint convenienter.* Explicantur istæ conditiones . . *ibid.*
3° Quid sequatur ex absentiâ conditionum validitatis: si conditiones requirantur à jure naturali? 268
Quid in foro conscientiæ de nullitatibus à jure civili, 1. si agatur de nullitatibus respicientibus *capacitatem* personarum? 2. *disponibilitatem* materiæ? 3. *formam* actuum? 269
Deducuntur, ex principiis suprà expositis de conditionibus validitatis, solutiones quæstionum sequentium:
Utrùm valeat contractus cujus materia est impossibilis; — Utrùm valeat contractus de materiâ merè probabili; — Utrùm valeat contractus cujus materia est res aut factum alterius? 272
Utrùm valeat contractus initus absque voluntate interiori jus conferendi; — Utrùm valeat contractus

initus absque animo conventa exsequendi ;—Utrùm valeat contractus de materiâ indeterminatâ ; — Utrùm valeat contractus in quo contrahentes stipulantur in utilitatem tertiæ personæ ? 273
Utrùm valeat contractus ex errore ; — ex dolo : -- ex metu initus ? 275
Utrùm valeat contractus initus sub conditione impossibili ; -- sub conditione potestativâ ; -- sub conditione turpi ? 277
Utrùm valeat contractus, si una pars manifestet voluntatem contrahendi, alteraque acceptet interiùs tantùm; — utrùm valeat contractus per procuratorem, et quandò perficiatur ? 280
§ 2. De conditionibus licitatis.
1° Utrùm existant conditiones licitatis ? 281
2° Quænam sint ? . . . . . *ibid.*
3° Quid sequatur ex earum absentiâ ? . . . . . *ibid.*
Quæst. Utrùm sint injusti qui non consentiunt internè contractui externo, qui alios ad contrahendum determinant per metum aut dolum ; — Utrùm prædicti teneantur restituere, et quid restituendum ? . . . *ibid.*
Art. II. *De Effectibus.*
Utrùm contractus producat effectus ? 282
Quid de contractu invalido cui adjungitur juramentum ? *ibid.*
Punct. I. De Subjecto.
Erga quos producantur effectus contractûs ? 284
Punct. II. De Objecto.
I. In se.
Quosnam effectus producat contractus ? , . . . , . *ibid,*
Agitur de effectibus *directis* ; — de effectibus *indirectis*. 285
II. Quoàd circumstantias.
Quandonam incipiat obligatio contractûs ? 288
Utrùm effectus cessare possint, et quibus causis ? . . *ibid.*
Punct. III. *De Intensitate.*
Quænam sit intensitas contractûs ? 289

Cap. II. *De Contractibus modificatis.*
Quid, et quænam sint modificationes ? 290

ART. I. *De contractibus modificatis à voluntate contrahentium.*

PUNCT. I. *De contractu sub conditione.*

1° Quid sit? De diversis conditionibus . . . . . *ibid.*

2° Quosnam effectus producat conditio apposita? . . 293

Quid, si conditio sit suspensiva; quid, si resolutoria? . *ibid.*

PUNCT. II. *De contractu circa materiam Alternativam.*

1° Quid sit? 295

2° Quinam sint effectus modificationis appositæ? . . . *ibid.*

PUNCT. III. *De contractu circa materiam Facultativam.*

1° Quid sit? 297

2° Quinam sint effectus modificationis? . . . . . *ibid.*

PUNCT. IV. *De contractu circa materiam Divisibilem.*

1° Quid sit? 298

2° Quinam sint effectus modificationis? 299

PUNCT. V. *De contractu cum clausulâ Solidaritatis.*

1° Quid sit? . . . . . *ibid.*

2° Quinam sint effectus modificationis? . . . . . *ibid.*

PUNCT. VI. *De contractu cum clausulâ Pœnalitatis.*

1° Quid sit? 301

2° Quinam sint effectus modificationis? . . . . . *ibid.*

ART. II. *De Modificationibus à lege appositis.*

Agitur præcipuè de Rescindibilitate 302

1° Quid et quotuplex rescindibilitas? . . . . . *ibid.*

2° Quinam sint effectus rescindibilitatis? 310

DISPUTATIO II.

DE CONTRACTIBUS IN SPECIE.

Ordo disputationis 311

I. SPECIES.

De contractibus principalibus.

Notiones de contractu *gratuito, oneroso, onero-gratuito* 312

CAP. I. *De contractibus gratuitis.*

ART. I *De contractibus gratuitis conferentibus* JUS AD REM:
De Promissione gratuitâ.
Natura hujus contractûs 313
I. De Conditionibus. 314
II. De Effectibus. . . . . *ibid.*
1° Utrùm promissio producat effectus? . . . . . *ibid.*
2° Quosnam effectus? 315
3° Quibus causis specialibus cessent effectus promissionis? *ibid.*
Utrùm valeat promissio rei jam alteri promissæ; — Utrùm valida et justa sit donatio rei jam alteri promissæ? 316
ART. II. *De contractibus conferentibus* JUS IN RE.
§ 1. *In substantiâ rei.*
PUNCT I. *De Donatione inter vivos.*
Natura hujus contractûs . . . . . *ibid.*
I. De Conditionibus.
1° De inhabilitate personæ: — ad donandum; — ad acceptandum 317
2° De indisponibilitate materiæ 321
3° De voluntate et voluntate convenienti contrahentium. 323
Utrùm, et quàsnam formalitates speciales lex civilis exigat in donationibus? . . . . . *ibid.*
Quid sequatur quoàd validitatem donationis ex absentiâ formalitatum? 324
II De Effectibus.
Quosnam effectus producat donatio? 326
III. De Modificationibus à lege appositis donationi . . *ibid.*
De donationibus rescindibilibus, reductibilibus, revocabilibus . . . . . *ibid.*
PUNCT. II. *De Testamento.*
Natura hujus contractûs 329
I. De Conditionibus. 330
I Causa *possit*, seu nulla adsit inhabilitas personarum.
II Causa *velit, velit convenienter.* Specialiter de formalitatibus duo quæruntur:
Utrùm in testamento requirantur formalitates speciales; et, in hypothesi affirmativâ, quænam sint? . . . *ibid.*
Quid sequatur, quoàd validitatem in foro conscientiæ,

ex absentiâ formalitatum requisitarum à lege civili sub pœnâ nullitatis, sive de testamentis ad causas profanas, sivè de testamentis ad causas pias . . . 333
II. De Effectibus.
Utrùm testamentum producat effectus? 335
Quosnam effectus producat? 337
III De Modificationibus adjunctis testamento à lege civili, specialiter de rescindibilitate 338
Observat. Quæ spectant simul ad donationes inter vivos et ad testamenta. 1ª De Substitutionibus à lege civili prohibitis: quandò adest substitutio prohibita; de valore hujus nullitatis in foro conscientiæ; 2ª De Facultate quam habent ascendentes distribuere bona sua inter descendentes, per actus inter vivos aut per testamentum 339
Ex principiis suprà expositis, solvuntur quæstiones relativæ ad donationem et testamentum: Aliæ spectant ad conditiones, aliæ ad effectus 341
PUNCT III *De Successionibus.*
1° De Conditionibus ad succedendum requisitis . . . 344
2° De juribus successoribus acquisitis 346
3° De obligationibus successoribus impositis; speciatim de collationibus (rapports) . . . . . *ibid.*
§ 2 De contractibus conferentibus jus *in usu rei.*
PUNCT. I *De Commodato.*
I De Naturâ et Conditionibus 349
II De Effectibus--erga commodatarium: Jus concessum, obligationes impositæ;-- erga commodantem: Jus, obligationes 350
PUNCT II *De Mutuo gratuito.*
I. De Conditionibus 353
II De Effectibus,— erga mutuatarium: jus, obligationes; — erga mutuantem: jus, obligationes.
§ 3 De Contractibus conferentibus jus *in actibus personæ.*
PUNCT I. *De Mandato et negotiorum Gestione.*
De Mandato
I De Conditionibus 355

II. De Effectibus, sive erga mandatarium, sive erga mandantem 356
De negotiorum Gestione. Quid sit ; — De obligationibus gestoris et illius cujus negotium geritur 358
PUNCT. II. *De Deposito.*
I. De Conditionibus 360
II. De Effectibus, — erga depositarium: Jus, obligationes ; — erga deponentem : Jus, obligationes . . *ibid.*
De Deposito necessario et Sequestro.

CAP. I. *De Contractibus onerosis.*
ART. I. *De contractibus onerosis conferentibus* JUS AD REM.
De Promissione onerosâ 365
ART. II. *De contractibus onerosis conferentibus* JUS IN RE.
§ 1. *In substantid rei.*
PUNCT. I. *De Permutatione et Venditione.*
I. De Conditionibus venditionis, scilicet : de inhabilitate personarum, — de indisponibilitate materiæ ; — de formâ : utrùm requirantur formæ speciales in venditione ; utrùm valeant in foro conscientiæ leges quæ determinant has formas? 369
II De Effectibus.
1° Erga venditorem : — Jus concessum ; — obligationes impositæ 370
2° Erga emptorem : — Jura ; — obligationes 376
De Modificationibus venditioni adjunctis à lege civili, speciatim de Rescindibilitate 377
Solutiones deductæ. De venditione in genere : Aliquis bonâ fide vendit alteri rem furtivam quam bonâ fide priùs emerat ; utrùm possit retinere pretium, si detegat rem fuisse furto acquisitam ; — Aliquis bonâ fide rem alienam mediocri pretio emit et majori vendit ; utrùm pretium excedens domino reddere teneatur ; — Utrùm qui rem furtivam emit bonâ fide, possit eam furi reddere ad recuperandum pretium? 380
De Merce Utrùm venditio rei cujus prævidetur abusus

sit valida et licita; — Utrùm permutatio aut venditio rei spiritualis sit valida et licita; — Utrùm venditio rei, actionis, aut omissionis aliundè debitæ sit valida et licita; — Utrùm venditio sit valida et licita, quando venditur res vitiata cujus defectus emptori non declaratur? 382

De Pretio. Utrùm sint injusti, venditor qui exigit et obtinet pretium mercis ultra summum, emptor qui exigit et obtinet mercem pro pretio infra infimum; — Utrùm venditor possit absque injustitiâ acceptare et retinere quod excedit pretium summum, si ab emptore fuerit oblatum; — Utrùm venditor possit absque injustitiâ exigere aliquid supra pretium summum, propter affectum aut utilitatem specialem emptoris; — Utrùm in venditione sub hastâ *(aux enchères)*, venditor possit accipere pretium summum excedens, et emptor rem acquirere pretio infra infimum; — Utrùm injustus sit qui putans talium mercium valorem brevi augendum, emit magnam eorum copiam pretio vili tunc currenti, et postea cariùs vendit; — Utrùm monopolium exercentes injusti sint; — De venditione per proxenetas *(entremetteurs, courtiers, commissionnaires)* tria præcipuè quæruntur . 385

Punct. II. *De Contractibus venditioni æquivalentibus.*

1° *De Ludo.* Conditiones; — Effectus, sive solo jure naturali, sive jure positivo 391

2° *De Sponsione.* Conditiones; — Effectus 393

3° *De Loterid.* Conditiones; — Effectus . . . . . *ibid.*

4° *De Assecuratione.* Conditiones; — Effectus 394

5° *De Censu.* Divisio censûs. — Conditiones; — Effectus. 396

6° *De Societate* Conditiones; — Effectus, erga societatem: jura, obligationes; erga socios 398

7° *De Cambio.* Conditiones; — Effectus 403

8° *De Mutuo cum auctario.* Duo præcipuè quæruntur : 404

1ª *Quæst.* Utrùm in mutuo licita et valida sit auctarii stipulatio? — De hâc quæstione sunt quædam certa, quædam controversa . . . . . .

Certa: Valida et justa est auctarii stipulatio, si adsit

titulus legitimus, mutuo extrinsecus ; porro quinam sint tituli legitimi ? 405

Controversa :

1. Utrùm valida et licita sit auctarii stipulatio, absente titulo extrinseco ; vel, utrùm usura, sensu stricto sumpta, sit licita ? — Exponuntur tres præcipuæ opiniones de hâc quæstione 406

2. Utrùm lex civilis sit titulus sufficiens ad exigendum auctarium in mutuo ? 421

2ª *Quæst.* Quodnam auctarium practicè liceat stipulari ? 423

Solvuntur Quæstiones sequentes : Utrùm justus, an injustus sit contractus *Molatra* ; — Utrùm venditor possit excedere pretium justum, quia creditò vendit ; — Utrùm venditio cum pacto retrò-venditionis *(à réméré)* naturâ suâ sit injusta ; — Utrùm naturâ suâ sit injustus census redimibilis ; — Utrùm naturâ suâ sint injusti *triplex* et *duplex* contractus ? . . 424

§ 2. De Contractibus onerosis conferentibus jus in re *in usu rei*, seu,

De Locatione rerum. Conditiones ; — Effectus . . . 428

§ 3. De Contractibus onerosis conferentibus jus in re *in actus personæ* seu,

De Locatione operum 432

ART. III. *De contractibus onerosis conferentibus* JUS AD REM *ex unâ parte et* JUS IN RE *ex alterâ parte* . . 433

CAP. III. *De contractibus onero-gratuitis.*

De Contractibus subsidiariis.

De Fidejussione 435

De Pignore 437

De Hypothecâ 440

APPENDIX.

I. Litteræ Encyclicæ Benedicti XIV de usuris, aliisque injustis quæstibus 445

II. Varia Responsa S. Sedis circa perceptionem auctarii in mutuo 450